אֲבָל, (Arab. *bal* et *bali*,) Particula *affirmandi: certe, vtique*, Gen. 17, 19. c. 42, 21. *verum*, *vero*, *ſed*, Dan. 10, 7. 21. 2 Chron. 33, 17. etc. Cum radice אבל nihil habet commune: quare potius dictum putem pro אֲוָל, (permutatis ב et ו, ſicut in גַּב pro גֵּו *dorſum*, et contra פַּרְוָר pro פַּרְבָּר, רִבְוָן pro רִבְבָן Dan. 7, 10. conf. BOCHARTI *Canaan* p. 451.) à radice inuſit. אול, (Arab. أول,) vnde et eiusdem ſignificationis Particula אוּלָם, et cuius Deriuata alia Vau habent *mobile*, alia *quieſcens*. Vid. infra rad. אול.

אוּבַל et **אֻבַל** vid. ſub rad. יבל.

אֶבֶן f. *lapis*, Gen. 31, 45. Num. 35, 23. Deut. 25, 15. etc. Deducunt à rad. Arab. אבן *coaluit*, *concreuit*; alii à rad. Hebr. בנה, *aedificauit*: vt א ſit *Heemanticum*, *firmae conſiſtentiae* nota, quod ex lapidibus *firma* fiat ſtructura. Vt maſc. ſec. quosdam occurrit

currit Habac. 2, 19. Hiob. 28, 2. Specialiter dicitur de *lapide pretioso* siue *gemma*, Exod. 25, 7. Ezech. 10, 1. Dan. 11, 38. etc. Per Metonymiam notat id, quod ex lapide factum est: vt *vas lapideum*, Exod. 7, 19. *idolum*, Ier. 2, 27. c. 3, 9. *pondus librae*, Deut. 25, 13. 2 Sam. 14, 26. Prou. 20, 10. et *perpendiculi*, Ies. 34, 11. Zach. 4, 10. quomodo per *Catachresin* etiam transfertur ad *pondus plumbeum*, Zach. 5, 8. Metaphorice tribuitur *grandini maiori*, Ios. 10, 11. Ies. 30, 30. Cum Affixo אַבְנוֹ *lapidem suum*, 2 Reg. 3, 25. pl. אֲבָנִים *lapides*, *gemmae*, Gen. 31, 46. 1 Chron. 29, 8. in regim. אַבְנֵי Exod. 25, 7. Leuit. 19, 36. cum Affixis אֲבָנָיו *lapides eius*, Leuit. 14, 45. Prou. 24, 31. אַבְנֵיהֶם *lapides eorum*, Neh. 3, 35.

אֶבֶן f. Chald. id. Dan. 2, 34. 45. c. 6, 18. Esr. 5, 8. c. 6, 4. In Statu Emphat. אַבְנָא Dan. 2, 35. c. 5, 4. 23.

אֹבֶן m. id. vnde Dual. אָבְנַיִם *sella parturientium et figulorum lapidea*, Exod. 1, 16. Ier. 18, 3. sub Forma *Dualis*, ob geminam eius partem. Conf. FVLLERI *Miscell. S.* L. V. c. 19. et CASP. NEVMANNI *Exodus ling. S.* p. 180.

אַבְנֵט *baltheus*, vid. sub rad. בנט.

אָבַס *saginauit*. Part. Pahul אָבוּס *saginatus*, Prou. 15, 17. pl. אֲבוּסִים *saginata*, 1 Reg. 5, 3.

אֵבוּס m. (ex Syrismo pro אָבוּס,) proprie *saginatio*, metonymice *praesepe*, saginationis *Medium*, Ies. 1, 3. Prou. 14, 4. Cum Affixo in pausa אֲבוּסֶךָ *praesepe tuum*, Hiob. 29, 9. Sed אֵבוּס esse *aream*, contendit GVSSETIVS, quem ex instituto refellit I. C. SCHWARZIVS in *Miscell. Theol. et Philolog.* Dissert. 8. cum CASTELLO *horreum* intelligens, alias מַאֲבוּס: quomodo deriuari potest ab Arab. أبس *collegit*, *coaceruauit*; quia in horreo fruges *collectae coaceruantur*.

מַאֲבוּס m. *locus, in quo saginatur* pecus, vel potius *horreum*, *in quo fruges collectae coaceruantur*. Plur. מַאֲבוּסִים *horrea*, cum Affixo מַאֲבֻסֶיהָ *horrea eius*, Ier. 50, 26.

אֲבַעְבֻּעוֹת f. pl. *pustulae*, vid. sub rad. בעה.

אָבָק m. *puluis*, proprie *tenuior*, (vt עָפָר *puluis crassior*,) Exod. 9, 9. Deut. 28, 24. Ies. 5, 24. c. 29, 5. sic dictus à *tegendo*, vt עָפָר, coll. Ezech. 26, 10. q. d. *tectio* rerum, eo sensu, quo res copiosae superficiem terrae *tegere* dicuntur, (conf. suo loco

סָךְ, עָם et idem עָפָר,) à rad. Arab. אבק *texit*, *abdidit*, *occultauit*, et intransitiue *abdidit se*. In regim. אֲבַק Nah. 1, 3. cum Affixo אֲבָקָם *puluis eorum*, Ezech. 26, 10. Inde formatum est Verbum in Niph. נֶאֱבַק *alter cum altero luctatus est*, proprie in *puluere* siue *arena*, (vnde VIRGILIVS *Aeneid*. VI. 643. *fulua luctantur arena*, et *arena* ac *puluis* Lat. pro *certamine* dicitur,) vel *puluere et arena se conspersit*, quod faciebant luctantes: OVID. *Metamorph*. IX. 35. seq. STAT. *Thebaid*. VI. 846. quae conspersio *baphe* dicebatur; vnde Graec. κονίζομαι *puluere conspergo*, et *ad pugnam me paro*. Conf. PETRVS FABER *Agonist*. L. III. c. 22. et HIER. MERCVRIALIS de *arte gymnast*. L. I. c. 8. L. II. c. 2. Infin. הֵאָבֵק *luctari*, cum Affixo הֵאָבְקוֹ τὸ *luctari eius*, Gen. 32, 26. fut. cum Vau Conuers. וַיֵּאָבֵק *et luctatus est*, Gen. 32, 25.

אֲבָקָה vel אֲבָקָה f. *puluis aromaticus*. Constr. אַבְקַת Cant. 3, 6.

אָבַר radix inusit. procul dubio sensum *firmitatis*, *roboris* et *potentiae* habuit: quomodo concinit Arab. transpos. ארב *constrinxit firmauitque*, in 4 Coniug. *praeualuit*, in 5 Coniug. *durus fuit*. *Ligandi* scil. Verba ad *robur* et *firmitatem* referuntur, conf. *Arcan. Form*. p. 69. et 276. Inde sunt

אָבִיר m. *validus*, *fortis*. In regim. אֲבִיר Gen. 49, 24. Ps. 132, 2. 5. Ies. 1, 24. etc. Eius *Intensiuum* est

אַבִּיר m. *valde fortis*, *praeualidus*, *praepotens*, 1 Sam. 21, 8. Hiob. 34, 20. vnde cum Praefixo כְּאַבִּיר *sicut praepotens*, sec. *Kethibh* Ies. 10, 13. sed sec. *Kri* legendum est כַּבִּיר *fortis*, vel aduerbialiter, *fortiter*, *vehementer*. Pl. אַבִּירִים *praepotentes*, Hiob. 24, 22. etiam substantiue sumitur 1) pro *heroibus*, et inde pro *angelis*, sec. quosdam, Ps. 78, 25. qui et alibi *heroes* siue *fortes* vocantur, Ps. 103, 20. quod tamen alii recte negant; 2) pro *animalibus praeualidis* siue *valde robustis*: vt pro *equis*, Iud. 5, 22. Ier. 8, 16. c. 47, 3. c. 50, 11. pro *tauris*, Ps. 22, 13. Ps. 50, 13. Ps. 68, 31. Ies. 34, 7. In regim. אַבִּירֵי Ps. 22, 13. vnde אַבִּירֵי לֵב *fortes corde*, i. e. *animosi*, *audaces*, Ies. 46, 12. Ps. 76, 6. cum Affixo אַבִּירַי *fortes*, *heroes mei*, Thren. 1, 15.

אֵבֶר m. *ala*, Ps. 55, 7. Ies. 40, 31. Ezech. 17, 3. sic dicta, quod auium *robur* in *pennis* consistat: vnde *pennipotentes* pro

 auibus

auibus dixit LVCRETIVS II. 877. V. 587. vel potius notat *pennam*, et collective, *pennas* alae *fortiores* ac *duriores*, vt נוֹצָה *molliores* et *minutiores* siue *plumas*, כָּנָף autem totam *alam*, obseruante STERRINGA in *Animaduers. Philol. in Pentateuch.* p. 152. ex Ezech. 17, 3. Similiter apud Latinos *penna* saepissime pro *ala* sumitur, etiam in singulari. Inde formatum est Verbum in Hiph. fut. יַאֲבֶר *volabit*, *volat*, Hiob. 39, 26.

אֶבְרָה f. id. Hiob. 39, 13. Cum Affixo אֶבְרָתוֹ *ala sua*, et collective, *alae suae*, Deut. 32, 11. Ps. 91, 4. pl. אֲבָרוֹת, vnde cum Affixo אֶבְרוֹתֶיהָ *alae* vel *pennae* alarum *eius*, Ps. 68, 14.

בִּירָה et בִּירָנִית, *palatium*, quae a quibusdam huc referuntur, vid. infra suo ordine.

אַבְרֵךְ Gen. 41, 43. vid. in rad. ברך.

אֲגֻדָּה f. in regim. אֲגֻדַּת, *colligatio*, *nexus* : *fascis colligatus*, (Graec. ἀγαθὶς,) Exod. 12, 22. a rad. Chald. אגד *colligauit*. Metaphorice notat 1.) *turmam*, *cohortem*, *agmen*, (alias גְּדוּד et חֶבֶל,) 2 Sam. 2, 25. Sic Pers. *band* est *vinculum*, Arab. autem *legio decem millium*, Syr. bando *coetus militaris*, German. eine Bande, lat. *manipulus furum* apud TERENT. et *manipulus militum* passim occurrit, Arab. عصابة *vinculum* et *caterua hominum*, حزق *agmen*, *multitudo hominum*, cuius radix notat *fune constrinxit*, etc. 2.) *aedificium*, Amos. 9, 6. a *firma compagine*; conf. קשר Neh. 3, 38. Sic incolae Malabariae *domum ligare* dicunt pro *aedificare*, conf. *Relat. Malabar.* Continuat. 38. p. 285. Cum Affixo אֲגֻדָּתוֹ *aedificium suum*, Amos. 9, 6. pl. אֲגֻדּוֹת *nexus*, Ies. 58, 6.

אֱגוֹז m. *nux*, Cant. 6, 11. Formam habet ab אגז, sed significationem à גזז vel גזז *auulsit*, *abrupit*, vnde et Arab. sine א scribitur. *Nucis* tamen significationem in dubium vocant CASTELLVS in *Lex.* et NEVMANNVS in *Exodo ling. S.* p. 262. *iuglandem* in specie intelligit OLAVS CELSIVS in *Obseruationum de Herbis Biblicis* Triga, inserta *Actis litterariis* Suec. an. 1731. p. 73. seq. et in *Hierobotan.* P. I. p. 28. seq.

אֵגֶל m. *gutta*, *stilla*, q. d. *collectio* vaporum, à rad. Arab. אגל *collegit*, *congregauit*, in 5 Coniug. *collecta fuit aqua*. Quidam conferunt radicem Hebr. גלל. Inde est pl. construct. אֶגְלֵי *guttae*, Hiob. 38. 28.

אֲגַם m. et אֲגַם Ief. 35, 7. *ſtagnum aqua plenum* ſiue *abundans*, vel q. d. *aquae multitudo*, Pſ. 107, 35. Pſ. 114, 8. Ieſ. 41, 18. Formam habet ab אגם, ſed ſignificationem à גמם Arab. *abundauit, plenus fuit*, (Grae. γέμω) ſpecialiter *aqua*, vnde جمام *ſtagna*. Pl. אֲגַמִּים *ſtagna*, Exod. 8, 1. Ieſ. 42, 15. et אֲגַמִּים, (ad Formam שַׁלְּרִים:) vnde in regim. אַגְמֵי Ieſ. 14, 23. c. 19, 10. et cum Affixo אַגְמֵיהֶם *ſtagna eorum*, Exod. 7, 19. *Iuncum* quoque ſiue *arundinem* ſignificare volunt Ier. 51, 32. vt אַגְמוֹן et גֹּמֶא.

אַגְמֹן m. (cum terminatione *augmentatiua*,) *iuncus* vel potius *arundo maior*, planta *aquae et humoris plena eiusque amans*, Ieſ. 9, 13. c. 19, 15. c. 58, 5. Hiob. 40, 26. Sed Hiob. 41, 12. rectius exponitur *ſtagnum*, idque (vi Formae vocis) *amplum et ingens*.

אַגָּן *crater*, referimus ad rad. גנן.

אֲגַף vel אֲגַף m. vnde pl. אֲגַפִּים, Chald. אֲגַפִּין in Targum Cant. 5, 11. *alas* ſignificat, alias גַּפִּין, q. d. *concluſiones* ſiue *obtectiones* corporis auis, à rad. Chald. גפף *concluſit, cinxit*, licet Forma Hebr. ſit ab אגף. Metaphorice Hebraeis *turmas militares* notat, vt Lat. *alae*. Vel idem eſt cum Arab. جَفّ *agmen, caterua*, cuius radix גפף *congregauit in vnum*. Occurrit tantum cum Affixis: אֲגַפֶּיךָ *alae* vel *turmae tuae*, Ezech. 38, 9. c. 39, 4. אֲגַפָּיו *turmae eius*, Ezech. 12, 14. c. 17, 21. c. 38, 6. 22. אֲגַפֶּיהָ id. Ezech. 38, 6.

אָגַר *collegit, congeſſit*. Praet. foem. אָגְרָה Prou. 6. 8. part. praeſ. אֹגֵר *colligens*, Prou. 10, 5. fut. תֶּאֱגֹר *colliges*, Deut. 28, 39.

אֲגוֹרָה, in regim. אֲגוֹרַת 1 Sam. 2, 36. vulgo idem putatur eſſe cum גֵּרָה *nummulus, obolus*, moneta minor. Aliis *merces* eſt, ab אגר Chald. Syr. et Arab. *conduxit*.

אִגֶּרֶת f. *epiſtola*, Eſth. 9, 26. 29. Neh. 2, 8. q. d. variarum rerum *collectio*; vel potius ſignificationem habet à נגר Aethiop. *indicauit, annunciauit*, Formis Imperfectis ſic alternantibus, vt dudum obſeruauit ANDR. MÜLLERVS de *quibusdam ad Philologiam Orient. ſpectantibus* Septenar. II. Exercit. 5. Sic ſynonymum סֵפֶר dicitur à ספר *narrauit*. Plur. אִגְּרוֹת *epiſtolae*, 2 Chron. 30, 1. 6. Neh. 2, 7. 9. c. 6, 19. (tanquam à ſing. אִגְּרָה,) cum Affixo אִגְּרֹתֵיהֶם *epiſtolas ſuas*, Neh. 6, 17.

אִגְּרָא f. Chald. id. Eſr. 4, 8. in Statu Emphat. אִגַּרְתָּא Eſr. 4, 11. c. 5, 6.

אֲגַרְטָל m. *peluis*, proprie, vt ABEN ESRA obſeruat, ad *colligendum* et *excipiendum ſanguinem* victimarum, compoſ. ex אגר *collegit*, et inuſit. טָל, Arab. tollon *ſanguis;* aliis ex אֲגר et טַל *ros*, *aqua*. Perſicum eſſe, volunt HOTTINGERVS in *Smegm. Orient*. p. 78. et PFEIFFERVS in *Dubiis vexat*. ad Dan. 3, 2. 3. Plur. אֲגַרְטָלִים *pelues*, vnde in regim. אֲגַרְטְלֵי Eſr. 1, 9.

אַד vid. ſub rad. אוד.

אָדַב *doluit*, *moeruit*, *ſollicitus fuit*, alias דאב: vnde Hiph. infin. לַאֲדִיב (excluſa *Praeformante* ה pro לְהַאֲדִיב,) *ad cruciandum*, 1 Sam. 2, 33. vid. tamen rad. דאב.

אֱדַיִן Chald. Aduerb. Temporis, *tunc*, Hebr. אָז et אֲזַי, (mutato ז in ד,) Dan. 2, 15. 17. 19. 25. 48. c. 3, 24. Eſr. 4, 9. 23. etc. Formam habet Participii pl. q. d. *ſpatia temporis demenſa*, vid. ſuo loco אָז et אֲזַי. Cum Praefixo dicitur בֵּאדַיִן *in tunc*, q. d. *in ſpatiis temporis demenſis*, (per Syncopen pro בְּאֱדַיִן) Dan. 3, 3. 13. 19. 21. 26. 30. Eſr. 4, 24. etc. Cum מִן, מִן אֱדַיִן *à tunc*, *à tempore illo*, Eſr. 5, 16. vt Hebr. מֵאָז.

אָדַם proprie *ſplenduit*: quam ſignificationem ex Arab. vindicauit BOCHARTVS in *Hieroz*. P. II. p. 688. et 694. Cum vero *lux ſuauis* atque *iucunda* ſit oculis, dicente Salomone Eccleſ. 11, 7. hinc Aethiopibus notat *ſuauis*, *iucundus*, *pulcher fuit*, conf. MAII *Diſſertat. S*. Loc. IV. c. 1. §. 14. ſeq. *Splendoris* praeterea vocabula ad *colorem rubrum* referuntur, vt pluribus obſeruaui in *Arcano Form*. p. 102. et in *Onomaſt. V. T*. p. 614. inde אָדַם Hebraeis eſt *rubuit*. Praet. pl. אָדְמוּ *rubuerunt*, vel ſec. BOCHARTVM, *ſplenduerunt*, *lucidi fuerunt*, Thren. 4, 7. Pyh. part. מְאָדָּם *rubefactus*, Nah. 2, 4. de clypeo *rubro colore infecto* vel, vt Celeb. N. W. SCHROEDERVS de *Veſtitu mulierum Hebr*. p. 72. intelligit, *ſplendificato;* pl. מְאָדָּמִים *rubefacti*, *ae*, Exod. 25, 5. c. 35, 7. 23. Hiph. fut. pl. יַאְדִּימוּ *colorem rubrum referent*, Ieſ. 1, 18. Hithpah. fut. יִתְאַדָּם *rubrum ſe exhibet*, Prov. 23, 31.

אָדוֹם m. *ruber*, *rufus*, Gen. 25, 30. Ieſ. 63, 2. Zach. 1, 8. pl. אֲדֻמִּים *rubri*, *ae*, 2 Reg. 3, 22. Zach. 1, 8. foem. אֲדֻמָּה *rufa*, Num. 19, 2.

אֹדֶם m. Exod. 28, 17. c. 39, 10. Ezech. 28, 13. *gemma rubicunda*, vulgo *ſardius* vel *ſardii* ſpecies, quae PLINIO

demius

demius dicitur, gemma *αἱματοειδὴς* EPIPHANIO, et *σάρδιον αἱματόεν* ORPHEO *περὶ λίθων*, coll. דָּם *sanguis*.

אָדָם m. *homo*, sic dictus, quod corpore totus sit *terra*, Gen. 2, 7. c. 3, 19. quomodo masc. אָדָם eiusdem significationis foret cum foem. אֲדָמָה: quae sententia est HILLERI in *Onomast. S.* p. 78. et in *Syntagm. Hermeneut.* p. 295. LVDOLFVS, MAIVS aliique ab *elegantia* et *pulchritudine* nominatum volunt. Aliam coniecturam à *splendore* attuli in *Arcano Form.* p. 156. et in *Onomast. V. T.* p. 619. conf. pluribus I. I. SCHVDT in *Trifolio Hebr.* p. 187. et CRINESIVS in *Exercitat. Hebr.* III. quaest. I. Nomen *Propr.* est primi hominis, Gen. 2, 7. 1 Chron. 1, 1. Hos. 6, 7. metonymice autem quemuis alium *hominem* designat, et vbi τῷ אִישׁ opponitur, *hominem infimae* et *abiectae sortis*, vt Ps. 49, 3. Ies. 2, 9. 11. c. 5, 15. conf. REIMARVS de *Differentiis vocum Hebr.* Dissert. I. p. 55. seq.

אֲדָמָה f. *terra*, *humus*, Gen. 1, 25. Exod. 10, 24. 2 Sam. 15, 32. etc. synecdochice terrae *regio* et *pars*, vt Gen. 4, 14. c. 28, 15. etc. per Metonymiam eius *incolae*, Ioel. 2, 21. et *prouentus*, Ies. 1, 7. Proprie *terram* siue *humum rubram* significare putatur, vel potius, vt recte monet Celeb. VRIEMOET ad *Dicta Class.* T. I. p. 228. *fuscam* et *subnigram*. Sed LVDOLFVS in *Commentar.* ad *Histor. Aethiop.* p. 208. ab *elegantia* et *pulchritudine* sic dictam vult, vt Graec. *κόσμος* et Lat. *mundus*. In regim. אַדְמַת Gen. 47, 20. 22. 26. Exod. 3, 5. cum Affixis אַדְמָתוֹ *terra eius* vel *sua*, Deut. 32, 43. 2 Reg. 17, 23. אַדְמַתְכֶם *terra vestra*, Gen. 47, 23. Ies. 1, 7. pl. אֲדָמוֹת *terrae*, Ps. 49, 12.

אַדְמוֹנִי m. Gen. 25, 25. 1 Sam. 16, 12. c. 17, 42. (cum terminatione quasi *Patronymica* siue *Gentili*, ab inusit. אַדְמוֹן vel אַדְמֹן *valde rubicundus*,) q. d. qui est ex *genere et classe valde rubicundorum*: quales sunt, quos vulgo *sanguineos* vocant; quamuis alii de *rubedine capillorum* id intelligant.

אֲדַמְדָּם m. Leuit. 13, 42. 49. q. d. *ruber ruber*, i. e. *hinc inde ruber*, *rubris maculis varius*: additur enim *album*, Leuit. 13, 19. 24. 42. 43. *punctatum multis maculis rubicundis* exponunt AVENARIVS in *Lex.* et CRINESIVS in *Exercitat. Hebr.* p. 35. quod etiam NEVMANNO placet in *Exodo ling. S. p.* 335. Vulgo *subrubicundum* reddunt; sed vid. *Arcan. Form.* Sect. III.

c. 3,

c. 3. §. 9. BOCHARTVS *summe lucidum* vel *summe candidum:* quod contra NOLDIVM et COCCEIVM defendit MAIVS in *Dissert. S.* Loc. IV. c. 1. §. 18. Foem. אֲדַמְדֶּמֶת *rubris maculis varia*, Leuit. 13, 19. 24. 43. plur. אֲדַמְדַּמּוֹת *rubris maculis variae*, Leuit. 14, 37. tanquam à sing. אֲדַמְדַּמָּה.

דָּם m. *sanguis*, Gen. 37, 22. Exod. 7, 19. Leuit. 3, 17. etc. per Metonymiam *caedes*, (vt Graec. αἷμα. et Lat. *sanguis*, conf. VORSTIVS de *Hebraismis N. T.* P. I. c. 19.) Gen. 37, 26. Iof. 20, 3. et *reatus ex sanguine effuso* siue *ex caede*, Deut. 19, 10. c. 22, 8. Pf. 51, 16. cum eius *poena*, Exod. 22, 1. 2. Leuit. 20, 9. 2 Sam. 1, 16. 1 Reg. 2, 37. Ezech. 33, 4. 5. Metaphorice de *vino* dicitur instar *sanguinis rubente*, Gen. 49, 11. Deut. 32, 14. vt Graec. αἷμα 1 Macc. 6, 34. Sirac. 39, 26. apud ACHILLEM TATIVM L. II. p. 67. et (vti volunt GROTIVS in *Commentar*. I. H. MAIVS F. in *Histor. Crit. Reipubl. litterar*. T. XIV. p. 201. seq. et IAG. HASAEVS in *Biblioth. Brem*. Claff. III. p. 257. 258.) Apoc. 14, 20. c. 19, 13. sic Lat. *sanguis* apud STATIVM *Thebaid*. I. 329. NEMESIANVM *Eclog*. II. 50. PLINIVM XIV. 5. et CASSIODORVM *Epist*. XII. 4. conf. BOCHARTI *Canaan* L. I. c. 18. p. 478. Dicitur autem דָּם a *rubore*, per Aphaeresin pro אדם, vt differat ab אָדָם *homo*, (vnde Chald. et Syr. א retinetur,) obseruante BOCHARTO l. c. L. II. c. 16. p. 852. quem frustra impugnat GVSSETIVS in *Comment. ling. Hebr*. BOCHARTVS enim minime dicere vult, דָּם esse *sanguinem solius hominis*. In regim. דַּם Gen. 9, 6. Exod. 23, 18. cum Affixis דָּמוֹ *sanguis eius*, Gen. 9, 4. Exod. 29, 16. דִּמְכֶם (pro דַּמְכֶם, mutato (-) in Chirek,) *sanguis vester*, Gen. 9, 5. pl. דָּמִים *sanguines*, Exod. 4, 25. 26. Deut. 19, 10. in regim. דְּמֵי Gen. 4, 10. 11. Leuit. 12, 5. cum Affixis דָּמַיִךְ *sanguines tui*, Ezech. 16, 9. et sec. Kethibh 2 Sam. 1, 16. (vbi Kri habet דָּמְךָ *sanguis tuus*, in sing.) דְּמֵיהֶם *sanguines eorum*, Leuit. 20, 11. 12. 13. 16. 27. 1 Reg. 2, 33.

אָדַן radix inusit. quae sensum *roboris, firmitatis et potentiae* habuisse videtur: vnde AVENARIVS recte confert Graec. δύναμαι. Neque etiam abludit radix Arab. אדא *viribus, robore polluit:* Verba enim Quiescentia tertia radicali et habentia tertiam radicalem Nun aliquando eiusdem sunt significationis, notantibus id GVSSETIO ad rad. סאן, HILLERO in *Onomast. S.* p. 361.

p. 361. et ALB. SCHVLTENSIO passim. Conf. *Arcan. Form.* p. 140. et exemplis, ex Arab. ibi adductis, adde עבא et עבן *crassus, pinguis fuit.* Inde sunt

אֶדֶן m. *basis, stylobates,* a *robore* et *firmitate*, Exod. 38, 27. pl. אֲדָנִים *bases, stylobatae*, Exod. 26, 19. 21. c. 36, 26. 30. in regim. אַדְנֵי Exod. 26, 19. 32. 37. c. 36, 24. 36. cum Affixis אֲדָנָיו *stylobatae eius*, Exod. 35, 11. Num. 3, 36. אַדְנֵיהֶם *stylobatae eorum*, Exod. 26, 21. Num. 3, 37.

אָדוֹן m. *dominus*, a *potentia*, Gen. 45, 8. 9. Exod. 23, 17. Ps. 12, 5. Ies. 1, 24. etc. In regim. אֲדוֹן Ios. 3, 11. 13. Ps. 97, 5. cum Affixo אֲדֹנִי *dominus meus*, *domine mi!* Gen. 23, 6. 11. 15. Exod. 21, 5. vnde cum Praefixis בַּאדֹנִי 1 Sam. 24, 11. וַאדֹנִי Gen. 18, 12. לַאדֹנִי Gen. 24, 36. per Syncopen Punctorum (ַ). Plur. אֲדֹנִים *domini*, Ies. 26, 13. saepe per *Enallagen Numeri* et *excellentiae* ergo de *vno domino* dicitur, etiam cum Adiectiuo *singulari*, vt 1 Reg. 22, 17. Ies. 19, 4. etc. sic Graec. *κύριοι* Luc. 19, 33. In regim. אֲדֹנֵי Gen. 39, 20. 1 Reg. 16, 24. cum Affixo אֲדֹנֶיךָ *domini tui* vel *dominus tuus*, Gen. 24, 51. 1 Sam. 26, 15.

אֲדֹנָי Nomen Dei *Proprium*, Gen. 18, 3. Exod. 4, 10. 13. Iud. 6, 15. etc. sub terminatione plur. infrequentiore, qualis est in נֹגְבַי, וַאלֹהַי, שַׁדַּי etc. (de qua vid. plura infra in גוב) idque, vt in praeced. Appellatiuo, *excellentiae* ergo, et cum (ָ), discriminis caussa, vt in aliis Nominibus *Propr.* e. g. בָּחָן pro בַּחַן, אָחָז pro אָחַז etc. Quo minus Iod pro Affixo primae personae habeatur, obstat, quod Deus sibi ipsi hoc nominis tribuit, vt Hiob. 28, 28. Sed HILLERVS, DANZIVS et STOCKIVS compositum esse volunt ex אָדוֹן et inusit. הִי *τὸ ὄν*, *ens*, (conf. de illo הִי nostrum *Onomast. V. T.* p. 550.) q. d. *dominus ὁ ὤν*, i. e. *aeternus* et *per se subsistens*, vel *dominus* omnis *entis*. Cum Praefixis eandem Syncopen Punctorum admittit, ac *Appellatiuum* אָדוֹן: vt בַּאדֹנָי Ies. 49, 14. לַאדֹנָי Gen. 18, 30. Conf. pluribus de h. n. HACKSPANII *Sylloge Dissertat. Theolog. et Philolog.* p. 210. seq. VAL. FRIDERICI Dissert. de *Synonymis Dei Hebraicis* אדני et שדי, VRIEMOETI *Annot. ad Dicta Class. V. T.* T. I. p. 126. G. SCHWARZII, BVXTORFFII, HOTTINGERI, PFEIFFERI, LEVSDENI, MOCHINGERI, IAC. ALTINGII, aliorumque pec. Dissert. de *Nominibus Dei Hebraicis.*

אָדַר *amplus, magnus, magnificus fuit*, in Kal inuſitat. Niph. part. נֶאְדָּר *magnificatus*, Exod. 15, 11. cum Iod *Paragog.* נֶאְדָּרִי Exod. 15, 6. Hiph. fut. יַאְדִּיר *amplificabit, magnificabit*, Ieſ. 42, 21.

אֶדֶר m. 1) *magnitudo, amplitudo*, Zach. 11, 13. 2) *tunica ampla et magna, pallium*, Mich. 2, 8.

אַדִּיר m. *valde amplus et magnus*, vulgo *magnificus*, Pſ. 8, 2. 10. Ieſ. 10, 34. Ezech. 17, 23. Cum Affixo אַדִּירוֹ *magnificus eius*, Ier. 30, 21. pl. אַדִּירִים *valde ampli et magni, magnifici*, Exod. 15, 10. Pſ. 93, 4. et ſubſtantiue, *magnates, principes*, Iud. 5, 25. 2 Chron. 23, 20. Ier. 14, 3. etc. in regim. אַדִּירֵי Ier. 25, 34. 36. Pſ. 16, 3. cum Affixo אַדִּירֵיהֶם *magnates eorum*, Ier. 14, 3. Neh. 3, 5.

אֲדָר m. menſis anni ciuilis *ſextus*, partim Februario, partim Martio noſtro reſpondens, Eſr. 6, 15. Eſth. 3, 7. 13. c. 8, 12. c. 9, 1. 15. 17. 19. 21. Creditur eſſe vox *Perſica:* nam Perſis quoque آذر eſt nomen menſis *noni*. Sed magis conuenit *Adar* Syro-Chaldaeorum et Curdiſtanorum menſis *ſextus*, conf. FABRICII *Menologium* p. 20. 21. vnde 2 Macc. 15, 37. dicitur eſſe vox *Syriaca*.

אִדַּר m. Chald. *area magna et ampla*. Pl. אִדְּרִין *areae*, in regim. אִדְּרֵי Dan. 2, 35.

אַדֶּרֶת f. 1.) *ingens amplitudo* ſiue *magnitudo, magnificentia*, Ezech. 17, 8. 2.) *tunica valde ampla et magna, pallium*, Gen. 25, 25. Ioſ. 7, 21. 24. 2 Reg. 2, 13. Cum Affixis אַדַּרְתּוֹ *pallium ſuum*, 1 Reg. 19, 13. 19. Ion. 3, 6. אַדַּרְתָּם *magnificentia eorum*, Zach. 11, 3.

אֲדַרְגָּזְרִין Chald. pl. m. in Statu Emphat. אֲדַרְגָּזְרַיָּא *iudices primarii et ſuperioris ordinis*, Dan. 3, 2. 3. ex inuſit. אֲדַר *magnus*, et גָּזְרִין *iudices*, quod vid. infra ſuo loco.

אַדְרַזְדָּא Chald. *confeſtim, citiſſime*, Eſr. 7, 23. compoſ. ex אֲדַר *magnum: valde*, et inuſit. אַזְדָּא *cito*, cuius radix אזד *cito effugit* vel *elapſus eſt*, Dan. 2, 5. 8. qua cum conuenit Perſ. زود *celer*.

אֲדַרְכּוֹן m. in pl. אֲדַרְכֹּנִים 1 Chron. 29, 7. Eſr. 8, 27. et דַּרְכְּמוֹן, in pl. דַּרְכְּמוֹנִים Eſr. 2, 69. Neh. 7, 70. 71. 72. vulgo idem

idem putatur esse cum Graec. δραχμὴ, siue, vt quoque apud HESYCHIVM legitur, δαρχμή: quod defendit FVLLERVS in *Miscell. S.* L. VI. c. 12. conf. OTTO SPERLINGIVS de *Nummis non cusis* p. 196. seq. Alii idem esse volunt cum Δαρεικὸς, *Daricus*, moneta à rege *Dario* dicta: quam sententiam pluribus tuetur HARENBERGIVS in *Biblioth. Brem.* Class. VIII. Fasc. 4. SALMASIVS de *Vsuris* p. 246. idem esse putat cum Pers. درهم siue درم. Conf. HOTTINGERI Append. ad *Cippos Hebr.* p. 96. seq. et LACKEMACHERI *Obseruat. Philol.* P. I. p. 328. seq.

אָדוֹשׁ Ies. 28, 28. infin. absol. tanquam ab אדש, vid. in דוש *triturare*.

אָהַב et אָהֵב *dilexit*, *amauit*. Construitur cum Accusat. rarius cum Dat. Praet. m. cum Affixo אֲהֵבְךָ *dilexit te*, Deut. 15, 16. c. 23, 6. foem. אָהֲבָה *dilexit*, Cant. 1, 7. c. 3, 1. cum Affixis אֲהֵבַתֶךְ *dilexit te*, Ruth. 4, 15. אֲהֵבַתְהוּ *dilexit eum*, 1 Sam. 18, 28. etc. part. praes. אֹהֵב *amans*, Deut. 10, 18. Ps. 11, 5. et substantiue, *amicus*, 1 Sam. 18, 16. Ps. 88, 19. Prov. 18, 23. Ier. 20, 4. 6. etc. cum Affixis אֹהֲבִי *diligens me*, Ies. 41, 8. אֹהַבְךָ *diligens te*, 2 Chron. 20, 7. pl. אֹהֲבִים *diligentes*, it. *amici*, Deut. 13, 3. in regim. אֹהֲבֵי Ps. 69, 37. Prou. 14, 20. cum Affixo אֹהֲבַי *amantes me*, Exod. 20, 6. Ps. 38, 12. et sec. Kri Prov. 8, 17. vbi Kethibh habet אֹהֲבֶיהָ *amantes eam*, scil. sapientiam accidentalem, vel timorem Domini, ex v. 13. foem. אֹהֶבֶת *amans*, Gen. 25, 28. et cum Iod *Paragog.* אֹהַבְתִּי Hos. 10, 11. part. Pahul אָהוּב *dilectus*, Neh. 13, 26. foem. אֲהוּבָה *dilecta*, Deut. 21, 15. 16. infin. constr. אֱהֹב *amare*, Eccles. 3, 8. cum ה *Paragog.* אַהֲבָה Deut. 10, 12. 15. Ios. 22, 5. 2 Sam. 19, 6. etc. sed cum Affixo אַהֲבָם τὸ *amare eorum*, Hos. 9, 10. imper. אֱהַב *ama*, Hos. 3, 1. cum Affixo אֱהָבֶהָ *dilige eam*, Prou. 4, 6. plur. אֶהֱבוּ *diligite*, Ps. 31, 24. Amos. 5, 15. in pausa אֱהָבוּ Zach. 8, 19. fut. אֹהַב *diligam*, cum Vau Conuers. וָאֹהַב *et dilexi*, Malach. 1, 2. (vnde cum Affixo אֹהֲבֵם *amabo eos*, Hos. 14, 5.) et ex dialecto Chald. אֵהָב Prou. 8, 17. In reliquis personis regulare est: vt תֶּאֱהַב *diliges*, *diligas*, Prou. 20, 13. et תֶּאֱהָב 2 Chron. 19, 2. יֶאֱהַב *diliget*, *diligit*, Prou. 3, 12. et יֶאֱהָב c. 15, 9. cum Vau Conuers. וַיֶּאֱהַב *et dilexit*, Gen. 25, 28. Iud. 16, 4. vnde cum Affixo וַיֶּאֱהָבוֹ *et dilexit eum*, sec. Kethibh 1 Sam. 18, 1. sed Kri habet

וַיֶּאֱהָבֵהוּ, cum alio Affixo. Plur. in pausa הֶאֱהָבוּ *diligatis*, Zach. 8, 17. et cum Nun Parag. manente (ָ) etiam extra pausam, praeter morem, הֶאֱהָבוּן *diligitis*, Ps. 4, 3. sed הְּאֵהֲבוּ Prov. 1, 22. dictum est pro הְּאֵהֲבוּ, ex Aramaeismo: Chaldaei enim et Syri Hebraeorum (ֵ) mutare solent in (ֶ), vt צֶלֶם pro צֵלֶם. Idem factum est in מוֹצֵאת pro מוֹצְאֵת Cant. 8, 10. שְׂאֵת Deut. 1, 9. etc. Niph. part. pl. נֶאֱהָבִים *dilecti*, 2 Sam. 1, 23. Pih. part. מְאַהֵב *impense amans*, et substantiue, *amator*, pl. מְאַהֲבִים, cum Affixo מְאַהֲבֶיהָ *amantes eam*, *amatores eius*, Ezech. 23, 5. 9. Hos. 2, 7. 10. 13.

אֲהָבִים m. pl. *amores*, Prov. 5, 19. Hos. 8, 9. tanquam à sing. אֹהַב.

אֳהָבִים m. pl. id. Prov. 7, 18. tanquam à sing. אֹהַב vel אֹהַב.

אַהֲבָה f. *amor*, *dilectio*, 2 Sam. 13, 15. Prov. 10, 12. Eccles. 9, 1. etc. metonymice *amoris* Obiectum, Cant. 2, 7. c. 3. 8. c. 7, 7. c. 8, 4. In regim. אַהֲבַת Deut. 7, 8. 1 Sam. 20, 17. cum Affixo אַהֲבָתָם *amor eorum*, Eccles. 9, 15. Huc quoque referunt אַהֲבָתוֹ Gen. 29, 20. 1 Sam. 18, 3. vbi aliis est Infinitiuus cum ה Paragog. ob Affixum in ת mutato, sicut Exod. 40, 32. 2 Sam. 3, 11.

אֲהָהּ *ah! eheu!* Interiectio à sono factitia, Iud. 6, 22. Ier. 1, 6. c. 4, 10. Ioël. 1, 15. per Aphaeresin הָהּ Ezech. 30, 2.

אֱהִי Hos. 13, 10. 14. dictum putatur pro אֵי vel אַיֵּה *vbi?* vid. POCOCKII *Not. Miscell.* ad *Portam Mosis* p. 69.

אָהַל *fixit*, *tetendit tentorium.* Fut. cum Vau Conuers. וַיֶּאֱהַל *et tentorium fixit*, Gen. 13, 12. 18. Hiph. fut. יַאֲהִיל *tentorium figet*, al. *splendet*, significatione petita ab הלל *splenduit*, SCHVLTENS in *Animaduers.* *aptam* siue *dignam iudicat*, ex Arab. qui tamen in *Commentar.* vertit: *tentorium obtinebit*, Hiob. 25, 5. Ex יַאֲהֵל vel, vt eidem videtur, ex fut. Pih. יְאַהֵל aut יְאַהֵל contractum est יַהֵל, vel vt alii legunt, יַהֵל *tentorium figet*, Ies. 13, 20. aut Forma petita est ab הלל, licet significatio sit ab אהל.

אֹהֶל m. *tentorium*, vi Formae vocis sic dictum, quod *nunc huc*, *nunc illuc transfigatur.* Cum Affixo in pausa אָהֳלֶךָ *tentorium tuum*, Iud. 19, 9. pl. אֹהָלִים *tentoria*, Gen. 13, 5. c. 25, 27. Iud. 8, 11. 2 Reg. 7, 10. etc. cum Affixis אֹהָלֶיךָ *tentoria*

ria tua, Num. 24, 5. Deut. 16, 7. c. 33, 18. 1 Reg. 12, 16. etc. אֹהָלָיו *tentoria sua*, Iud. 7, 8. 1 Sam. 4, 10. 2 Sam. 18, 18.

אֹהֶל m. id. Gen. 4, 19. Exod. 28, 44. Leuit. 1, 3. etc. sic sec. Kethibh 1 Reg. 7, 45. (quomodo praeced. כֵּלִים positum est pro כְּלֵי,) sed Kri habet אֵלֶּה *illa*. Cum ה Parag. אֹהֱלָה *in tentorium*, Gen. 18, 6. Exod. 18, 7. cum Affixis אָהָלְךָ (cum (ָ) chateph sub ה, ex (ֳ) conciso,) *tentorium tuum*, Ps. 61, 5. in pausa אָהֳלֶךָ Ps. 15, 1. Ps. 91, 10. Hiob. 5, 24. אָהֳלוֹ *tentorium eius* vel *suum*, Gen. 26, 25. Exod. 33, 8. 10. et pro eo אָהֳלֹה Gen. 9, 21. Iud. 4, 11. pl. אֹהָלִים *tentoria*, in regim. אָהֳלֵי Gen. 9, 27. Num. 16, 26. cum Affixo אָהֳלֵיכֶם *tentoria vestra*, Deut. 1, 27. Ios. 22, 4. 8.

אֲהָלִים m. pl. Num. 24, 6. Prov. 7, 17. et אֲהָלוֹת f. pl. Ps. 45, 9. Cant. 4, 14. genus arboris odoriferae, vulgo ob soni vicinitatem *aloë*, non tamen radix illa purgatoria, sed *aloës lignum* siue *agallochum*: quod pluribus defendunt WEDELIVS in *Exercitat. Med. Philolog.* Cent. I. decad. 8. et OLAVS CELSIVS in *Hierobotan.* P. I. p. 135. seq. *Costum* reddit Arabs ERPENII, Num. 24, 6. quod non displicet CLERICO ad l. c. et CASTELLO in *Lex.* qui tamen in Orat. de *ling. Arab.* p. 29. 30. pro *croco* pugnat. Esse genus *cedri* magnae, à *splendore* i. e. *virore* dictum, pluribus contendit HILLERVS in *Hierophyt.* P. I. c. 42. qui deriuat ab אהל *splenduit*, Hiob. 25, 5. alias הלל.

אוֹ Coniunctio *Disiunctiua*, *vel*, *siue*, Exod. 4, 11. c. 5, 3. etc. Est vel ὀνοματοποιητικὸν, vt Graec. ἤ, vel eiusdem originis cum אִי *insula*, (quod vid.) adeoque proprie *disiunctionem* notat. Interdum simul Coniunctionem *Conditionalem* includit, *aut si*, vt 1 Sam. 20, 10. Ies. 27, 5. etc. Esse quoque Particulam exclamandi, *o!* vt Syr. ܐܘ, contendit LVD. de DIEV, huc referens 2 Sam. 18. 13. Hiob. 22, 11. Ies. 27, 5. Ezech. 21, 15. Malach. 2, 17.

אוֹב m. 1) *vter*, *quo aqua petitur siue hauritur perque itinera ducitur*, vt hodienum in oriente fieri solet, conf. THEVENOT in *Itiner.* P. I. L. II. c. 25. et TAVERNIER P. I. L. II. c. 3. à rad. Arab. آب *aquatum iuit*, *aquam petiuit*, it. *rediit*, *reuersus est*. Pl. אֹבוֹת *vtres*, Hiob. 32, 19. Aliud est 2) vbi de specie quadam *diuinationis* sermo est: vulgo quidem sic *pytho* siue *engastrimythus* i. e. *ventriloquus* intelligitur, cuius

ius venter instar vtris inflatur. Sed ex 1 Sam. 28, 8. Ies. 8, 19. c. 29, 4. patet, non de *engastrimythia*, sed de *necromantia* sermonem esse, vbicunque אוב occurrit: vnde PETRVS IVRIEV in *Histoire Critique des dogmes et des cultes* P. III. c. 5. et DEYLINGIVS in *Obseruat. S.* P. II. obs. 18. §. 15. seq. אוב exponunt de *vase aqua pleno*, Lat. *obba*, voce cognata, (conf. MARTINII *Lex. Philolog.* ad h. v.) in quo manium simulacra apparuerint. Probabilior nobis videtur sententia Cel. DAV. MILLII in *Diss. Select.* VII. cui אוב vel אובות sunt ipsi *manes*, ab inferis *reuocati*, vt, de rebus futuris aut dubiis consulti, responsa darent, ideoque à *redeundo* dicti, vid. Ies. 29, 4. Sic itaque בַּעֲלַת אוב 1 Sam. 28, 7. 8. erit *domina* i. e. *potens manium*, vel, vt MILLIVS explicat, *negotium habens cum manibus*, (cuius masc. בַּעַל אוב aqud Talmudicos occurrit,) sicut בַּעֲלַת כְּשָׁפִים *praestigiarum potens et perita*, Nah. 3, 4. Alibi vero vox בַּעַל siue בַּעֲלַי per Ellipsin omittitur: vt Leuit. 20, 27. 1 Reg. 21, 7. 1 Sam. 28, 3. 10. etc. quemadmodum in Propriis פְּעוֹר dicitur Num. 25, 18. c. 31, 16. Ios. 22, 17. pro בַּעַל פְּעוֹר Num. 25, 3. 5. Deut. 4, 3. Ps. 106, 28. Hos. 9, 10. חֶרְמוֹן Deut. 3, 8. Ios. 11, 3. 17. Ps. 89, 13. etc. pro בַּעַל חֶרְמוֹן Iud. 3, 3. Sunt denique, qui אוב ex lingua Aegyptiaca exponunt per *serpentem*, vt, post KIRCHERVM, BOCHARTVS in *Hieroz.* P. I. L. I. c. 3. et STEPHANVS LE MOYNE in Notis ad *Varia S.* p. 993. seq. idem esse cum Coptico ⲞⲨⲎⲂ *sacrificus, sacerdos*, statuit Celeb. IABLONSKI in Epist. ad LA CROZIVM, vid. *Thesaur. Epist. La Croz.* P. I. p. 183.

אוד radix Hebraeis inusit. quae notionem *fumandi* et *vaporandi* habuisse videtur. Inde enim sunt

אוּד m. *titio*, *lignum fumans*, Amos. 4, 11. Zach. 3, 2. pl. אוּדִים *titiones*, Ies. 7, 4.

אֵד m. *vapor*, Gen. 2, 6. cum Affixo אֵדוֹ *vapor eius*, scil. aquae, Hiob. 36, 27. Aliud est

אֵיד 1) *robur*, *vis*, *potentia*, Hiob. 31, 23. 2) *calamitas dura* vel *infortunium graue*, Prov. 17, 5. Hiob. 18, 12. c. 21, 30. Ier. 48, 16. etc. quod est à rad. Arab. أاد *grauis fuit*, et media Ie, *durus*, *firmus*, *validus fuit*. Cum Affixo אֵידִי *calamitas mea*, 2 Sam. 22, 19. Ps. 18, 19. Inde quoque est

אודות

אֹרְחוֹת pl. f. *res* siue *negotia grauia*; quod tamen LVDOVICVS *de* DIEU ad Gen. 21, 11. deducit à rad. Aethiop. אור, alias דור, *circuiuit*, *vertit se*, quem sequitur HEIDEGGERVS in *Histor. Patriarch.* T. II. Exercit. 6. §. 20. vt אודות proprie sint *conuersiones rerum* siue *occasiones*; sicut סִבָּה est à סבב *circuiuit*, *vertit se*. Semper construitur cum עַל, vnde עַל אודות *super negotia*, i. e. *propter*, Gen. 21, 11. 25. Exod. 18, 8. Iud. 6, 7. Ier. 3, 8. etc. Semel pro עַל legitur אֶל 2 Sam. 13, 16. (vt contra pro אֶל *Kethibh* habet עַל Ezech. 9, 5.) quod quidam exponunt: *non* (sunt) *causae*, alii: *ne* (sint) *causae*; COCCEIVS autem in *Lex.* lectionem var.. subesse putat, vt sec. Litteras legendum sit אֶל, sec. Puncta עַל, licet Masorethae id non annotauerint: qualis permutatio Particularum אֶל et עַל occurrit 1 Sam. 20, 24. Ies. 65, 7. et sec. quosdam codices 1 Reg. 1, 33. vbi tamen addita est crisis Masoretharum. Cum Affixis occurrit עַל אֹדֹתַי *propter me*, Ios. 14, 6. עַל אֹדוֹתֶיךָ *propter te*, Ios. 14, 6.

אָוָה in Kal inusit. in Pih. אִוָּה *voluit*, *desiderauit*, *expetiit*, *concupiuit*. Praet. pers. 1. אִוִּיתִי *expetiui*, cum Affixo אִוִּיתִיהָ *expetiui*, *praeoptaui eam*, Ps. 132, 14. fut. תְּאַוֶּה *desiderabit*, Deut. 12, 20. 1 Sam. 2, 16. Hithpah. praet. הִתְאַוָּה *apud se desiderauit* siue *concupiuit*, Prov. 21, 26. scil. pius, ex v. praeced. (conf. de Verbis *Affectuum* in Hithpah. *Arcan. Form.* p. 524.) הִתְאַוֵּיתִי *concupiui*, Ier. 17, 16. pl. הִתְאַוּוּ *concupiuerunt*, Num. 11, 4. sed וְהִתְאַוִּיתֶם (cum Vau *Conuers.*) Num. 34, 10. ex significatione radicis Arab. אוי, Hebr. נוה, exponendum est: *et habitabitis*, coll. de Verbis *manendi* in Hithpah. l. c. p. 537. Aliis compositum est ex תאר et הוה. Part. מִתְאַוֶּה *apud se concupiscens*, *concupiscit*, vnde pl. מִתְאַוִּים Num. 11, 34. Amos. 5, 18. foem. מִתְאַוָּה Prov. 13, 4. fut. תִּתְאַוֶּה *apud te concupisces*, *concupiscas*, Deut. 5, 21. vnde per Apocopen et cum (ֿ) in fine, (Dagesch Forti sic quasi compensato,) תִּתְאָו Prov. 23, 3. 6. c. 24, 1. sic יִתְאַוֶּה *apud se concupiscit*, Eccles. 6, 2. vnde יִתְאָו Ps. 45, 12. et וַיִּתְאָו 1 Chron. 11, 17. Sed נָאוּ, נָאוָה etc. vid. in נאה.

אַו vel אֵו m. *desiderium*, *concupiscentia*, sec. *Kethibh* Prov. 31, 4. sed *Kri* habet אֵי eodem sensu. Vid. statim אֵי.

אַוָּה f. id. in regim. אַוַּת Deut. 12, 15. 20. 21. 1 Sam. 23, 20. Ier. 2, 24. Cum Affixo אַוָּתִי *desiderium meum*, Hos. 10, 10.

אִי m. proprie *desiderium*, vnde in regim. אֵי sec. *Kri* Prou 31, 4. pro אַו, mutata media Vau in Iod, vt alibi. Per Metonymiam notat *rem desideratam* siue *quae desideratur et quaeritur:* hinc Arab. et Aethiop. significat *quis?* Hebr. *vbi?* q. d. *in quo loco?* In regim. אֵי Gen. 4, 9. Deut. 32, 37. 1 Sam. 26, 16. etc. it. *quomodo, qua ratione?* Ier. 5, 7. Frequenter cum aliis Particulis coniungitur: vt cum כה et פה, vid. אֵיכה et אֵיפה; cum Pronom. זֶה: אֵי זֶה *quisnam, quaenam, quodnam?* 1 Reg. 13, 12. 2 Reg. 3, 8. etc. *vbinam?* 1 Sam. 9, 18. Hiob. 28, 12. Ies. 50, 1. etc. *quonam? quorsum?* 1 Reg. 22, 24. et interposito Praefixo מ, אֵי מִזֶּה *ex quonam* vel *quanam?* 2 Sam. 15, 2. Ion. 1, 8. *ex quonam loco? vnde?* Gen. 16, 8. 2 Sam. 1, 13. Hiob. 2, 2. Ex אֵי cum Affixis fit אַיֶּכָּה (cum Nun *Epenthet.* et ה *Paragog.*) *vbi tu?* Gen. 3, 9. אַיּוֹ *vbi ille?* Exod. 2, 20. 2 Reg. 19, 13. Mich. 7, 10. etc. sic sec. Kethibh Ier. 37, 19. (vbi Kri habet אַיֵּה,) אַיָּם *vbi illi?* Ies. 19, 12. Nah. 3, 17. sic cum ה *Paragog.* (quod interdum τὸ *in loco* significat,) אַיֵּה *vbi?* Gen. 18, 9. c. 19, 5. 2 Sam. 16, 3.

מַאֲוַי m. *desiderium*, metonymice eius *Obiectum* siue *id, in quo affectus desiderii occupatur:* vnde pl. מַאֲוַיִּים *desideria, desiderata*, in regim. מַאֲוַיֵּי Ps. 140, 9.

תַּאֲוָה f. *desiderium, concupiscentia apud se*, Gen. 3, 7. Num. 11, 4. Deut. 9, 23. in regim. תַּאֲוַת Ps. 10, 3. 17. Prov. 11, 23. cum Affixo תַּאֲוָתָם *desiderium, concupiscentia eorum* vel *sua*, Ps. 78, 29. 30. Sed תַּאֲוַת Gen. 49, 26. quidam referunt ad rad. תאה, vbi vid.

אוֹי Interiectio *dolentis*, *eheu! ah!* 1 Sam. 4, 7. 8. Ies. 3, 11. Ier. 4, 31. Thren. 4, 38. et *comminantis*, *vae!* Num. 21, 29. Ier. 13, 27. à sono factitia, vt Graec. οἴ. Occurrit quoque cum ה *Paragog. Intensiuo*, אוֹיָה *vae!* Ps. 120, 5.

אול radix Hebraeis inusitata, Arab. أول *praefuit, praecessit, anterior fuit* vel *euasit*, scil. vel *loco* vel *tempore* vel *robore et firmitate;* hinc *crassus fuit, incrassuit: crassitiei* enim vocabula ad *robur* referuntur, vt Graec. ἁδρὸς *crassus* et *validus*, ἁδρότης *crassities* et *robur*, στιβαρὸς *crassus*, *densus*, it. *firmus, robustus;* χεῖρα παχεῖαν pro *valida* et *robusta* dixit

HOME-

HOMERVS; fic Arab. بدم *craffities* et *robur*, ثخن *craffus fuit*, it. *firmus fuit*, عشاين *craffus* et *validus*, جلب *craffus*, it. *validus*, *robuftus*, etc. vnde בָּרִיא *pinguis*, et אוּל *robur*, coniunguntur Pf. 73, 4. In Nominibus, inde deriuatis, media radicalis nunc quiefcit, nunc mouetur, nunc in Iod mutatur, vt in aliis. Talia funt

אֱוִיל m. proprie *craffus*, hinc *ftupidus*, *ftultus*, Prov. 7, 22. Hiob. 5, 3. Ier. 4, 22. Hof. 9, 7. etc. Vocabula enim *craffitiei* de *ftupiditate* accipi folent: vt טפש *incraffatus eft*, Pf. 119, 70. Chald. *ftupidus*, *ftultus fuit*, conf. Ief. 6, 10. fic Lat. *craffus*, *obefus* et *pinguis* pro *ftupido* et *hebete* dicitur, (vnde *craffa* et *pingui Minerua*,) fic Graec. παχὺς etc. plura vid. in *Arcano Form.* p. 125. conf. ELSNERI *Obferuat. S.* ad Matth. 13, 14. et SCHVLTENSII *Commentar.* ad Hiob. 5, 3. Cum Iod *Parag.* occurrit אֱוִלִי Zach. 11, 15. quale Iod etiam eft feq. v. 17. in רֹעִי et עֹזְבִי, de cuius fignificatione conf. SCHVLTENSII *Animaduerf. Philol.* ad Gen. 49, 11. et *Inftitut. ling. Hebr.* p. 453. 454. nifi potius fit *gentilitium*, q. d. *qui eft ex genere et claffe ftultorum*. Plur. אֱוִילִים *ftolidi*, *ftulti*, Pf. 107, 17. Prov. 1, 7. Aliam fignificationem habet אֱוִיל in Nomine *Propr.* אֱוִיל מְרֹדַךְ, de quo vid. *Onomaft. V. T.* p. 75. et 572.

אִוֶּלֶת f. *ftultitia* vel potius habitus illius vitii, Pf. 96, 6. Prov. 12, 23. c. 13, 16. etc. fic c. 14, 24. vbi bis occurrit, quorum prius SCHVLTENS in *Animaduerf.* per *principatum* exponit, ex radicis notione *praecedendi*, in *Commentar.* autem rectius per *opulentiam*: quomodo et Graec. παχὺς pro *opulento* dicitur, et HESYCHIVS πίειρα ac πίειρη exponit πλούσια; πίονα νηὸν pro *templo diuite* dixit HOMERVS *Iliad.* II. 549. etc. Cum Affixo אִוַּלְתִּי *ftultitia mea*, Pf. 38, 6. Pf. 69, 6.

אוּל m. *robur*, Pf. 73, 4. pl. אוּלִים *robora*, *vires*, vel potius *principatus*, et pofito *Abftracto* pro *Concreto*, *principes*, in regim. אוּלֵי 2 Reg. 24, 15. fec. *Kethibh*, fed *Kri* habet אֵילֵי, vt Ezech. 17, 13. conf. de אולי הארץ ZORNIVS in *Decimis Porufficis* P. XXIV. Sed אוּלַי cum Affixo perf. 1. Particula eft *bene confidentis* et *firmiter fibi perfuadentis*, q. d. *confirmationes mei*, *firmae perfuafiones mei*: vulgo redditur per *fortaffis*, Gen. 16, 2. c. 24, 5. Num. 23, 27. Iof. 9. 7. etc.

 per

per *nisi* quoque exponitur Num. 22, 33. quam vero explicationem recte reiicit Celeb. TYMPIVS ad NOLDII *Concordant. Partic.* p. 5.

אוּלָם m. (cum Mem *Heemantico augmentatiuo*,) *vestibulum*, *porticus*, pars aedificii *omnium prima* siue *anterior*; quo cum conuenit Graec. ἀυλὴ, Lat. *aula*, i. e. *atrium*, 1 Reg. 6, 3. 2 Chron. 8, 12. Ezech. 40, 7. etc. pro quo etiam recurrit אֻלָם 1 Reg. 7, 12. 21. Ezech. 40, 8. et sic quoque 1 Reg. 7, 7. 8. Ezech. 40, 39. 40. c. 41, 15. etc. vbi quidam vitiose legunt אֻלָּם, cum Dagesch Forti. Plur. אֻלַמִּים *vestibula*, *porticus*, in regim. אֻלַמֵּי Ezech. 41, 15. Aliud est

אוּלָם Particula *fortissime affirmandi: cumprimis*, *vtique*, *profecto*, *omnino*, *reuera*, Graec. ἀρχὴν et τὴν ἀρχὴν, Gen. 28, 19. (vbi à nonnullis perperam pro *Proprio* habetur, conf. *Onomast. V. T.* p. 358.) Num. 14, 21. Hiob. 13, 3. etc. Adhibetur quoque in *confirmatione* et *asseueratione* contrarii, notans *verum*, *vero*, *veruntamen*, (sicut Lat. *verum* et *vero* dicitur à *verus*, et *certe* pro *tamen* vel *veruntamen* saepissime venit,) Hiob. 1, 11. c. 2, 5. c. 5, 8. etc. Semel scribitur אֻלָם Hiob. 17, 10. vbi quidam codices male habent אֻלָּם cum Dagesch.

אַיִל m. 1) *aries*, Gen. 15, 9. Exod. 29, 15. Leuit. 5, 15. etc. vulgo à *robore*, frontis scil. et cornuum, dictus putatur, opposite ad ouem, quae Graec. ἀμνὸς q. d. ἄμενος i. e. *debilis*; sed MAIO in *Histor. Animal.* L. II. c. 7. quod gregem ouium ceu *dux praecedat*. Mallem ego nominis rationem deducere à *crassitie* et *pinguedine*, quae passim de arietibus praedicatur, vt Deut. 32, 14. 1 Sam. 15, 22. Ies. 34, 6. etc. In regim. dicitur אֵיל Exod. 29, 22. 26. 31. Leuit. 8, 18. 22. 29. plur. אֵילִים *arietes*, Exod. 25, 5. Leuit. 23, 18. in regim. אֵילֵי Gen. 31, 38. Ies. 60, 7. 2) *Superliminare*, *crassior* et *prominentior* ianuae pars, postibus incumbens, COCCEIO *proiectura* parietis in imo *prominentis*, 1 Reg. 6, 31. Ezech. 40, 14. 16. in regim. אֵיל Ezech. 41, 3. pl. אֵילִים *superliminaria*, Ezech. 40, 10. 14. 38. 49. c. 41, 1. cum Affixo אֵילָיו *superliminaria eius*, Ezech. 40, 9. 21. 24. 26. 29. Sed אֵלֵיהֶמָה Ezech. 40, 16. speciali anomalia pro Affixo הֶם accepit Pronomen *Separatum* הֵם cum ה *Paragog.* et insuper Iod quiesc. deficit. איל

אֱיָל m. *robur*, Pſ. 88, 5.

אֱיָלוּת f. id. cum Affixo אֱיָלוּתִי *robur meum*, Pſ. 22, 20.

אֵיל m. 2) *quercus*, à *craſſitie* et *robore*, et collectiue, *quercetum*, Gen. 14, 6. Alii *ilicem* intelligunt; CLERICVS et OL. CELSIVS in *Hierobotan.* P. I. p. 34. ſeq. *terebinthum*. Pl. אֵלִים (ſine Iod,) *quercus*, Ieſ. 1, 29. et ſec. quosdam c. 57, 5. ſed in regim. אֵילֵי Ieſ. 61, 3. cum Affixo אֵילֵיהֶם *quercus eorum*, Ezech. 31, 14. 2) אֵל (ſine Iod,) *robur*, *fortitudo*, *vires*, quoties poſt ſe habet יָד, vt Gen. 31, 29. Deut. 28, 32. Prov. 3, 27. Mich. 2, 1. Neh. 5, 4. 3) אֵל *fortis*, *potens*, vel potius *princeps*, (ex Verbi ſignificatione *praecedendi*,) pl. אֵילִים, et ſine Iod, אֵלִים *fortes*, *potentes*, vel *principes*, Hiob. 41, 17. et ſec. quosdam Exod. 15, 11. in regim. אֵילֵי Exod. 15, 15. Ezech. 17, 13. et ſec. *Kri* 2Reg. 24, 15. et ſine Iod, אֵלֵי Ezech. 32, 21. vbi אֵלֵי גִבּוֹרִים *fortes heroum* ſunt *fortiſſimi heroës*, aliis *primarii* ſiue *principes heroum*.

אֵל *Deus*, quia habet (..) mutabile, huc non pertinet; vid. ergo infra ſuo ordine.

אַיָּל com. *ceruus*, Deut. 12, 15. c. 14, 5. Ieſ. 35, 6. etc. a maximo cornuum *robore*; niſi potius ſic dictus ſit à *praecedendo* et *praeuertendo*, ob ſummam pedum *celeritatem*: vnde ἔλαφος ταχεῖα et ὠκεῖα apud HOMER. ὠκύπους apud OPPIAN. *cerui celeres* apud STAT. *alipedes* apud LVCRET. etc. Plur. אַיָּלִים *cerui*, Cant. 2, 9. 17. c. 8, 13. Thren. 1, 6.

אַיָּלָה f. *cerua*, Gen. 49, 21. pl. אַיָּלוֹת *ceruae*, 2 Sam. 22, 34. Pſ. 18, 34. in regim. אַיְלוֹת Cant. 2, 7. c. 3, 5.

אַיֶּלֶת f. id. Ier. 14, 5. Prov. 5, 19. ſed אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר Pſ. 22, 1. genus eſſe tibiarum ex *ceruinis* oſſibus, pluribus oſtenderunt THEOD. HASAEVS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. I. Faſc. 2. et VRIEMOET in *Obſeruat. Miſcell.* L. I. c. 10. conf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. L. III. c. 17. A. C. ROTHII Diſſert. de *Cerua aurorae*, et HALLINGII Diſſert. de *Cerua matutina* ad Pſ. 22, 1.

אֵלָה f. idem quod maſc. אֵיל *quercus*; aliis *ilex* vel *terebinthus*, Gen. 35, 4. Iud. 6, 11. 19. et collectiue, *quercetum*, 1 Sam. 17, 2. 19. c. 21, 10.

אַלָּה f. Ioſ. 24. 26. *robur* arbor, vel eadem cum אֵלָה, HILLERO *aeſculus*: ratione ſignificationis huc pertinet, licet Forma ſit ab אלל.

אֻלָם et **אֵילָם** m. id. quod אוּלָם *vestibulum, porticus*, pl. אֵילַמִּים et אֵלַמִּים: vnde cum Affixo אֵילַמָּו *porticus eius*, Ezech. 40, 22. 24. 25. 26. et אֵלַמָּו Ezech. 40, 21. 29. 33. 34. 36. foem. אֵלַמּוֹת Ezech. 40, 16. 30.

אֵלוֹן m. (*Intensiuum* Nominis *Nudi* אֵיל vel אֵלָה,) genus *quercuum* praestantius, quales scil. in monte *Thabor* proueniunt, Iud. 9, 6. 37. 1 Sam. 10, 3. coll. *Onomast. V. T.* p. 301. pl. אֵלוֹנִים *quercus*, in regim. אֵלוֹנֵי Gen. 13, 18. c. 14, 13. c. 18, 1. Deut. 11, 30.

אַלּוֹן m. (*Intensiuum* Nominis *Nudi* אַלָּה,) Gen. 35, 8. Ies. 6, 13. c. 44, 14. Hos. 4, 13. *robur eximium*, h. e. sec. HILLERVM in *Hierophyt.* P. I. c. 37. *aesculus*, sec. OL. CELSIVM *terebinthus*. Sed ob soni vicinitatem *alnum* intelligunt AVENARIVS aliique: quod merito explodit VRSINVS in *Arboreto Bibl.* p. 205. Sunt denique, quibus אַלּוֹן *ilex* est: quam sententiam defendit KROMAYERVS in *Specimine fontium S. S. apertorum* p. 30. seq. Plur. אַלּוֹנִים *robora, ilices* vel *terebinthi*, Ezech. 27. 6. Amos. 2, 9. in regim. אַלּוֹנֵי Ies. 2, 13. Zach. 11, 2.

אִילָן m. Chald. in genere quaeuis *arbor crassa*, Dan. 4, 7. in Statu Emphat. אִילָנָא Dan. 4, 8. 11. 17. 23.

און in genere *deficere*, spec. *viribus*, (vnde Arab. media Ie, notat *lassum esse* vel *fieri*, *defatigari*, vt Syr. אכן,) et petita significatione ab אנן vel אנה, *dolere*, *cum dolore gemere*, *lugere*, *plangere*. Occurrit in solo Hithpah. part. מִתְאוֹנֵן, pl. מִתְאוֹנְנִים *cum dolore inter se gementes*, *quiritantes*, Num. 11, 1. fut. יִתְאוֹנֵן *apud se quiritatur*, Thren. 3, 39.

אָוֶן m. 1) in genere *defectus*: hinc specialiter *vanitas*, *id, quod reuera non est*, *nihil*, Ps. 7, 15. Ies. 59, 4. Hiob. 15, 35. vnde idolum vocatur אָוֶן Ies. 41, 29. c. 66, 3. quo sensu idem dicitur אֱלִיל, quod conf. Saepius notat *defectum moralem*, scil. *iniquitatem*, vt Num. 23, 21. 1 Sam. 15, 23. Ies. 1, 13. Prov. 30, 20. etc. Cum Affixo אוֹנָם *iniquitas eorum*, Ps. 94, 23. pl. אוֹנִים *iniquitates*, sec. quosdam Prov. 11, 7. 2) *Dolor*, *moeror*, *luctus*, Ier. 4, 15. vt seq. און: quo etiam referri potest Ies. 1, 13. vbi per *quietem* exponit IKENIVS in *Dissert. Philol. Theolog.* p. 64. ex Arab.

און m. 1) *dolor, moeror, luctus.* Cum Affixo אוֹנִי *dolor, luctus meus*, Gen. 35, 18. Deut. 26, 14. pl. אוֹנִים *dolores, luctus*, Hos. 9, 4. quod tamen aliis est part. praes. *lugentes*, ad Formam אוֹר Prov. 4, 18. בּוֹס Zach. 10, 5. etc. 2) *facultas*, eaque vel *corporis: vires*, sic dictae, quia *lassantur;* vel *fortunae: opes, facultates*, alias הוֹן, Hos. 12, 9. quibus parandis homines sese *defatigant*, sicut synonym. יְגִיעַ est à יגע *se defatigauit.* Cum Affixis אוֹנִי *vires meae*, Gen. 49, 3. אוֹנוֹ *vires eius*, Deut. 21, 17. Hiob. 40, 16. (quo etiam vulgo referunt Hos. 12, 4. et Hiob. 18, 12. sed IKENIVS l. c. p. 294. prius, alii posterius ad significationem *doloris* referunt,) it. *opes eius*, Hiob. 20, 10. pl. אוֹנִים *vires*, Ps. 78, 51. Ies. 40, 26. 28.

אַיִן m. proprie *defectus, res deficiens:* hinc 1) *nihil, nullus, non, non est, non fuit* etc. Gen. 2, 5. Exod. 17, 7. Leuit. 26, 37. Num. 13, 20. etc. in regim. אֵין Gen. 20, 11. c. 31, 50. Exod. 2, 12. imo et extra regimen, vt Gen. 11, 30. c. 19, 31. c. 28, 17. c. 40, 8. etc. Cum Praefixis בְּאֵין *dum non est* vel *erat*, Prov. 8, 24. c. 29, 18. q. d. *in defectu*, כְּאַיִן *sicut nihil*, Ps. 39, 6. Ies. 40, 17. etc. it. *tantum non, parum abest*, Ps. 73, 2. לְאֵין *ei cui non*, Ies. 40, 29. Neh. 8, 10. *ita vt non esset*, 2 Chron. 20, 25. c. 36, 16. Esr. 9, 14. et *sine, absque*, 1 Chron. 22, 4. מֵאַיִן Ier. 30, 7. et מֵאֵין *eo quod non sit*, q. d. *ob defectum*, Ies. 50, 2. Ier. 7, 32. *adeo vt non sit*, Ies. 5, 9. c. 6, 11. Ier. 10, 6. c. 30, 7. it. מֵאַיִן *ex nihilo*, Ies. 41, 24. מֵאֵין *sine, absque*, Ies. 6, 11. Ier. 34, 22. etc. 2) אַיִן proprie *quis? quae? quid?* vt Syr. *aino:* vnde Chald. אָן, Arab. aina, *vbi?* q. d. *in quo*, scil. *loco?* quod et ipsum rei vel personae et loci *defectum, absentiam* et *ignorationem* inuoluit. Inde Hebr. cum Praefixo מֵאַיִן *vnde?* q. d. *ex quo*, scil. *loco?* Gen. 29, 4. Num. 11, 13. Ios. 2, 4. et sec. *Kri* 2 Reg. 5, 25.

אִין idem quod אַיִן vel אֵין *non;* sed interrogatiue sumitur, 1 Sam. 21, 8.

אָן idem quod אַיִן sensu posteriore, quo aduerbialiter sumitur, notans *vbi?* (Samar. ארן,) vel *quo?* 1 Sam. 10, 14. vnde cum Particulis aliis, מֵאָן *vnde?* q. d. *ex quo*, scil. *loco?* sec. *Ketbibh* 2 Reg. 5, 25. (vbi *Kri* habet מֵאַיִן,) עַד אָן *vsque quo?* Hiob. 8, 2. Cum ה *Paragog. Locali*, אָנָה, et frequen-

quentius אָנָה *quo? quorsum?* Gen. 16, 8. Iud. 19, 17. 2 Sam. 2, 1. it. *vbi?* Ruth. 2, 19. Ies. 10, 3. prout et alibi ה *Parag. Locale* interdum τὸ *in loco* significat. Vtrumque coniungitur, אָנָה וָאָנָה *huc aut illuc*, (citra interrogationem,) 1 Reg. 2, 36. 42. 2 Reg. 5, 25. Sed אָנָה et אָנָּא vid. infra suo ordine.

תְּאֵנָה f. *ficus, arbor* et *fructus*, Gen. 3, 7. Num. 20, 5. Deut. 8, 8. etc. sic dicta, quod *tarde maturescat*, à rad. Arab. اَنَّ *lassus fuit*, alias أني *segnis, lassus fuit*, in 6 Coniug. *cunctatus est*, et ونى in 4 Coniug. *distulit, retardauit*, in 5 Coniug. *cunctatus est:* quod etymon in specie illis ficubus competit, quas *seras* dixit COLVMELLA L. V. c. 9. et *nouissimas*, sub hiemem maturescentes, PLINIVS L. XXIII. c. 7. quasque בנות שוח vocant Talmudici, quae non maturescunt ante tertium annum, vid. LIGTFOOTI *Horae Talmud.* ad Matth. 21, 19. SEB. SCHMIDII Dissert. de *Ficu à Christo arefacta* §. 18. et 21. et CHR. HOFFMANNI *Ficus arbor philologice considerata* c. 2. §. 3. Ad *Formam* vocis autem conf. *Arcan. Form.* p. 537. et 542. Alii, maxime qui credunt, vetitam paradisi arborem fuisse *ficum*, deriuant à rad. Arab. תאן in 3 Coniug. *technam commentus est, dolo circumuenire studuit:* quod ea arbore ad lapsum protoplasti inducti ac *decepti* fuerint. Cum Affixo תְּאֵנָתוֹ *ficus eius* vel *sua*, 1 Reg. 5, 5. Ies. 36, 16. plur. תְּאֵנִים *ficus*, 2 Reg. 20, 7. Ier. 8, 13. in regim. תְּאֵנֵי Ier. 24, 2. cum Affixo תְּאֵנֵיכֶם *ficus vestrae*, Amos. 4, 9.

תְּאֻנִים m. pl. *defatigationes sui*, Ezech. 24, 12. cum ה *Heemantico*, significationis *reciprocae* nota.

אוץ *festinare, vrgere, instare.* Praet. אָץ *festinauit*, Ios. 10, 13. אַצְתִּי *festinaui*, Ier. 17, 16. part. praes. אָץ *festinans*, Prov. 19, 2. c. 21, 5. c. 28, 20. c. 29, 19. it. *instans*, i. e. *propinquus, vicinus*, Graec. ἄσσος, ἄσσον, Ios. 17, 15. pl. אָצִים *vrgentes*, Exod. 5, 13. Hiph. fut. pl. תָּאִיצוּ *instetis*, Ies. 22, 4. וַיָּאִיצוּ *et vrserunt, institerunt*, Gen. 19, 15.

אור *lucere, lucidum esse* vel *fieri, illucescere, illuminari.* Praet. אוֹר *illuxit*, Gen. 44, 3. 1 Sam. 29, 10. pl. אֹרוּ *lucidi facti sunt*, 1 Sam. 14, 29. imper. foem. אוֹרִי *illucesce*, Ies. 60, 1. fut. pl. foem. וַתָּאֹרְנָה *et lucidi, clari facti sunt*, secundum Kri 1 Sam. 14, 27. sed Kethibh habet וַתִּרְאֶנָה *et viderunt*, à ראה. Niph. part. נָאוֹר *lucidus, illustris factus*, Ps. 76, 5. infin.

דום notionem *silendi*, à דמם autem significationem *excisionis*. A primam, eamque *propriam* notionem pertinent sequentia exem pla: Praet. Kal דָּמָה *assimilatus est, similis fuit*, Ps. 144, 4. Ezech 31, 8. f. דָּמְתָה Cant. 7, 8. דָּמִיתָ *similis factus es*, Ezech. 31, 2. it. דָּמִיתִי *assimilaui*, (transitiue) Ier. 6, 2. it. *assimilatus sum, simili factus sum*, Ps. 102, 7. pl. דָּמוּ *similes fuerunt*, Ezech. 31, 8. דָּמִינוּ *similes facti essemus*, Ies. 1, 9. part. praes. דּוֹמֶה *assimilatus, simili* Cant. 2, 9. imperat. דְּמֵה *similis esto*, Cant. 2, 17. c. 8, 14. fut. יִדְמֶה *assimilabitur*, Ps. 89, 7. pl. נִדְמֶה *similes simus*, Ies. 46, 5. Niph praet. נִדְמֵיתָ *similis factus es*, Ezech. 32, 2. Pih. דִּמָּה *assimilauit* it. *cogitauit, imaginatus est*, q. d. rei alicuius sibi finxit *imaginem, similitudinem* rerum mente concepit; sicut Lat. *imaginor* est ab *imago*. Praet. דִּמִּיתָ *imaginatus es*, Ps. 50, 21. דִּמִּיתִי *imaginatus sum*, Num. 33, 56. Ies. 14, 24. cum Affixo דִּמִּיתִיךְ *assimilaui te*, Cant 1, 9. pl. דִּמּוּ *cogitarunt*, Iud. 20, 5. דִּמִּינוּ *cogitauimus*, Ps. 48, 10 fut. אֲדַמֶּה *assimilabo*, Thren. 2, 13. it. *similitudines facio* siue *propono*, Hos. 12, 11. תְּדַמִּי *imagineris*, Esth. 4, 13. יְדַמֶּה *imaginatur, cogitat*, Ies. 10, 7. pl. תְּדַמְּיוּן (mutata tertia radicali ה in Iod,) *assimilabitis*, Ies. 40, 18. et cum Affixo Ies. 40, 25. c. 46, 5. Hithpah. fut. אֶדַּמֶּה (pro אֶתְדַּמֶּה) *similem me faciam*, Ies. 14, 14. Ex significatione *silendi* sunt saltem haec duo exempla: Fut. foem. תִּדְמֶה *silet*, i. e. *quiescit*, Thren. 3, 49. pl. תִּדְמֶינָה *sileant*, h. e. *quiescant, cessent*, Ier. 14, 17. Ex notione *excisionis* sunt: Kal praet. cum Vau Conuers. וְדָמִיתִי *et exscindam*, Hos. 4, 5. Pih. praet. דִּמָּה *exscindere conatus est, excidium intendit*, 2 Sam. 21, 5. Verba *actionis* subinde nudum *conatum actionis* exprimunt. Niph. praet. נִדְמָה *excisus est*, Ies. 15, 1. Hos. 10, 15. Zeph. 1, 11. foem. נִדְמְתָה *excisa est*, Ier. 47, 5. נִדְמֵיתָה (cum ה Paragog.) *excisus es*, Obad. 1, 5. נִדְמֵיתִי *excisus sum*, Ies. 6, 5. pl. נִדְמוּ *excisi sunt*, Hos. 4, 6. Ps. 49, 13. 21. part. נִדְמֶה *excisus, exscinditur*, Hos. 10, 7. quem tamen locum ad primam significationem refert KROMAYERVS in *Specim. fontium S. S. apertorum* ad h. l. vnde נִדְמֶה sit *assimilatus*. Infin. נִדְמֹה (deficiente ה characteristico, vt in aliis nonnunquam,) *exscindendo*, Hos. 10, 15. Sed תִּדְּמוּ et יִדְּמוּ pertinent ad Niphal Verbi דמם.

דְּמָה Chald. *similis fuit*, vnde part. praes. דָּמֵה *similis*, Dan. 3, 5. foem. דָּמְיָה Dan. 7, 5.

דְּמוּת m. *assimilatio, similitudo*, (Nomen *Effectus*, ex Verbi signi-

significatione *transitiua*, ad Formam Nominis *Perfecti* מְשַׁל *similitudo*, à מָשַׁל *assimilauit*,) vnde cum Affixo דָּמְךָ *assimilatio tui* siue *similitudo tua*, Ezech. 19, 10. coll. Gen. 5, 1. Alii tamen ad דָּם, *sanguis*, referunt, quod vid. sub rad. אדם.

דֳּמִי m. *excisio*, Ies. 38, 10.

דֳּמִי m. *silentium*, Ies. 62, 6. 7. Ps. 83, 2.

דּוּמָה f. vid. sub rad. דום.

דְּמוּת foem. (non masc. vti vulgo volunt, vid. Celeb. c. b. MICHAELIS Dissert. de *Soelocismo Generis* p. 27.) *similitudo*, *species*, Gen. 5, 1. Ies. 13, 4. Ezech. 1, 5. 10. 13. 16. 22. 26. 28. c. 10, 1. 10. etc. cum Affixis דְּמוּתוֹ *similitudo eius*, Gen. 5, 3. דְּמוּתֵנוּ *similitudo nostra*, Gen. 1, 26.

דִּמְיוֹן m. *similitudo exacta*, (cum terminatione Heemantica *augmentatiua*,) vnde cum Affixo דִּמְיוֹנוֹ *exacta similitudo eius*, Ps. 17, 12.

דָּמַם *excidit*, *abscidit*, *succidit*, it. *siluit*, *conticuit*, q. d. *vocem* siue *sermonem abscidit* et *abrupit*, vt חרש et כחד. Sic חמא *excidit*, *abscidit*, Syr. et Arab. est *siluit*. Sic Homericum illud *Odyss.* III. 34. τάμνετε γλώσσας Scholiastes APOLLONII ad *Argonaut.* I. 55. et auctor veteris Commentarii apud EVSTATHIVM de *silentio* intellexerunt. Praet. pl. דַּמּוּ, in pausa דָּמּוּ *conticuerunt*, Ps. 35, 15. Hiob. 30, 27. imper. דֹּם *sile*, *quiesce*, Ios. 10, 12. Ps. 37, 7. Ezech. 24, 17. f. דֹּמִּי id. Ps. 62, 6. pl. דֹּמּוּ *silete*, *quiescite*, 1 Sam. 14, 9. Ies. 23, 2. Ps. 4, 5. fut. cum Vau Conuers. וָאִדֹּם *et silui*, Hiob. 31, 34. media radicali deficiente compensata in prima radicali, more Chaldaico; sic יִדֹּם *silebit*, *silet*, Thren. 3, 28. Ps. 30, 13. Amos. 5, 13. cum Vau Conuers. וַיִּדֹּם *et siluit*, *quieuit*, Leuit. 10, 3. Ios. 10, 13. תִּדֹּם *sileat*, *quiescat*, Thren. 2, 18. pl. cum ה Paragog. נִדְּמָה *silebimus*, *quiescemus*, *sileamus*, Ier. 8, 14. יִדְּמוּ *silebunt*, *conticescent*, Exod. 15, 16. Ps. 31, 18. Hiob. 29, 21. Thren. 2, 10. Niph. praet. pl. cum Vau Conuers. וְנָדַמּוּ *et exscindentur*, *deuastabuntur*, Ier. 25, 37. fut. foem. תִּדֹּמִּי *exscinderis*, Ier. 48, 2. pers. 2 pl. (cum terminatione Patach,) תִּדַּמּוּ *exscindamini*, Ier. 51, 6. יִדַּמּוּ *exscindentur*, 1 Sam. 2, 9. Ier. 49, 26. c. 50, 30. Pih. praet. דּוֹמַמְתִּי *silere* siue *quiescere feci*, *compescui*, Ps. 131, 2. Hiph. praet. הֵדַם, vnde cum Affixo הֲדִמָּנוּ *silere fecit nos*, *excidit nos*, Ier. 8, 14.

דּוּמָם vid. supra sub rad. דום.

דְּמָמָה f. *filentium*, 1 Reg. 19, 12. Pf. 107, 29. Hiob. 4, 16.

דֻּמָּה f. *excifio*, metonymice *excifa*, Ezech. 27, 32.

דֹּמֶן m. *fimus*, proprie *quo ftercoratur*, (à rad. Arab. דמן *ftercorauit*,) 2 Reg. 9, 37. Ief. 5, 25. Ier. 8, 2. c. 16, 4. c. 25, 33. Pf. 83, 11.

מַדְמֵנָה f. *locus fimi* fiue *ftercoris*, *fterquilinium*, Ief. 25, 10.

דָּמַע *lacrymatus eft*: vnde infin. abfol. et fut. דָּמֹעַ תִּדְמַע *lacrymando lacrymabitur*, Ier. 13, 17.

דֶּמַע m. *lacryma*, metaphorice *humor* fiue *fuccus arborum*, fpecialiter *vitium* et *olearum*, isque fponte fluens adeoque praeftantior, ficut Graec. *δάκρυα* et Lat. *lacrymae*: *τῶν δένδρων τὰ δάκρυα* THEOPHRASTVS, *arborum lacrymas* PLINIVS L. XI. c. 6. dixerunt. Cum Affixo דִּמְעֲךָ *lacryma tua*, i. e. vinum fiue muftum et oleum tuum, Exod. 22, 23. vbi tamen *medullam*, *optimam* et *praeftantiffimam partem* cuiusque rei, fiue *portionem opimam*, ex Samar. et Arab. exponit GVISIVS ad Cod. Talmud. *Demai* c. 1. §. 3.

דִּמְעָה f. *lacryma*, Pf. 80, 6. Pf. 116, 8. Ief. 25, 8. Ier. 9, 16. c. 13, 17. c. 14, 17. in quibus Ieremiae locis oculus vel oculi dicuntur *defcendere lacrymâ*, per Hypallagen, pro *lacryma defcendit ex oculis*. In regim. דִּמְעַת Ecclef. 4, 1. cum Affixo דִּמְעָתִי *lacryma mea*, Pf. 6, 7. pl. דְּמָעוֹת *lacrymae*, Pf. 80, 6. Thren. 2, 11.

דְּמֶשֶׁק *angulus*, Amof. 3, 12. compof. ex 2 fynonymis דמה Hebr. et שקק Arab. *abfcidit*. Conf. fuis locis פֵּאָה, פֵּן et מִקְצוֹעַ.

דֵּן m. Pronomen Chald. *Domonftratiuum*, apud Targumiftas obuium: vnde in Statu Emphatico דְּנָה Dan. 2, 18. 28. 30. 36. 47. c. 4, 15. c. 5, 7. 15. 24. 26. etc. fic foem. דְּנָה Dan. 2, 43. c. 5, 22. c. 6. 4. etc. *ille*, *a*, *ud*, *ifte*, *a*, *ud*. Proprie exprimit perfonam vel rem *propinquam*, *quae praefto eft*, coll. rad. דנא Syr. in Ethpeh. *acceffit*, *appropinquauit*, *adftitit*, *praefto fuit*, Arab. *acceffit*, *appropinquauit*. Conftruitur quoque cum aliis Particulis: vt כִּדְנָה *fecundum hoc*, i. e. *fic*, *eiusmodi*, Ier. 10, 11. Dan. 2, 10. c. 3, 29. Efr. 5, 7. עַל־דְּנָה *de hoc*, *propter hoc*, *propterea*, Dan. 3, 16. Efr. 4, 14. 15. 22. c. 5, 5. 17. c. 6, 11. אַחֲרֵי דְנָה *poftbac*, Dan. 2, 29. 45. בָּאתַר דְּנָה id. Dan. 9, 6. 7. כָּל־קֳבֵל דְּנָה, vid. קֳבֵל, מִן־קַדְמַת דְּנָה, vid. קַדְמָה.

דּוֹנַג m. *cera*, Pf. 97, 5. alibi, vt Pf. 22, 15. Pf. 68, 5. Mich. 1, 4. vulgo contra Formae analogiam legitur דּוֹנַג, (per Patach,) fed vid.

vid. BIRCKLINI *Obseruationes* ad I. H. MAII *Biblia Hebr.* p. 5. et 6. Dicitur autem *cera* à *flexibilitate*, qua *iteratis vicibus* indurata, in varias formas *emollitur*, à rad. inusit. דנג, Arab. transpos. غلس *flexus fuit*, alias نعن *emollitus est.* Consentit NEVMANNVS in *Exodo ling. S.* p. 343.

דָּעַךְ *exstinctus est*, proprie de *ardentibus* et *lucidis*, metaphorice autem de aliis quoque rebus. Praet. pl. דָּעֲכוּ *exstincti sunt*, Ief. 43, 17. fut. יִדְעָךְ *exstinguetur*, Prou. 13, 9. Hiob. 18, 5. 6. Niph. praet. pl. נִדְעֲכוּ *exstincti sunt*, Hiob. 6, 17. Pyh. דֹּעֲכוּ *exstincti sunt*, Pf. 118, 12.

דֳּפִי m. in pausa דֹּפִי Pf. 50, 20. vulgo *ignominia, opprobrium*; aliis rectius *offendiculum*, coll. cognat. נדף, Aethiop. דפא, *impulit, propulit*, Arab. דפי *trusit, obruit:* et sic quoad phrasin conf. Leuit. 19, 14.

דָּפַק *pepulit, pulsauit, impulit, trusit*, treiben, stossen, fortstossen. Praet. pl. cum Affixo et Vau Conuerf. וּדְפָקוּם *et impellent, impulerint eos*, Gen, 33, 13. part. praef. דּוֹפֵק *pulsans*, Cant. 5, 2. Hithpah. part. pl. מִתְדַּפְּקִים *continuo pulsantes*, Iud. 18, 22. conf. de Verbis *mutuae collisionis* in Hithp. *Arcan. Form. Hebr.* p. 524.

דָּקַק *comminuit, contriuit*, it. *comminuit se, comminutus, contritus est*. Praet. defect. דַּק *comminutum est*, Deut. 9, 21. in pausa דָּק Exod. 32, 20. fut. תָּדֹק *comminues*, Ief. 41, 15. יָדֹק, vnde cum Affixo et Nun Epenthet. יְדֻקֶּנּוּ *comminuit eum*, Ief. 28, 28. Hiph. praet. הֵדַק *comminuit*, 2 Reg. 23, 15. f. 2 perf. cum Vau Conuers. וַהֲדִקּוֹתָ *et comminues*, Mich. 4, 13. infin. הָדֵק *comminuendo*, Exod. 30, 36. 2 Chron, 34, 4. et asseruato puncto Praeteriti sub ה, הֵדַק *comminuere*, 2 Chron. 34, 7. fut. אָדִיק, vnde cum Affixo אֲדִיקֵם *comminuam eos*, 2 Sam. 22, 43. tanquam à דוק; sed וַיָּדֶק *et comminuit*, 2 Reg. 23, 6. 2 Chron. 15, 16. Hoph. fut. יוּדַק *comminuitur*, Ief. 28, 28.

דְּקַק Chald. id. Aphel praet. foem. הַדֶּקֶת *comminuit*, Dan. 2, 34. 45. pl. הַדִּקוּ *comminuerunt*, Dan. 6, 25. part. מְהַדֵּק *comminuens*, Dan. 2, 40. et exclusa Praeformante ה, מַדֵּק, vnde foem. מַדְּקָה Dan. 7, 7. 19. fut. תַּדִּק *comminuet*, Dan. 2, 40. 44. et תַּדֵּק, vnde cum Affixo et Nun Epenthet. תַּדְּקִנַּהּ *comminuet eam*, Dan. 7, 23. Sed Praet. Pehal pl. דָּקוּ Dan. 2, 35. pertinet ad דוק.

דַּק m. *minutus, tenuis, gracilis*, Exod. 16, 14. Leuit. 21, 20. Ief. 29, 5. in pausa דָּק Leuit. 13, 30. cum Articulo הַדַּק *minutissimum*,

mum, Ies. 40,15. foem. דַּקָּה Leuit. 16,12. 1 Reg. 19,12. pl. דַּקּוֹת *tenues*, *graciles*, Gen. 41,3. 4. 6. 7. 23. 24.

דֹּק m. *pannus* siue *cortina tenuis*, Ies. 40, 22.

דָּקַר *confixit*, *confodit*. Praet. pl. in pausa דָּקָרוּ *confoderunt*, Zach. 12, 10. cum Affixis et Vau Conuers. וּדְקָרֻנִי *et confodiant me*, 1 Sam. 31, 4. וּדְקָרֻהוּ *et confodient eum*, Zach. 13, 3. imperat. דְּקֹר, vnde cum Affixo דָּקְרֵנִי *confode me*, 1 Sam. 31, 4. 1 Chron. 10, 4. fut. cum Vau Conuers. וַיִּדְקֹר *et confodit*, Num. 25, 8. Niph. fut. יִדָּקֵר *confodietur*, Ies. 13, 15. Pyh. part. pl. מְדֻקָּרִים *confossi*, Ier. 37, 10. c. 51, 4. Thren. 4, 9.

מַדְקְרוֹת f. pl. *confossiones*, in regim. מַדְקְרוֹת Prou. 12, 18.

דַּר vid. sub rad. דרר.

דְּרָאוֹן m. *auersatio* siue *contemtus magnus*: vnde in regim. דִּרְאוֹן Dan. 12, 2. à rad. Arab. דרא *repulit*.

דֵּרָאוֹן m. id. (ex Forma dagessanda,) Ies. 66, 24. vbi per Metonymiam pro *Obiecto contemtus* et *auersationis* sumitur.

דָּרְבָן m. *stimulus valde acutus*, 1 Sam. 13, 21. à rad. Arab. ذرب *acutus fuit*. BOCHARTI compositionem ex דור vel דר et בנה merito explodit WOKENIVS in Differt. de *magistris collectionum* p. 7. seq.

דָּרְבוֹנָה f. id. (Formae dagessandae,) vnde pl. דָּרְבֹנוֹת *stimuli*, *aculei*, Ecclef. 12, 11.

דָּרַג radix Hebraeis inusit. Syr. et Arab. *gradatim progressus est*, *gradatim adscendit*. Inde est

מַדְרֵגָה f. *locus accliuis*, *ad quem gradatim ascenditur*: *praecipitium*, Cant. 2, 14. Plur. מַדְרֵגוֹת *praecipitia*, Ezech. 38, 20. conf. FVLLERI *Miscell.* S. L. IV. c. 6.

דַּרְדַּר vid. sub rad. דרר.

דָּרַךְ in genere *pressit*, German. voce cognat. drücken, drecken, specialiter 1) *pedibus calcando*: et quidem vel *terram*, eundo et procedendo, Deut. 11, 24. 25. Ios. 1, 5. c. 14, 9. Mich. 5, 5. sic *limen*, 1 Sam. 5, 5. *viam*, Ies. 59, 8. *mare*, Hiob. 9, 8. vel alias res, vt *torcular*, Neh. 13, 15. Hiob. 24, 11. Ies. 16, 10. c. 63, 2. *oliuas*, Mich. 6, 15. et *vuas*, Iud. 9, 27. ad exprimendum vinum et oleum, it. *fruges*, Ier. 51, 33. ad exprimenda grana. Sic VIRGILIVS dixit *Aeneid.* II. 379. *pressit*, pro *calcauit*, et τὸ *premere* NONIVS IV, 353. definit, quod sit *calcare et alicui rei inniti cum pon-*

pendere; contra *calcare manibus*, pro *premere* vel *comprimere manibus*, dixit CATO de *re rust*. 2) *manibus*, vel etiam, si arcus praegrandis sit, *pedibus*, arcum tendendo, 1 Chron. 5, 18. c. 8, 40. 2 Chron. 14, 8. Ies. 5, 28. c. 21, 15. Ier. 46, 9. etc. Praet. דָּרַךְ *processit*, Num. 24, 17. *calcauit*, Deut. 1, 36. Thren. 1, 15. it. *tetendit*, Ps. 7, 13. Thren. 2, 4. c. 3, 12. cum Vau Conuers. וְדָרַךְ *et calcabit*, *incedet*, Mich. 1, 3. דָּרַכְתִּי *calcaui*, Ies. 63, 3. it. *tetendi*, Zach. 9, 13. pl. דָּרְכוּ *calcarunt*, Hiob. 22, 15. c. 24, 11. it. *tetenderunt*, Ps. 37, 14. Ps. 64, 4. part. praes. דֹּרֵךְ *incedens*, Hiob. 9, 8. Amos. 4, 13. it. *calcans*, Ies. 16, 10. c. 63, 2. it. *tendens*, Ier. 51, 3. Pahul דָּרוּךְ *intensus*, foem. דְּרוּכָה Ies. 21, 15. pl. דְּרֻכוֹת *intensi*, (de *arcubus*) Ies. 5, 28. fut. אֶדְרֹךְ, cum Affixo אֶדְרְכֵם *calcabo eos*, Ies. 63, 3. יִדְרֹךְ *calcabit*, Ies. 16, 10. Ier. 48, 33. Mich. 5, 4. 5. it. *tendet*, vnde אֶל יִדְרֹךְ *contra eum*, *qui tendit*, (per Ellipsin Pronominis *Relatiui*,) Ier. 51, 3. etc. Hiph. הִדְרִיךְ *incedere fecit*, *deduxit*, it. *calcauit*, *tetendit*. Praet. cum Vau Conuers. וְהִדְרִיךְ *et incedere faciet*, Ies. 11, 15. cum Affixo הִדְרִיכָהּ (veluti ad aream, tempus) *duxit eam*, Ier. 51, 33. sic bene Celeb. OEDERVS in *Centur. Coniectur.* p. 202. plur. cum Affixo הִדְרִיכֻהוּ *calcarunt eum*, Hiob. 28, 8. it. *conculcarunt eum* vel *vnumquemque illorum*, Iud. 20, 43. part. מַדְרִיךְ *deducens*, Ies. 48, 17. fut. יַדְרִיךְ, vnde cum Affixo יַדְרִיכֵנִי *deducet me*, *deducit me*, Habac. 3, 19. et יַדְרֵךְ Ps. 26, 8. pl. וַיַּדְרְכוּ *et tetenderunt* (instar arcus), Ier. 9, 2. ex Chaldaismo pro יַדְרִיכוּ.

דֶּרֶךְ com. *via*, *qua inceditur*, Gen. 3, 24. c. 38, 14. Exod. 13, 18. Num. 14, 18. Deut. 1, 8. etc. metaphorice *vita*, Iud. 22, 21. *viuendi ratio*, *mos*, *consuetudo*, Gen. 31, 35. Ps. 49, 14. Hiob. 3, 23. Ies. 8, 11. *actiones*, *opera*, *studia*, Ps. 1, 1. 6. Ps. 35, 5. Prou. 12, 26. 2 Chron. 6, 23. etc. vnde *via omnis terrae* dicitur *mors*, Ios. 23, 14. 1 Reg. 2, 2. *via Dei* est vel *ratio* eius *agendi*, vt Deut. 32, 4. 2 Sam. 22, 31. Ps. 67, 3. vel *ratio viuendi* et *lex ab eo praescripta*, vt Exod. 32, 8. Deut. 9, 12. Ps. 5, 9. Ps. 25, 4. 8. etc. *via Beersebae* est *cultus* siue *religio Beersebae*, Amos. 8, 14. coll. Act. 19, 23. c. 22, 4. Simili sensu γνώμης ὁδὸν dixit EVRIPIDES in *Hippol.* obseruante PFOCHENIO de *linguae Graec. N. T. puritate* c. 101. plura exempla addit GATAKERVS de *Stylo N. T.* c. 32. Cum Affixo דַּרְכִּי *via mea*, Gen. 24, 42. 2 Sam. 22, 33. vbi Kethibh habet דַּרְכּוֹ *via eius*, (scil. integri,) pl. דְּרָכִים *viae*, Deut. 28, 7. 25. Ies. 49, 9. in regim. דַּרְכֵי 2 Sam. 22, 22. Hiob. 34, 21. cum Affixis דְּרָכָיו *viae eius* vel *suae*, Deut. 8, 6. Ios. 22, 5.

22, 5. ſic ſec. Kethibh Prou. 21, 29. (vbi Kri habet דַּרְכּוֹ *via eius* vel *ſua*, in ſing. דַּרְכֵיהֶם *viae eorum* vel *ſuae*, Ier. 15, 7. 2 Chron. 7, 14.

דֶּרֶךְ id. vnde dual. דְּרָכַיִם *viae duae, biuium*, Prou. 28, 6. 18.

מִדְרָךְ m. *locus, qui calcatur*, Deut. 2, 5. cuius circumſcriptionem habes Deut. 11, 24. Ioſ. 1, 3.

דַּרְכְּמוֹן vid. ſuo loco אֲדַרְכּוֹן.

דָּרוֹם *meridies*, vid. ſtatim ſub rad. דרר.

דְּרָע com. Chald. *brachium*, (ab Hebr. זְרוֹעַ) pl. cum Affixo דְּרָעוֹהִי *brachia eius*, Dan. 2, 32.

אֶדְרָע c. id. (ab Hebr. אֶזְרוֹעַ) Eſr. 4, 23.

דָּרַר Hebraeis in genere ſignificaſſe videtur *liber fuit* vel *libere egit*, vnde Arab. ſpec. *libere* i. e. *ſine inciſione fluxit, copioſe ſtillauit*, it. *libere* i. e. *ſine cultura creuit, abundauit, luxuriauit* herba, it. *clare luxit, ſplenduit*, alias דרא. Inde ſunt

דְּרוֹר m. 1) *libertas*, Leuit. 25, 10. Ieſ. 61, 3. Ier. 34, 8. 15. 17. Ezech. 46, 17. *myrrha libertatis* dicitur, quae *libere* et *ſine inciſione* ex arbore ſtillat, Exod. 32, 23. ſed *myrrham ſinceram* et *puram* intelligit SALMASIVS in *Homonym. Hyles Iatr.* c. 87. 2) auis, vulgo *hirundo*, Pſ. 84, 4. Prou. 26, 2. ex Iudaeorum mente ſic dicta, quia tam *libere* verſatur in domo, ac in agro: quam explicationem contra BOCHARTVM, qui *columbam feram* ſine *palumbem* intelligit, defendit GEIERVS ad Pſ. 84, 4.

דַּר m. Eſth. 1, 8. genus *marmoris nitidum* et *ſplendens*, BOCHARTO in *Hieroz.* P. II. L. V. c. 8. *margarita*, à *nitore* et *ſplendore*. Conf. FVLLERI *Miſcell.* S. L. V. c. 6.

דַּרְדַּר m. *carduus, libere* et *ſine cultura copioſe creſcens*, Gen. 3, 18. Hoſ. 10, 8.

דָּרוֹם m. (cum Mem Heemantico *augmentatiuo*,) *meridies, auſter*, regio coeli *lucidiſſima*, Ezech. 40, 24. 27. 28. 44. 45. c. 42, 12. 13. 18. Hiob. 37, 16. Eccleſ. 1, 6. c. 11, 3.

דָּרַשׁ in genere *triuit*, vt Arab. درس, hinc 1) *ſtudioſe tractauit*, 2) *frequenter et ſtudioſe quaeſiuit, perquiſiuit, disquiſiuit, inquiſiuit, requiſiuit, ſcrutatus eſt, interrogauit.* Deus *quaerere* dicitur facinus, cum illud punit, Deut. 18, 19. 2 Chron. 24, 22. Pſ. 10, 13. ſic vbi additur דָּם *ſanguis* ſiue *caedes*, vt Gen. 9, 5. c. 42, 22. Pſ. 9, 13. Praet. Kal foem. דָּרְשָׁה *ſtudioſe tractauit*, Prou. 31, 13. וְדָרַשְׁתָּ *et inquires*, Deut. 13, 14. c. 17, 4. it. *et interrogabis, conſules*, Deut. 17, 9. 2 Reg. 8, 8. part. praeſ. דֹּרֵשׁ *quaerens*,

reus, 1 Chron. 28, 9. Esth. 10, 3. Pſ. 14, 2. etc. it. *ſtudioſe tractans*, *curans*, *curam gerens*, Deut. 11, 12. Pſ. 142, 5. Ier. 30, 17. *requirens*, *requirit*, Mich. 6, 8. *interrogans*, *conſulens*, Deut. 18, 11. Ezech. 14, 10. Pahul דָּרוּשׁ, pl. דְּרוּשִׁים *quaeſita*, Pſ. 111, 2. foem. דְּרוּשָׁה *quaeſita*, Ieſ. 62, 12. infin. abſol. דָּרוֹשׁ *quaerendo*, Leuit. 10, 16. Deut. 23, 22. infin. conſtruct. דְּרשׁ *quaerere*, Deut. 22, 2. cum Affixo דָּרְשׁוֹ *τὸ quaerere eius*, 2 Chron. 26, 5. imper. דְּרשׁ, et ablato Accentu, דְּרָשׁ־ *conſule*, 1 Reg. 22, 5. Ier. 21, 2. 2 Chron. 18, 4. fut. אֶדְרשׁ *quaeram*, Hiob. 5, 8. it. *requiram*, Gen. 9, 5. Deut. 18, 19. Ezech. 33, 6. cum ה Paragog. אֶדְרְשָׁה *conſulam*, 1 Sam. 28, 7. etc. Niph. particip. vel praet. in pauſa נִדְרָשׁ *requiritur*, Gen. 42, 22. נִדְרַשְׁתִּי *quaeſitus ſum*, CASTELLO *inuentus ſum*, Ieſ. 65, 1. pl. in pauſa נִדְרָשׁוּ *quaeſiti ſunt*, 1 Chron. 26, 31. infin. אִדָּרֵשׁ (irregulariter pro הִדָּרֵשׁ) *conſulendo*, Ezech. 14, 3. fut. אִדָּרֵשׁ *conſular*, Ezech. 14, 3. c. 20, 3. 31. c. 36, 37.

דַּרְיוֹשׁ m. *inquiſitio accuratiſſima*, Eſr. 10, 16. compoſ. ex duobus cognatis Arab. דרא *ſciuit*, *intellexit*, et ex דרש *inquiſiuit*. Compoſitionem ſi ſciuiſſet, non *monſtro ſimile* dixiſſet SPINOZA in *Gram. Hebr.* p. 63. Iod decerptum eſſe ex nomine diuino, putat IAC. ALTINGIVS in Diſſert. de *Kabbala Scripturae* §. 77.

מִדְרָשׁ m. proprie *inquiſitio*, *diſquiſitio*, hinc *commentarius* ſiue *liber*. In regim. מִדְרַשׁ 2 Chron. 13, 22. c. 24, 27.

דָּשָׁא *germinauit*. Praet. pl. דָּשְׁאוּ *germinarunt*, Ioël. 2, 22. Hiph. fut. foem. תַּדְשֵׁא *germinare* ſiue *herbaſcere faciat*, *producat*, Gen. 1, 11.

דֶּשֶׁא m. *herba tenera*, *gramen*, Gen. 1, 11. 12. Deut. 32, 2. 2 Sam. 23, 4. 2 Reg. 19, 26. etc.

דָּשֵׁן *pinguis fuit* vel *factus eſt*, Deut. 31, 22. Pih. דִּשֵּׁן *pinguefecit*. Praet. דִּשַּׁנְתָּ *pinguefeciſti*, *vnxiſti*, Pſ. 23, 5. fut. יְדַשֶּׁן *pinguefacit*, Prou. 15, 30. Alia ſignificatio ſtatim recurret ſub Nomine דֶּשֶׁן. Pyh. fut. יְדֻשַּׁן, in pauſa יְדֻשָּׁן *pinguis reddetur*, Prou. 28, 25. Ieſ. 34, 7. foem. תְּדֻשַּׁן, in pauſa תְּדֻשָּׁן id. Prou. 11, 28. c. 13, 4. Sed הֻדַּשְּׁנָה Ieſ. 34, 6. mixtum eſt ex Hophal et Hithpahel, q. d. *pinguefacta eſt et ſe ipſam pinguefecit*.

דָּשֵׁן m. *pinguis*, Ieſ. 30, 23. pl. דְּשֵׁנִים *pingues*, Pſ. 92, 15. in regim. דִּשְׁנֵי Pſ. 22, 30.

דֶּשֶׁן m. 1) *pinguedo*, Ief. 55, 2. Ier. 31, 14. Pf. 36, 9. Pf. 63, Pf. 65, 12. metonymice *cibus pinguis* et *lautus*, Hiob. 36, 1 cum Affixo דִּשְׁנִי *pinguedo mea*, Iud. 9, 9. 2) *cinis*, Leuit. 1, 1 1Reg. 13, 3. 5. Ier, 31, 39. etc. q. d. *pinguefactio agrorum:* veter enim *cinere* ad arua et prata *fructificanda* vfos effe, docet PLI NIVS L. XVII. c. 9. conf. COCCEIVS in *Lex. Hebr.* ad h. 1 DEYLINGIVS in *Obferuat. S.* P. I. p. 183. Celeb. VRIEMOE in *Obferuat. Mifcell.* L. I. c. 2. §. 14. feq. et *De la* CERDA a VIRGIL. *Georg.* I. 81. A דֶּשֶׁן, *cinis*, formatur Verbum i Pih. **דִּשֵּׁן**, duplici refpectu *Denominatiuum:* fignificat enin et *cinerem auferre*, *decinerare*, et *in cinerem redigere*, *incine rare.* Praet. pl. cum Vau Conuers. וְדִשְּׁנוּ *et decinerabunt* Num. 4, 13. infin. cum Affixo לְדַשְּׁנוֹ *decinerare illud*, Exod. 27 3. fed fut. יְדַשְּׁנֶה (cum ה Paragog.) *incineret*, Pf. 20, 4.

דִּישׁוֹן vid. fub rad. דוש.

דָּת f. pertinet ad rad. ידה.

ה

Litera ה, quoties *feruilis* eft nec ad Radicem facit, vocibus additur vel *ab initio*, vel *in medio*, vel *à fine*. *Ab initio* vocum varii vfus eft atque fignificatus. Eft enim

I.) *Heemantica*, formans Nomina *Aucta*: eaque vel a) ex Coniugatione Hiphil, eiusdem adeo cum Coniugatione illa naturae, fed infrequentiora et recentiora, (conf. *Arcan. Form. Hebr.* Sect. VII. c. 3.) ut הַצָּלָה *ereptio, liberatio*, Efth. 4, 14. ex Hiph. הִצִּיל *eripuit, liberauit.* Vel b) ex Coniugatione Hithpah. cuius rei tamen in Hebraifmo duo faltem fuppetunt exempla, vt הִשְׁתַּחֲוָיָה *incuruatio fui, adoratio*, 2 Reg. 3, 18. alterum exftat Dan. 11, 23.

II.) *Praeformans* Verborum, formans Coniugationes Hiphil & Hophal, vt et Infinitiuos ac Imperatiuos Niphal, et ת feruili praemiffa, Coniugationem Hithpahel, qua de re in Grammatica.

III.) *Articulus*, refpondens Graecorum vel *Articulo Praepofitiuo* et *Poftpofitiuo*, vel *Aduerbio vocandi* ὦ. Primo fenfu praefigitur Nominibus, Pronominibus et Participiis, vfum habens *Demonftratiuum*, vnde et *He Demonftratiuum* vocatur: vt הַשָּׂדֶה *hic, ifte ager*, ὁ ἀγρός, Gen. 23, 17. 20. הַהוּא *illa*, Gen. 10, 11.

10, 11. Saepe sic in Kethibh deficit, vbi in Kri adest: vt 1 Sam. 14, 32. 1 Reg. 7, 20. c. 15, 18. 2 Reg. 11, 20. c. 14, 7. c. 15, 25. Ies. 32, 15. Ier. 17, 19. c. 40, 3. c. 52, 32. Ezech. 18, 20. c. 42, 9. Thren. 1, 18. Contra in Kri deficit, vbi in Kethibh adest: vt 1 Sam. 26, 22. 1 Reg. 21, 8. 2 Reg. 7, 13. Ies. 29, 11. Ier. 25, 20. c. 38, 11. Eccles. 6, 10, c. 10, 3. 20. Secundo sensu praefigitur Verbis, sicque significationem *Relatiuam* habet: vt הַנִּמְצְאוּ *qui inuenti sunt*, 1 Chron. 1, 4. rarius Particulis: vt הֶעָלֶיהָ *quod supra eam*, 1 Sam. 9, 24. Addunt vulgo, ה etiam Nominibus et Participiis sic praefigi; sed citra necessitatem: nam e. g. הַטּוֹב *bonum*, *τὸ ἀγαθόν*, Gen. 16, 6. Deut. 12, 28. הָרֹמֵשׂ *reptans*, *τὸ ἕρπον*, Gen. 1, 26. et similia, commode sensu *demonstratiuo* exponi queunt. He *vocandi* vocibus, etiam per Regimen constructis, praemittitur: vt הַצְּבִי *o decus!* 2 Sam. 1, 19. הַבַּת *o filia!* Thren. 2, 13. Addunt quidam quartam significationem *Loci*, qua *motus ad locum* designetur: e. g. הָעִיר *in vrbem*, 1 Sam. 20, 40. 43. eoque sensu ה etiam vocibus per Regimen constructis praefigi volunt: vt הָאֹהֱלָה *in tentorium*, Gen. 24, 67. הַלִּשְׁכּוֹת *ad conclauia*, Esr. 8, 29. Conf. CHR. MVNDENII pec. Dissert. de *He Demonstratiuo*.

IV.) *Interrogatiuum*, (de cuius diuersa punctatione consulendi sunt Grammatici,) innuens vel simplicem *interrogationem dubitantis* aut *ignorantis*: vt הַאַתָּה *an tu sis?* Gen. 27, 21. vel *interrogationem* cum *negatione* subintellecta: vt הֲשֹׁמֵר *num custos?* Gen. 4, 9. vel *interrogationem* cum *affirmatione* subintellecta: vt הֲמִן *nonne de?* Gen. 3, 11. vel *admirationem*: vt הַלְּבֶן *num nato?* Gen. 17, 17. Caeterum haud facile quis probauerit, quod b. SCHVLTENS hoc ה vbique fere per *ecce* reddit.

In medio vocum ה *seruile* mere est *Emphaticum*, vt cum ante ם et ן Affixo interdum inseritur: e. g. כֻּלָּהֶם pro כֻּלָּם *omnes illi*, 2 Sam. 23, 6. לְכֻלָּהְנָה *omnibus illis*, 1 Reg. 7, 37. vbi simul ה *Paragogicum* accessit, pro לְכֻלָּהֶן; sic in בְּתוֹכֵהְנָה *in medio earum*, Ezech. 16, 53.

In fine vocum est vel I) *Afformatiuum foem.* tam 1 *Nominibus*: vt חָכְמָה *sapientia*; quam in *Verbis*: vt בָּכְתָה *fleuit*, Deut. 21, 13. vel II) *Paragogicum*: idque 1) vel mere *otiosum*, accedens Verborum Futuris 1 pers. Infinitiuis item et Imperatiuis, Pronominibus 2 pers. masc. sing. et plur. foem. vt et Pronominibus 3 pers. plur. vtriusque Generis, et Afformantibus atque Affi-

xis exinde ortis: vt הָמָּה, אַתָּה, בְּנַדָּתָהּ Malach. 2, 14. יָדְכָה, (pr
יָדְךָ,) Exod. 13, 16. rarius Nominibus: vt לַיְלָה. Vel 2) *Locat*
additum Nominibus *Locorum*, notans *motum ad locum:* vt אַרְצָה
in terram, Gen. 19, 1. rarius τὸ *in loco.* Vel 3) *Intensiuum*
subiectum vel *Nominibus:* vt מְוְתָה *mors acerbissima*, Ps. 116, 1
אֵימָתָה *formido maxima*, Exod. 15, 15. vel *Participiis*, vt בֹּעֵרָה
ardens vehementissime, Hos. 7, 4. vel, vt quidam volunt, *Futuri*
2 et 3 pers. sing. vt יָחִישָׁה *celerrime festinet*, Ies. 5, 19. raro *Prae*
teritis 3 pers. sing. foem. vt הֶחְבְּאָתָה *sollicite abscondidit*, Ios. 6, 17

הָא et Chald. הָא *ecce*, vid. infra sub rad. הוא.

הַבְהָבִים pl. vid. sub rad. יהב.

הָבַל *euanuit*, proprie instar *corporis instabilis* nec *solid*
quid habentis. Fut. pl. in pausa תֶּהְבָּלוּ *vanescitis*, Hiob. 27, 12
vanescatis, Ps. 62, 11. וַיֶּהְבָּלוּ *et vani facti sunt*, 2 Reg. 17, 15
Ier. 2, 5. Hiph. part. pl. מַהְבִּילִים *vanos facientes*, Ier. 23, 16.

הֶבֶל m. 1) *vapor, cito euanescens*, Ps. 62, 10. (secundum quosdam,) Ps. 144, 4. Prou. 21, 6. 2) *vanitas*, *res vana et inanis*, Ps. 39, 6. Ps. 94, 11. Hiob. 7, 16. Eccles. 1, 2. 14. etc. specialiter de *idolis* dicitur, Deut. 32, 21. 1 Reg. 16, 26. 2 Reg. 17, 15. Ier. 2, 5. c. 10, 15. etc. Sumitur quoque aduerbialiter pro *vane*, *inaniter*, *frustra*, Hiob. 9, 29. c. 21, 34. Cum Affixis הֶבְלִי *vanitas mea*, Eccles. 7, 15. הֶבְלוֹ *vanitas eius* vel *sua*, Eccles. 6, 12. pl. הֲבָלִים *vanitates*, Eccles. 1, 2. 14. c. 5, 6. Ier. 10, 8. in regim. הַבְלֵי Ps. 31, 7. Ier. 8, 19. Ion. 2, 9. cum Affixo הַבְלֵיהֶם *vanitates* i. e. *idola sua*, Deut. 32, 21. 1 Reg. 16, 13. 26.

הֲבֵל m. *vanitas*, Eccles. 1, 2. c. 12, 8.

הָבְנִי m. vnde pl. הָבְנִים vel secundum Kethibh הוֹבְנִים, *ligna ebena*, Ezech. 27, 15. terminationem *gentilitiam* prae se fert: vnde procul dubio à nomine *loci*, nobis ignoti, descendit. Plura dabunt BOCHARTVS in *Hieroz.* P. II. L. I. c. 20. FVLLERVS in *Miscell. S.* L. VI. c. 14. et HILLERVS in *Hierophyt.* P. I. p. 437. seq.

הֹבֵר m. in pl. הֹבְרִים *augures*, q. d. *sectores* regionum coeli, (vid. COCCEIVS in *Lex.*) à rad. Arab. הבר *secuit.* In regim. הֹבְרֵי Ies. 47, 13. secundum Kri, sed Kethibh habet הָבְרוּ *secuerunt, diuiserunt.* Conf. Chald. גָּזְרִין Dan. 2, 27.

הָגָה in genere *propulit*, *protrusit*, vel, vt SCHVLTENSIO placet, (coll. Arab.) *aestuauit*, *exaestuauit*, *cum aestu eiectauit*,

uit, (Graec. βεάσσειν, ἐκβεάσσειν,) et quidem vel *rem ex loco*, sicque *amouit, remouit*, 2 Sam. 20, 13. Prou. 25, 4. 5. Ies. 27, 8. vel *vocem ex ore, loquendo* siue *enunciando*, Ies. 59, 3. Ps. 35, 28. Ps. 37, 30. Ps. 71, 24. Prou. 8, 7. Hiob. 27, 4. *mussitando* et *murmurando*, Ies. 8, 19. c. 31, 4. *gemendo*, Ies. 38, 14. c. 59, 11. et de *animo, cogitauit, meditatus est*, (quod *cogitatio* sit quidam *animi sermo*,) Ps. 1, 2. Ps. 2, 1. Ps. 38, 13. Ps. 63, 7. Ps. 143, 5. Prou. 15, 28. c. 24, 2. Ies. 33, 18. c. 59, 13. Ier. 48, 31. Praet. Kal cum Vau Conuers. וְהָגִיתָ *et meditaberis*, Ios. 1, 8. וְהָגִיתִי *et meditabor*, Ps. 77, 13. Ps. 143, 5. infin. absol. הָגֹה *gemendo*, Ies. 59, 11. sed הָגוֹ *remouendo*, Prou. 25, 4. 5. fut. יֶהְגֶּה *eloquetur*, Prou. 8, 7. Hiob. 27, 4. *eloquitur*, Ps. 37, 30. *meditabitur*, Ies. 33, 18. *meditatur*, Ps. 1, 2. Prou. 15, 28. c. 24, 2. *gemit*, Ier. 48, 31. *mussitat, murmurat*, Ies. 31, 4. foem. תֶּהְגֶּה *eloquetur*, Ps. 35, 28. Ps. 71, 24. *eloquitur*, Ies. 59, 3. etc. Pihel vel potius *Pohel*, praet. הֹגָה (ad Formam שׁוֹשֵׁה Ies. 10, 13. שֹׁרֵשׁ Ies. 40, 24. etc.) *amouit, remouit*, scil. aliquis, *impersonaliter*, 2 Sam. 20, 13. vulgo praet. Pyh. (pro הֻגָּה) esse volunt; sic infinit. הֹגוֹ *meditando*, Ies. 59, 13. Hiph. part. pl. מַהְגִּים *mussitantes*, Ies. 8, 19.

הֲגִיג m. *gemitus*, it. *meditatio*, petita Forma ab הגג. Cum Affixo הֲגִיגִי *gemitus meus*, Ps. 5, 2. it. *meditatio mea*, Ps. 39, 4.

הֶגֶה m. 1) *eloquium, sermo*, vel potius *cogitatio*, Ps. 90, 9. vbi anni vitae consumi dicuntur *instar cogitationis*, qua phrasi etiam HOMERVS *Hymn. in Mercur.* v. 43. et THEOGNIS v. 979. vtuntur. Sed *vaporem aestuantem* intelligit SCHVLTENS. 2) *gemitus, suspirium*, Ezech. 2, 9. 3) *murmur*, (de *tonitru*,) aliis *eloquium*, Hiob. 37, 2.

הָגוּת f. *meditatio*, Ps. 49, 4.

הֶגְיוֹן (cum terminat. *augmentat.*) m. *meditatio attenta*, Ps. 19, 15. Thren. 3, 62. in quo posteriore tamen loco b. SCHVLTENS *contumeliosam insectationem* siue *irrisionem* intelligit, ex Arab.

הִגָּיוֹן m. id. Ps. 9, 17. Ps. 92, 4. al. *carmen bene meditatum*, SCHVLTENSIO *carmen triumphale*, quo hosti insultatur, ex Arab.

הָגִין m. inusit. vnde foem. הֲגִינָה *recta, apta, decens*, Ezech. 42, 12. Conueniunt Chald. הָגֵן et מְהַגַּן *rectum, decens, conueniens, decorum, aptum, idoneum*, et הִגָּן *decentia*.

הַדָּבְרִין m. pl. Chald. q. d. *duces ducum, duces supremi*:

vnde in Statu Emphat. הַדָּבְרַיָּא Dan. 6, 8. compoſ. ex 2 ſyn nymis, Syr. הדא, Arab. הדי *duxit*, et ex דבר Chald *du xit*. In regim. הַדָּבְרֵי Dan. 3, 27. cum Affixis הַדָּבְרַי *suprem duces mei*, Dan. 4, 33. הַדָּבְרוֹהִי *supremi duces eius*, Dan. 3, 24 Kamez manet immutabile, ad insinuandum originarium א ſiu Verbi, ſiue Nominis inde deriuati הָדָא *ductor, dux*. Sed Hebr הַדָּבְרוֹ Mich. 2, 12. vid. in דָּבָר ſub rad. דבר.

הֵידָד m. *celeuſma, vox ouantium continuo ingeminata*, Ies 16, 9. 11. Ier. 25, 31. c. 48, 33. à rad. Arab. הדד *ſonum* vel *vocem edidit*, proprie *fregit, rupit*.

הֵד m. id. Ezech. 7, 7.

הָדָה *miſit, immiſit*, Ieſ. 11, 8.

הָדַךְ *diruit, euertit, deſtruxit*, vt Arab. vnde imperat. הֲדֹךְ *euerte, deſtrue*, Hiob. 40, 12.

הֲדֹם m. *ſcabellum*, proprie *rotundum*, coll. rad. Arab. הדם *rotundus fuit, in gyrum circuiuit*, vid. quoque *Arcan. Form. Hebr.* p. 150. Vbique metaphorice vſurpatur, 1 Chron. 28, 2. Ieſ. 66, 1. Pſ. 99, 2. Pſ. 110, 1. Pſ. 132, 7. Thren. 2, 1.

הַדָּם m. Chald. *fruſtum*, pl. הַדָּמִין *fruſta*, Dan. 2, 5. c. 3, 29. à rad. הֲדַם Chald. *diſcidit, diſcerpſit*, Arab. הדם *diruit, deſtruxit*, it. *fregit*.

הֲדַס m. *myrtus*, Neh. 8, 15. Ieſ. 41, 19. c. 55, 13. à *celeri et alacri incremento*, à rad. הדס Chald. *ſaliit*, Rabbin. *feſtinauit*, Syr. *alacris fuit*. Sic Lat. *ſalix* et *ſaltus* dicuntur à *ſalio*. Plur. הֲדַסִּים *myrti*, Zach. 1, 8. 10. 11.

הָדַף *truſit, pepulit, depulit, impulit, expulit*. Praet. cum Affixo הֲדָפוֹ *truſit, impulit eum*, Num. 25, 22. Ier. 46, 15. הֲדַפְתִּיךָ *depuli te*, Ieſ. 22, 19. infinit. conſtruct. הֲדוֹף *expellere*, Deut. 6, 19. c. 9, 4. cum Affixo הָדְפָהּ *depellere eam*, 2 Reg. 4, 27. fut. יֶהְדֹּף *depellet*, Prou. 10, 3. cum Affixis יֶהְדָּפֶנּוּ *impellet, trudet illum*, Num. 35, 20. יֶהְדָּפֵם *expellet eos*, Ioſ. 23, 5. pl. in pauſa תֶּהְדֹּפוּ *truditis, impellitis*, Ezech. 34, 21. יֶהְדְּפֻהוּ *trudent, depellent eum*, Hiob. 18, 18.

הָדַר in genere *ornauit, decorauit*, ſpecialiter *ornauit honore, honorauit*; vt Graeci dicunt τιμαῖς κοσμεῖν et ἀγάλλειν, Latini *honoribus decorare* et *ornare*, *gloria decorare, gloriae inſignibus ornare, gloria exornare, honoris ornamenta*, et

et *ornamenta* abſolute pro *honoribus*. Praet. cum Vau Conuers. וְהָדַרְתָּ *et honorabis*, Leuit. 19, 32. Pahul הָדוּר *ornatus*, Ieſ. 63, 1. pl. הֲדוּרִים *honorata*, *honore* et *gloria conſpicua*, quae Deus dicit ſe *complanaturum* i. e. *humiliaturum*, Ieſ. 45, 2. fut. תֶּהְדַּר *honorabis*, Exod. 23, 3. Leuit. 19, 15. Niph. praet. pl. in pauſa נֶהְדָּרוּ *honorati ſunt*, Thren. 5, 12. Hithpah. fut. תִּתְהַדַּר *te ipſum honorabis*, *tibi honorem ſumes*, *gloriaberis*, Prou. 25, 6.

הֲדַר Chald. id. Pahel praet. הַדַּרְתָּ *honoraſti*, Dan. 5, 23. הַדְּרֵת *honoraui*, Dan. 4, 31. part. praeſ. מְהַדַּר *honorans*, Dan. 4, 34.

הָדָר m. (Nomen *Effectus*,) *honor*, quo quis ornatus eſt vel alium exornat, *decor*, *ornatus*, Deut. 33, 17. Pſ. 8, 6. Pſ. 21, 6. Pſ. 29, 4. Pſ. 96, 6. Ieſ. 53, 2. vnde עֵץ הָדָר *arbor decoris*, i. e. *decora* et *ſpecioſa*, Leuit. 23, 40. In regim. הֲדַר Pſ. 145, 5. 12. Ieſ. 2, 10. 19. 21. cum Affixis הֲדָרִי *ornatus meus*, quo ſcil. ego ornaui, Ezech. 16, 14. הֲדָרֵךְ *honor* vel *decus tuum*, quo ſcil. ornata es, Ezech. 27, 10. etc. pl. הֲדָרִים *decora*, *ornatus*, *ornamenta*, in regim. הַדְרֵי Pſ. 110, 3.

הֶדֶר m. id. Dan. 11, 20.

הֲדָרָה vel הַדְרָה f. id. vnde in regim. הַדְרַת Pſ. 29, 2. Pſ. 96, 9. Prou. 14, 29. 1 Chron. 16, 29. 2 Chron. 20, 21.

הדוש vid. in דוש.

הָהּ *ah!* Interiectio *dolentis*, à *ſono* factitia, Ezech. 30, 2. alias אֲהָהּ.

הו vid. infra הוי.

הוא radix inuſit. Arab. هاء (media *Ie*,) *paratus fuit*, in 5 Coniugat. *praeſto fuit*, vnde hiaton *repraeſentatio*. Hinc ſunt

הוּא Pronomen 2 perſ. ſing. maſc. *Perſonale*, *ille*, *ipſe*, *hic*, *illud*, *ipſum*, *hoc:* proprie perſona vel res *praeſens*, quam tanquam *praeſentem* digitis quaſi monſtramus, Gen. 2, 13. 14. 19. c. 3, 15. c. 4, 20. Exod. 6, 27. Leuit. 21, 8. Deut. 7, 26. etc. Aliquando de *Deo* κατ' ἐξοχὴν dicitur, vt Pſ. 44, 5. Pſ. 102, 28. 1 Chron. 17, 26. Neh. 9, 6. 7. Ieſ. 43, 13. c. 48, 12. ideoque à quibusdam inter Nomina *diuina* refertur, conf. *Onomaſt. V. T.* p. 549. et Auctoribus, ibi laudatis, add. IOH. ALBERTI in *Periculo Critico* p. 2. MARACCIVS in *Refutat. Alcor.* p. 201. a. VRIEMOET in *Annot. ad Dicta Claſſica* T. I. p. 119. 120. et T. II. p. 178. HOTTINGERVS in Differt. de *Nominibus Dei Orient.* §. 17. *Relationes Malabar.* Continuat. XXXVII. p. 74. Saepe pro Verbo Sub-

Substantiuo, sum, es, est, fuit, erit, etc. vsurpatur, vt Gen. 3, Exod. 1, 16. Leuit. 1, 13. 17. Deut. 1, 17. etc. Cum Articulo ההוא Gen. 15, 18. c. 19, 35. Exod. 1, 6. Leuit. 7, 4. Num. 6, 11. etc. cu ה Interrogatiuo הַהוּא *an ille?* Num. 23, 19. Sed plur. הֵם הֵמָּה vid. infra suo loco.

הוּא Chald. id. Dan. 2, 21. 22. 28. 32. 39. 47. c. 4, 19. Esr. 5, 8. et Sed pl. המו et המון vid. sub Hebr. הֵם.

הִיא Pronomen 3 pers. sing. foem. *Personale, illa, ipsa haec, illud, ipsum, hoc,* Gen. 14, 2. Leuit. 2, 15. Ios. 10, 2. 1 1 Sam. 20, 33. etc. Saepius quoque pro Verbo *Substantiuo* venit, vt Leuit. 11, 39. Cant. 6, 9. Prou. 3, 18. etc. In Pentateucho vndecim locis exceptis, semper, alibi rarius pro הִיא scriptum occurrit הִוא, secundum litteras legendum הוא: vnde Mosis aetate הוא fuisse Generis *Commun.* recte monent ALTINGIVS in *Fundament. Punctat. Hebr.* §. 93. DANZIVS in *Litterat. Hebraeo-Chald.* p. 320. B. H. STARCKIVS in *Luce Gram. Hebr.* p. 133. Celeb. HEVMANNVS in *Poecile* T. II. p. 520. et Doctiss. TYMPIVS in *Notis* ad NOLDII *Concordant. Partic.* p. 250. Contra pro הִיא interdum legitur הִיא, secundum Masorethas efferendum הוּא, in masc. vt 1 Reg. 17, 15. 1 Chron. 29, 16. Ps. 73, 16. Hiob. 31, 11. Eccles. 5, 8. Sed pl. הֵן et הֵנָּה vid. infra suo loco.

הִיא Chald. id. Dan. 2, 9. 20. 21. 27. 44. c. 7, 7. Esr. 6, 15.

הֵא (Formae קֵא à קוֹא,) proprie res, quam tanquam *praesentem* digito quasi monstramus; sed in Particulam *demonstrandi* rem *praesentem, en, ecce!* abit, Gen. 47, 23. Ezech. 16, 43. conf. eius synonym. הֵן et הֵנָּה sub rad. הנן.

הֵא Chald. id. Dan. 2, 43.

הָא Chald. id. Dan. 3, 25.

הֲוָא Chald. idem quod הֲוָה, quod vide paulo inferius.

הוֹד m. *eminentia, praestantia, praestantia, gloria, dignitas,* 1 Chron. 16, 27. c. 29, 25. Hiob. 37, 22. Ps. 21, 6. Ies. 30, 30. Zach. 6, 13. etc. per Aphaeresin pro נְהוֹד, à rad. Arab. נהד *praestantissimus fuit, eminuit.* Cum Affixis הודי *praestantia mea,* i. e. *forma praestans mea,* Dan. 10, 8. הודו *gloria eius,* Ps. 148, 13. Hos. 14, 7. Hab. 3, 2. Zach. 10, 3. pro quo recurrit הודה Ier. 22, 18. Conf. pluribus de h. n. BOOTII *Animaduers.* L. III. c. 7. et L. IV. c. 4.

הָוָה *fuit* vel *factus est*, *exstitit*, *accidit*, Arab. הוי *decidit*. Part. praes. הֹוֶה *ens*, *es*, *est*, Eccles. 2, 22. Neh. 6, 6. imperat. הֱוֵה *esto*, Gen. 27, 29. et cum א, הֱוֵא Hiob. 37, 6. foem. הֱוִי Ies. 16, 4. Sed יְהוּא Eccles. 11, 3. quod vulgo huc referunt, potius Nomen est, referendum ad rad. inusit. יהא, vbi vid.

הֲוָה et הֲוָא Chald. id. Dan. 4, 26. c. 5, 19. c. 6, 4. 11. 15. c. 7, 13. Esr. 5, 11. Praet. foem. הֲוָת *fuit*, Dan. 7, 19. Esr. 4, 24. c. 5, 5. et cum (ַ), הֲוַת Dan. 2, 35. הֲוַיְתָ *fuisti*, Dan. 2, 31. 34. הֲוֵית *fui*, Dan. 4, 1. 7. 10. c. 7, 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 13. 21. pl. הֲווֹ *fuerunt*, Dan. 2, 35. c. 5, 19. c. 6, 5. Esr. 4, 20. infin. constr. cum ל, (deficiente מ characteristico,) לֶהֱוֵה q. d. *ad τὸ esse*, i. e. *vt sit*, *sit*, *erit*, Dan. 4, 22. et cum א, לֶהֱוֵא Dan. 2, 20. 28. 41. c. 3, 18. Esr. 4, 12. c. 5, 8. c. 6, 3. 9. c. 7, 23. 26. Alii Futurum esse volunt, cum Praefixo ל, exclusa Praeformante Iod: quales Formae Futurorum Rabbinis sunt frequentissimae, et ipsi quoque Arabes ל Futuro, ad designandum Coniunctiuum, praefigere solent. Sic cum Affixis irregularibus לֶהֱוֹן *vt sint*, *sint*, *erunt illi* vel *illa*, Dan. 2, 43. c. 6, 2. 3. 27. Esr. 6, 10. 25. foem. לֶהֶוְיָן Dan. 5, 17. quae aliis Futura sunt in pl. sine Affixis. Imper. plur. הֱווֹ *estote*, Esr. 4, 22. fut. foem. תֶּהֱוֵה *erit*, *sit*, Dan. 2, 40. 41. 42. c. 4, 24. et cum א, תֶּהֱוֵא Dan. 7, 23. Esr. 6, 8.

הֹוָה f. *accidens*, *casus*, *qui accidit*, specialiter *casus aduersus*, *calamitas*, *infortunium*, (German. ein Unfall, Arab. هوة, per א,) Ies. 47, 11. Ezech. 7, 26.

הַוָּה f. id. Hiob. 6, 2. c. 30, 13. Ps. 57, 2. Ps. 91, 3. Prou. 19, 13. etiam *calamitas* siue *infortunium actiue* sumta, i. e. quae aliis infertur, vt Ps. 5, 10. Ps. 38, 13. Ps. 52, 4. Ps. 94, 20. Prou. 17, 4. Sed Ps. 52, 9. Prou. 10, 3. per הַוָּה potius *substantia* siue *opes* intelligendae sunt, dictae à τῷ *esse* siue *adesse*, vt Lat. *substantia*, et Graec. οὐσία, ὕπαρξις, τὰ ὄντα, τὰ ὑπάρχοντα etc. Denique Prou. 10, 3. c. 16, 6. et Mich. 7, 3. ALB. SCHVLTENSIO הַוָּה est *desiderium*, idque *prauum*, à rad. Arab. הוי *voluit*, *cupiuit*, quod conuenit cum Hebr. אוה. In regim. est הַוַּת Prou. 10, 3. c. 11, 6. Mich. 7, 3. cum Affixo הַוָּתוֹ *opes eius*, Ps. 52, 9. pl. הַוּוֹת *calamitates*, *infortunia*, Ps. 5, 10. Hiob. 6, 30.

הַיָּה f. *calamitas*, vnde cum Affixo הַיָּתִי *calamitas mea*, sec. Kethibh Hiob. 6, 2. c. 30, 13. sed Kri habet הַוָּתִי.

יְהֹוָה Nomen Dei *Proprium*, vi Formae *Aeternum* significat, tum propter Iod Heemanticum, *Continuitatis* et *Durationis* indicem, tum propter eius compositionem, vti vulgo volunt, ex triplici Tempore: ex *Futuro*, cuius nota in Verbis Iod est, ex *Participio Praesente*, cuius Vocalis characteristica ֹ, et ex *Praeterito*, quod in Verbis Quiescentibus tertia radicali ה in (ָ) terminatur. *Nomen Aeternitatis* ideo vocat AVGVSTINVS. Optime itaque Galli in Versione Bibliorum reddiderunt per *l'Eternel*. Sic enim ipse Deus explicat Exod. 3, 14. אהיה אשר אהיה *ero*, semper scil. et in aeternum, *qui sum*, vel, vt PASOR vertit, *ero qui eram*, et Iohannes Apoc. 1, 4. 8. ὁ ὢν, ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, vel, vt BEZA ex Mscr. restituit, ὁ ἐσόμενος. Auctor libelli *Baruch* pro eo reponit ὁ αἰώνιος, vt c. 4, 10. 14. 20. 22. 24. 35. c. 5, 2. Vulgo quoque credunt, יְהֹוָה non habere Puncta propria, vid. *Arcan. Form. Hebr.* p. 545. et conf. pluribus de h. n. Auctores, magno numero à nobis excitati in *Onomast. V. T.* p. 315. 316. et in *Addendis*, quibus addantur SELNECCERVS in *Paedagog. Christ.* P. II. p. 45. seq. VAL. FRIDERICI de *Synonymis Dei Hebraicis* Dissert. I. CANINIVS in *Locis N. T.* c. 1. SCHEDIVS de *Diis German.* Syngram. I. c. 12. ZELTNERVS in *Enneade Quaest. Philolog.* n. 4. et in *Euangelio Tetragrammato ex N. T. exulante*, CRINESIVS in *Exercitat. Hebr.* V. quaest. I. DAV. CLERICVS in *Quaest. S.* XI. DRVSIVS in *Tetragrammato*, IAC. ALTINGIVS in Exercitat. de *Nominibus diuin.* COLHANS in *Exercitat. Glotticis* p. 249. seq. ZVLLICHIVS in *Explicat. Nominis* יהוה, DANZIVS in Praefat. ad *Paradigmata Nom. et Verb.* IOH. BOHEMVS in Erklärung des Namens *Iehoua*, MASCHIVS in *Noua Bibliotheca Lubec.* Vol. IV. n. 3. DASERVS in Append. ad Tractat. de *Augustiniana Decalogi diuisione*, DIETERICVS in *Antiquit. Bibl.* ad Exod. 6, 6. 7. HILLERVS in *Onomast. S.* p. 249. VRIEMOET ad *Dicta Class.* T. I. p. 137. seq. ANDREAS MYLIVS, PAVLVS BVRGENSIS, ERPENIVS, C. M. WILLICHIVS, VALLANDVS, PERINGERVS, PASCHIVS, HILDEBRANDVS, GRIESINGERVS, I. R. OSIANDER, A. RHELINGEN et IOH. SNOILSHIK in peculiaribus Dissertationibus et Tract. de h. n. aliique apud FABRICIVM in *Bibliograph. Antiquar.* p. 244. et Celeb. I. D. WINCKLERVM in *Animaduers. Philolog.* P. II. p. 369. seq.

Id

Id certum est, יְהֹוָה cum Praefixis sequi punctationem Nominis אֲדֹנָי: vt לַיהוָה *Aeterno*, Ps. 16, 2. הַיהוָה *an Aeternus?* Ier. 8, 17. etc. et vbi cum אֲדֹנָי occurrit, recipere puncta Nominis אֱלֹהִים: vt יֱהוִה 2 Sam. 7, 18. 19. 20. 29. Ezech. 5, 5. etc. vnde cum Praefixo לֵיהוִה Ps. 68, 21. Singulare est הַלְיהוָה Deut. 32, 16. vbi quidam codices habent הַל יְהוָה, vid. infra הַל.

הוֹי Interiectio, à *sono* facta, eaque vel *exclamantis*, *heus! eheu!* vt Ies. 1, 4. c. 17, 12. c. 55, 1. Ier. 47, 6. Zach. 2, 10. vel *dolentis*, *ah! heu!* vt 1 Reg. 13, 30. Ier. 22, 18. c. 30, 7. c. 34, 5. vel *comminantis* et *exsecrantis*, *vae!* Ies. 5, 8. 11. 18. 20. 21. 22. c. 10, 1. Ier. 22, 13. c. 23, 1. Ezech. 34, 2. etc. Pro eo per Aphaeresin dicitur הוֹ Amos. 5, 16.

הוּךְ Chald. *ire*, *abire*. Infin. מְהָךְ *ire*, *abire*, Esr. 6, 13. fut. יְהָךְ *eat*, *abeat*, *abiret*, Esr. 5, 5. c. 6, 5. c. 7, 13.

הוּם *commouere*, *quassare*, *turbare*. Praet. הָם, cum Affixo הָמָם *turbauit eos*, Deut. 7, 23. Niph. fut. foem. cum Vau Conuers. וַתֵּהֹם *et commota est*, 1 Sam. 4, 5. 1 Reg. 1, 45. Ruth. 1, 19. Hiph. fut. אָהִים, cum ה Paragog. אָהִימָה *strepitum faciam*, Ps. 55, 3. (petita significatione à rad. cognata המה *strepuit*,) sic pl. תְּהִימֶנָה (deficiente Iod Epenthetico, pro תְּהִימֶינָה,) *strepitum edent*, Mich. 2, 12. vbi quidam codices habent תְּהִמֶּנָה, cum Dagesch Forti irregulari, vt c. 7, 10.

מְהוּמָה f. *commotio*, *turbatio*, *conturbatio*, Deut. 7, 23. c. 28, 20. 1 Sam. 5, 9. c. 14, 2. Ies. 22, 5. Ezech. 7, 7. c. 22, 5. Prou. 15, 16. In regim. מְהוּמַת 1 Sam. 5, 11. vbi *conturbatio mortis* est, quam timor mortis incutit, vt Zach. 14, 13. *conturbatio Domini*, quam Dominus immittit. Plur. מְהוּמוֹת *commotiones*, *turbationes*, *perturbationes*, Amos. 3, 9. 2 Chron. 15, 5.

הוּן radix in Kal inusit. videtur significasse *paratum esse*, *praesto esse*, *adesse*, vt cognat. הכן: vnde Hiph. fut. pl. cum Vau Conuers. וַתָּהִינוּ *et parati fuistis*, (ad ascendendum,) Deut. 1, 41. pro quo in loco parallelo Num. 14, 40. recurrit הִנֶּנּוּ וְעָלִינוּ *ecce nos! et ascendemus*, vel *vt ascendamus*. Alii aliter.

הוֹן m. *diuitiae*, *opes*, Ps. 44, 13. Ps. 112, 3. Prou. 1, 13. c. 6, 31. Cant. 8, 7. etc. Ad etymi rationem conf. supra הַוָּה, et עֲתִידוֹת i.e. *parata*, *ea quae adsunt*, pro *thesauris* siue *diuitiis*, Ies. 10, 13.

הִין m. *Hin*, *vasis* genus, mensuram liquidorum constituens, continensque 12 logos siue 72 oua, Exod. 30, 24. Leuit. 19, 36. c. 23,

c. 23, 13. Num. 15, 4. 5. 6. 7. 9. 10. etc. Eius figuram ex ment Iudaeorum exhibet DASSOVIVS in Differt. ad Tit. *Celim.* Si dictum videtur, quod *semper ad manus haberetur*, ad appor tandas vel recipiendas res liquidas (vt aquam, lac, oleum, etc. maxime commodum et necessarium. Sic apud Romanos *am phora*, *vrna*, *congius*, *cyathus* etc. nomina *vasorum* fuerunt e *mensurarum*.

הות in Kal inusit. vnde Pihel הוֹתֵת, quod varie exponitur: quidam conferunt cum Arab. هات in 2 Coniug. *clamauit*, *inclamauit;* ego potius cum هاث (media Ie,) in 10 Coniug. *intulit malum*, *grassatus est*, vnde هَيْثٌ *nocendo inferre malum*, quo cum conuenit Graec. ἄτη *damnum*. Inde est Pihel siue Pohel fut. pl. תְּהוֹתְתוּ *malum* siue *damnum infertis*, *grassamini*, Psf. 62, 4.

הָזָה *delirauit*, vt Arab. هذا et هذي: vnde part. praes. הֹזֶה, pl. הֹזִים *delirantes*, Ies. 56, 10.

הִי m. *planctus*, vid. infra sub rad. נהה.

הִיא Pronomen *Personale* foem. vid. supra sub rad. הוא.

הָיָה *fuit* et *esse coepit* siue *factus est*, *exstitit*, vt alia Verba *Qualitatis* et *Status*, quae praeter τὸ *esse* etiam τὸ *fieri* denotant, conf. *Arcan. Form. Hebr.* p. 16. Frequens est Verbi huius constructio sequente ל, quod Lat. omittitur, aliquando autem reddi potest per *loco*, *vice*, *pro:* vt Gen. 2, 24. *erunt in carnem vnam*, i. e. *erunt* vel *fient caro vna*, Exod. 4, 4. *facta est in baculum*, pro *facta est baculus*, Exod. 4, 16. *eris illi in Deum*, i. e. *pro Deo*, Num. 10, 31. *eris nobis in oculos*, h. e. *loco oculorum;* sic Gen. 17, 4. Deut. 28, 44. Hiob. 30, 9. etc. Praet. cum Vau Conuers. וְהָיָה *et erit*, Deut. 12, 11. Ies. 3, 24. sic sec. Kri Ezech. 45, 5. (vbi Kethibh habet יִהְיֶה,) foem. הָיְתָה *fuit*, *factum est*, Gen. 1, 2. Iud. 21, 3. et ex Chaldaismo הֲוָת sec. Kethibh 2 Reg. 9, 37. הָיִיתָ *fuisti*, Deut. 23, 7. foem. הָיִית Iud. 11, 35. et cum Iod Paragog. הָיִיתִי sec. Kethibh Ezech. 16, 31. cum Vau Conuers. et (ְ) sub ה, וְהָיִית *et eris*, 2 Sam. 14, 2. pl. הֱיִיתֶם *facti estis*, Hiob. 6, 21. sed cum Praefixo, וִהְיִיתֶם Gen. 3, 5. Exod. 19, 5. הָיוּ *fuerunt*, Gen. 25, 3. Ezech. 27, 10. cum Vau Conuers. וְהָיוּ *et erunt*, Gen. 2, 24. Ezech. 14, 14. sic sec. Kri Num. 34, 4. Ios. 15, 4. c. 18, 12. 14. 19. Ier. 50, 6. vbi Kethibh habet וְהָיָה, in sing.

sing. Part. praes. foem. הֹוָה *existens*, Exod. 9, 3. infin. absolut. הָיֹה 1 Reg. 13, 14. inf. construct. הֱיוֹת *esse*, Gen. 18, 18. Ruth. 1, 12. (cum Praefixis בִּהְיוֹת Exod. 19, 16. לִהְיוֹת Gen. 17, 7. etc.) more autem Chaldaico הֱוֵה Ezech. 21, 15. imperat. הֱוֵה *esto*, Exod. 18, 19. sed foem. הֲוִי Gen. 24, 60. pl. הֱיוּ *estote*, Num. 16, 16. et cum Praefixo וִהְיוּ 1 Sam. 4, 9. fut. אֶהְיֶה *ero*, Exod. 3, 12. *essem*, Hiob. 10, 19. et per Apocopen אֱהִי Hos. 13, 14. Ezech. 11, 16. יִהְיֶה *erit*, 1 Reg. 13, 32. Ies. 2, 2. et per Apocopen יְהִי *sit*, Gen. 1, 3. sic sec. Kethibh 1 Reg. 1, 37. pl. נִהְיֶה *erimus*, Gen. 44, 9. per Apocopen נְהִי Num. 13, 24. יִהְיוּ *erunt*, Exod. 7, 17. c. 25, 31. et sec. Kri Ezech. 37, 22. (vbi Kethibh habet יִהְיֶה *erit*, (scil. Israel, in sing.) et Ier. 18, 23. vbi Kethibh וְהָיוּ *et erunt*, in praet. cum Vau Conuers. Contrarium occurrit Ios. 19, 29. Niph. נִהְיָה *factus*, *effectus est*, it. *factus fuit*, eo sensu, quo Lat. dicitur *actum est de illo*, German. es ist um ihn geschehen, i. e. *confectus*, *finitus est*, et quo rem, quae esse desiit, *fuisse* tam Graeci quam Latini dicunt, conf. VECHNERI *Hellenolex*. L. II. c. 5. foem. נִהְיְתָה *confectus*, *finitus erat* (somnus eius), Dan. 2, 1. נִהְיֵיתִי *confectus sum*, Dan. 8, 27. part. נִהְיָה *factus*, *effectus*, vnde foem. נִהְיָה *facta*, *effecta*, Prou. 13, 19.

הַוָּת f. *calamitas*, vid. supra sub rad. הָוָה.

אֶהְיֶה (cum א *Continuitatis*,) Nomen Dei *Proprium*, Exod. 13, 14. synonymum *Tetragrammati* יְהֹוָה, coll. ib. v. 15. vi Formae notat *eum*, *qui semper est*, siue *Aeternum*: sic Arabs ERPENII reddit, LXX ὁ ὤν, IONATHAN exponit: *ego ille*, *qui sum et qui futurus sum*, et in *Schemoth Rabba* explicatur: *ego*, *qui fuit*, *ego idem nunc*, *et ego idem in futurum*. Quidam negant esse Nomen *Proprium*, contra quos vid. DRVSIVS in *Tetragammato* c. 3. conf. quoque G. SCHWARZII Dissert. de *Nominibus diuinis* אהיה et יה, Celeb. WOLLII Dissert. de *ignoto Iudaeorum et Atheniensium Deo* אהיה ad Exod. 3, 14. et Act. 17, 23. aliique, qui de *Nominibus Dei Hebraicis* tradiderunt.

הֵיךְ idem quod אֵיךְ *quomodo?* א et ה permutatis, 1 Chron. 13, 12. Dan. 10, 17. vid. suo loco אֵיךְ.

הֵיכָל m. *aedificium valde sublime et magnificum*, *palatium*, 2 Reg. 20, 18. Ps. 144, 12. Prou. 30, 28. Ies. 39, 7. Dan. 1, 4. à rad. Arab. הכל *magnus*, *procerus fuit*. Specialiter adhibetur de *Tabernaculo Mosis*, 1 Sam. 1, 9. c. 3, 3. 2 Sam. 7, 2. c. 22, 7. Ps. 5, 8. Ps. 29, 9. Ps. 38, 2. et

et de *Templo*, 2 Reg. 23, 4. c. 24, 13. 2 Chron. 3, 17. Ier. 50, 28. Hagg 2, 15. Zach. 6, 14. 15. Malach. 3, 1. metaphorice de *coelo*, Pſ. 11, 4 Pſ. 18, 7. Mich. 1, 2. In regim. הֵיכַל Pſ. 144, 12. Eſr. 4, 1. cum Affix הֵיכָלוֹ *templum eius* vel *ſuum*, Ier. 50, 28. Malach. 3, 1. Pſ. 27, 4 plur. הֵיכָלִים *palatia, templa*, in regim. הֵיכְלֵי Prou. 30, 28. Ieſ. 13, 22 ſed Pſ. 45, 9. *veſtiaria* (Graec. voce cognat. χηλοὶ) intellig CLERICVS. Cum Affixo הֵיכְלֵיכֶם *templa veſtra*, Ioël. 4, 5. plur foem. הֵיכָלוֹת Hoſ. 8, 14.

הֵיכַל m. Chald. id. Dan. 4, 26. in Statu Emphat. הֵיכְלָא Dan 5, 2. 3. 5. Eſr. 4, 14. c. 5, 14. 15. c. 6, 5. cum Affixis הֵיכְלִי *palatium meum*, Dan. 4, 1. הֵיכְלֵהּ *palatium ſuum*, Dan. 6, 19.

הֵימִן Chald. vid. in אמן.

הִין vid. ſub rad. הון.

הָכַר ex mente SCHVLTENSII in genere *obriguit*, *diriguit*, deinde ad *ſtuporem*, vel, vt alii volunt, ad *obfirmationem mentis* refertur. Fut. plur. תֶּהְכְּרוּ *ſtupetis*, al. *obfirmatis vos*, Hiob. 19, 3.

הַכָּרַת f. *ſtupor* vel *obfirmatio*, in regim. הַכָּרַת Ieſ. 3, 9. Non poteſt eſſe à נכר, cum He *Heemantico*, vti vulgo volunt: quia eiusmodi Nomina *Aucta* cum He *Heemantico* vſus ſunt recentioris, conf. *Arcan. Form. Hebr.* Sect. VII. §. 20.

הַל Particula *interrogandi, an? num?* vt Arab. هل: vnde הַל יְהוָה *num Domino* (retribuitis?) vt quidam codices habent Deut. 32, 6.

מְאֹד m. ex Syrismo pro מְדֹד; quod tamen reiiciunt NOLDIVS in *Concordant. Particul.* not. (1897.) et VRIEMOET in *Annot. ad Dicta Class.* T. I. p. 65. qui cum SCHVLTENSIO deriuat ab Arab. أد *curuari, inflecti, curuato corpore conniti:* vt מ sit *Heemant.* Proprie significat *extensionem, intensionem:* vnde בִּמְאֹד מְאֹד *cum intensione intensionis*, i. e. *intensissime*, Gen. 17, 2. 6. עַד מְאֹד *vsque ad intensionem, vsque adeo*, Ps. 119, 8. עַד לִמְאֹד *vsque ad intensionem*, i. e. *summopere*, 2 Chron. 16, 14. רֹב מְאֹד *multitudo intensionis* i. e. *intensa*, 2 Chron. 24, 24. c. 30, 13. Cum Affixis מְאֹדוֹ *intensione sua*, i. e. *intensione virium suarum*, 2 Reg. 23, 25. מְאֹדֶךָ (in pausa,) *intensione virium tuarum*, Deut. 6, 5. Sed frequentius in Aduerbium *intendendi* abit: *valde, vehementer*, vt Gen. 4, 5. Exod. 14, 10. Num. 14, 39. etc.

מַד m. 1.) *mensura*, vnde cum Affixo מִדָּה *mensura eius*, Hiob. 11, 9. pl. מִדִּים, cum Affixo מַדֶּיךָ *mensurae tuae*, Ier. 13, 25. 2.) *ve-*

ſtis, proprie *extenſa* et *prolixa*, cum Affixo מַדּוֹ *veſtis eius* vel *ſua*, Pſ. 109, 18. et cum (ֻ), מִדּוֹ Leuit. 6, 3. 2 Sam. 20, 8. Pl. מַדִּים *veſtes*, cum Affixo מַדָּיו *veſtes eius* vel *ſuae*, Iud. 3, 16. 1 Sam. 4, 12. c. 16, 39. etc. Huc HILLERVS in *Syntagm. Hermencut.* p. 270. refert מִדִּין, quod ſit pro מַדִּים *veſtes*, *ſtragulae*, Iud. 5, 10. vbi tamen conſuetam *menſurarum* ſiue *portionum* notionem retinendam eſſe, oſtendit Celeb. I. C. KALLIVS ad *Cantici Deborae Commata* X. et XI. §. 19. ſeq. per *ſedentes ad portiones admenſas* intelligens homines mediae fortunae, habentes, vnde viuant honeſte et commode.

מִדָּה f. ſemel maſc. Neh. 3, 30. 1.) *extenſio*: vnde *vir extenſionis*, i. e. *praelongus*, *procerus*, 1 Chron. 11, 23. c. 20, 6. ſic in plur. Num. 13, 32. 2.) *menſura*, *dimenſio*, Exod. 26, 2. 8. 1 Reg. 6, 25. Ieſ. 45, 14. etc. in regim. מִדַּת Pſ. 39, 5. Ezech. 40, 21. 22. pl. מִדּוֹת *menſurae*, 1 Reg. 7, 9. 11. Ezech. 40, 24. 28. 29. cum Affixo מִדּוֹתֶיהָ *menſurae eius*, Ezech. 48, 16. 3.) *veſtis*, vnde pl. cum Affixo מִדּוֹתָיו *veſtes eius*, Pſ. 133, 2. 4.) ſemel *tributum*, ex vſu Chald. Neh. 5, 4.

מִדָּה f. Chald. *tributum*, q. d. *demenſum* à quouis ſubdito ſoluendum, Eſr. 4, 20. in regim. מִדַּת Eſr. 6, 8. Pro eo, reſoluto Dageſch Forti in Nun, recurrit מִנְדָּה Eſr. 4, 13. c. 7, 24.

מֵמַד m. (Formae מֵסַב à סבב, מֵצַר à צרר, etc.) *menſura*, *dimenſio*, vnde pl. מְמַדִּים, cum Affixo מְמַדֶּיהָ *menſurae eius*, Hiob. 38, 5.

תָּמִיד m. (cum ת Heemantico ſenſus *reciproci* vel *Continuitatis*, et tanquam à מוד, ad Formam *Perfectam* תַּכְרִיךְ,) *perpetuitas*, q. d. *tempus ſe prolongans et extendens*. Hinc עֹלַת תָּמִיד *holocauſtum perpetuitatis*, i. e. *perpetuo offerendum*, Exod. 29, 42. Num. 18, 6. Eſr. 3, 5. etc. pro quo tamen recurrit עֹלָה תָמִיד Num. 28, 3. quod per *Appoſitionem* intelligendum: *holocauſtum ſacrificium iuge*. Sic אֲרֻחַת תָּמִיד *demenſum perpetuitatis*, 2 Reg. 25, 30. אַנְשֵׁי תָמִיד *viri perpetuitatis*, Ezech. 39, 14. Synecdochice ſumitur de *perpetuitate ſacrificiorum*, quotidie in Tabernaculo et Templo offerri ſolitorum, vt Exod. 29, 38. Num. 28, 3. 1 Chron. 16, 40. 2 Chron. 24, 14. etc. hinc per Metonymiam pro ipſo *ſacrificio iugi*, Dan. 8, 11. 12. 13. c. 11, 31. c. 12, 11. vid. *Arcan. Form.* p. 531. Sed frequentius *aduerbialiter* ſignificat: *perpetuo*, *iugiter*, vt Exod. 25, 30. Num. 9, 16. Deut. 11, 12. etc.

מָדָה radix Hebraeis inusit. Arab. מדי *extendit*, vt מדד. Inde sunt

מַדָו m. (mutata tertia radicali ה in ו,) *vestis*, pl. מַדְוִים, vnde cum Affixo מַדְוֵיהֶם *vestes eorum*, 2 Sam. 10, 4. 1 Chron. 19, 4.

מָדוֹן m. (cum terminatione *augmentatiua*,) *extensio magna*: vnde *vir* מָדוֹן *extensionis magnae*, i. e. *praelongus*, *procerus*, sec. Kri 2 Sam. 21, 20. coll. loco parallelo 1 Chron. 20, 6. sed Kethibh habet מדין, legendum vel מַדִּין, cum terminatione Chald. pl. pro מַדִּים *extensiones*, vel, vt vulgo volunt, מִדְיָן *contentio*, *disceptatio*, à דון, cum מ *seruili*: quo etiam illud מָדוֹן vulgo referunt.

מְדִינָה f. *prouincia*, *ditio*, vid. sub rad. דון.

מַדּוּעַ *quare?* vid. sub rad. ידע.

מָהַהּ (cum tertia radicali *mobili*,) in Kal inusit. Arab. *consistere fecit*, it. *blande adeoque lente incessit*. Inde Hithpah. geminatis radicalibus prioribus, הִתְמַהְמֵהַּ *cunctatus est*, q. d. *se ipsum consistere* vel *lente incedere fecit*. Praet. pl. הִתְמַהְמָהוּ *cunctati sunt*, Iud. 19, 8. Ies. 29, 9. הִתְמַהְמָהְנוּ *cunctati essemus*, Gen. 43, 10. part. מִתְמַהְמֵהַּ *cunctans*, 2 Sam. 15, 28. infin. הִתְמַהְמֵהַּ *cunctari*, Exod. 12, 39. cum Affixo הִתְמַהְמְהָם τὸ *cunctari eorum*, Iud. 4, 26. fut. יִתְמַהְמֵהַּ *cunctabitur*, Habac. 2, 3.

מָהָה (cum tertia radicali *quiesc.*) Hebraeis inusit. Arab. מהי *tenuis fuit*, it. *exilem reddidit*, Graec. μειόω. Inde deduci possunt

מָה, (per Syncopen pro מָהָה, sicut אָמָה, *ancilla*, dicitur pro אֲמָהָה, ני pro נְהִי etc.) et sequente Dagesch Forti *Dachik* atque linea Makkeph, מַה־, proprie *res tenuis et exilis*: hinc *aliquid*, (vt Arab. מָא,) Gen. 39, 8. Prou. 9, 13. c. 25, 8. Hiob. 13, 13. etc. quo etiam referri potest 1 Sam. 19, 3. it. *id quod*, *quodcunque*, *quicquid*, 1 Sam. 20, 4. 2 Sam. 18, 22. 23. c. 21, 4. Hiob. 13, 13. etc. vnde מַה־, sequente ש, *quicquid est quod*, Eccles. 1, 9. c. 3, 15. c. 6, 10. Sic Arab. voces *rei tenuis* et *exilis* etiam significant *aliquid*, *quicquam*: quales sunt بلة, هلة, عبكة, فوف etc. et Lat. *hilum*, vnde *nihilum*, q. d. *ne hilum quidem*. Sed saepissime מָה vel מַה־ fit *interrogatiuum*; sicut Graec. τὶς, τὶ, *aliquis*, *aliquid*, mutato solo accentu fiunt *interrogatiua*: *quis? quae? quid?* et Pers. كه *paruus*, *exilis*, etiam significat *quis? quinam?* Vario autem sensu מָה interrogat, etiam *indirecte*, notans *quid?* vt Gen. 4, 10. Exod. 2, 4. c. 3, 13. Iud. 1, 14. c. 9, 48. Zach. 1, 9. etc. *qualis*, vt Graec. τὶς, et Lat. *quis*, Num. 13, 18. 1 Sam. 28, 13. 1 Reg. 9, 13.

9,13. Hagg. 2,3. *quantum? quantulum?* vt Pſ. 39,5. Pſ. 89,48. et aduerbialiter, *quam, quantopere?* vt Gen. 28,16. Num. 24,5. 2 Sam. 6,20. Pſ. 39,5. Pſ. 119,97. *quare?* (ſicut Graec. τί, et Lat. *quid?*) vt Exod. 14,15. Iud. 8,1. 2 Reg. 6,33. Pſ. 42,12. *quomodo?* vt Gen. 44,16. Exod. 10,26. 2 Reg. 4,43. Prou. 20,24. Ante ה, ח et ע, maxime Kamezatas, rarius ante alias litteras, pro מַה dici ſolet מֶה, vt Exod. 32,1. Pſ. 39,5. 1 Sam. 20,1. 2 Reg. 1,7. Ier. 8,9. etc. Caeterum מַה־, מֶה et מָה ſaepe quoque cum aliis Particulis conſtruuntur, e. g. cum עַד: vt עַד מָה *quo vsque? quamdiu?* Pſ. 74, 9. Pſ. 79, 5. Pſ. 89, 47. et עַד מֶה Pſ. 4, 3. vel ſine interrogatione, *vsque quo, vsque dum*, Num. 24, 22. cum עַל: vt עַל מָה *propter quid? quare?* Num. 22, 32. Ier. 9, 11. Mal. 2, 14. vel עַל מֶה Deut. 29, 23. 1 Reg. 9. 8. Ier. 16, 10. Pſ. 10, 13. et ſine interrogatione, Hiob. 10, 2. Eſth. 4,5. etc. Immo etiam cum Praefixis componuntur: vt cum ב, (ſequente Dageſch Forti, ad inſinuandum interrogantis affectum,) בַּמֶּה et בַּמָּה *in quo? per quod? cum quo?* Exod. 22,26. Iud. 6,15. 1 Sam. 29, 4. Malach. 1,7. Mich. 6,6. *quomodo?* Iud. 16,5. Malach. 1,2. cum כ, כַּמָּה et כַּמֶּה *quot?* Gen. 47,8. Pſ. 119,84. Hiob. 13,23. 2 Chron. 18,15. *quantus, quanta*, Zach. 2,6. *quoties?* Pſ. 78,40. Hiob. 21,17. *quamdiu?* Pſ. 35,17. Hiob. 7,19. et omnium frequentiſſime cum ל Kamezato, לָמָּה *ad quid? quare?* Num. 11,11. c. 14, 3. Pſ. 10,2. Pſ. 42,10. Pſ. 43,2. Pſ. 88,15. et cum ſimili Dageſch *affectuoſo*, vtque (ָ) conſiſtere queat, tono retracto, לָ֫מָּה Gen. 4,6. Ieſ. 1,11. etc. ſemel ſic ſine Dageſch, ſec. plurimos codices, לָמָה Hiob. 7, 20. ſic לָ֫מָה 1 Sam. 1, 8. Denique מָה et מַה־ aliquoties cum ſeq. voce coaleſcunt, ה pereunte: vt מָהֶם pro מָה הֵם *quid illi?* Ezech. 8, 6. מַזֶּה pro מַה־זֶּה *quid hoc?* Exod. 4,2. מַלָּכֶם *quid vobis?* Ieſ. 3,15. לְמַדַּי *ſecundum id quod ſufficit*, 2 Chron. 30,3. לְמַבָּרִאשׁוֹנָה *propter id quod in principio, propterea quod in principio*, 1 Chron. 15,13. מַתְּלָאָה *quae vel quanta defatigatio!* Malach. 1,13.

מָה Chald. id. vt 1) *id quod, quidquid*, Dan. 2,22. c. 4,32. Eſr. 6,9. מָה דִּי *quicquid eſt quod*, Dan. 2,28.29.45. Eſr. 7,18. 2) *interrogatiue: quid?* vt לְמָה *propter quid? quare?* Eſr. 4,22. c. 7,23. עַל מָה id. Dan. 2,15. כְּמָה *quam? quantopere?* Dan. 3,33. Pro מָה ſemel occurrit מָא Eſr. 6,8.

מַח m. *aqua*, ſic dicta à *tenuitate*, oppoſite ad terram, vnde dual. מַיִם, ob *duplicem* aquam, Gen. 1, 6.7. Sic Celeb.

VRIEMOET ad *Dicta Claſſ.* T. I. p. 198. Vid. infra tamen ſub rad. מים.

מַ, Particula *Expletiua*, huc referri poteſt, vt ſit pro מָהִי, idemque ſignificet cum מָה; licet in ſenſu fere redundet, vt Graecorum τὶ ſaepiſſime παρέλκει, maxime in ὅ τι, μήτι, ἔτι, vt et Lat. *quid*, cuius rei exempla vid. apud HOR. TVRSELLINVM de *Particulis Lat.* c. 187. p. m. 1075. Additur autem Particula illa מַ tribus Praefixis בּ, כּ et לּ: exempla vid. ſupra in litteris illis.

מִי (pro מְהִי,) *is qui, quicunque, quisquis*, Exod. 24, 14. Iud. 7, 3. Ieſ. 54, 15. Ier. 49, 19. Prou. 9, 4. etc. quo etiam quidam referunt 2 Sam. 18, 12. מִי אֲשֶׁר *quisquis eſt qui*, Exod. 32, 33. 2 Sam. 20, 11. Eccleſ. 9, 4. Sed frequentius *interrogatiue* de *perſona* ſumitur: *quis? quinam? quaenam?* vt Gen. 24, 65. Iud. 1, 1. Eſth. 6, 4. Cant. 3, 6. c. 6, 10. c. 8, 5. Ruth. 3, 9. 16. etc. Huc pertinet מִי אִתִּי *quis mecum?* ſec. Kethibh Ieſ. 44, 24. ſed Kri habet מֵאִתִּי *ex me ipſo*. Sic vero interdum poſtponitur: vt בַּת מִי *cuius filia?* Gen. 24, 23. 47. ſic 1 Sam. 12, 3. c. 17, 55. 56. 58. Ier. 44, 28. etiam in interrogatione *indirecta*, vt Gen. 43, 22. 1 Sam. 14, 17. 1 Reg. 1, 20. Pſ. 39, 7. etc. Cum Praefixis occurrit בְּמִי *per quem?* 1 Reg. 20, 14. וּמִי *et quis?* Deut. 4, 8. Iud. 9, 28. 1 Sam. 25, 10. etc. pro quo recurrit וָמִי Exod. 10, 8. לְמִי *cuius, cui, propter quem*, Gen. 32, 18. Exod. 32, 24. 1 Sam. 9, 20. Ion. 1, 8. vnde בְּשֶׁלְּמִי *propter quem*, Ion. 1, 7. pro quo v. ſeq. recurrit בַּאֲשֶׁר לְמִי etc. Aliquando ſumitur *aduerbialiter* pro *quomodo?* Ieſ. 51, 19. Amoſ. 7, 2. 5. et ſubinde quoque de *re* interrogare videtur, (ſicut Aethiop. *mi*,) vt Iud. 13, 17. Mich. 1, 5.

מֵי m. *aqua*, à *tenuitate* ſic dicta, huc referri poteſt, vt ſit pro מָהִי, Aethiop. ማይ ; Chald. מוי et מוֹהָא, in pl. מוֹהִין, vnde Verbum Arab. מהי *aquâ imbuit*. In regim. ſit מֵי, (ſicut ex דַּי ſit דֵּי, ex דְּוַי ſit דְּוֵי etc.) quod ſaepiſſime *collectiue aquas plures* ſignificat, vt Num. 5, 18. 23. 24. c. 20, 13. c. 27, 14. Ioſ. 3, 13. c. 4, 7. 18. Ieſ. 8, 7. Ier. 48, 34. etc. Vid. tamen מַיִם ſub rad. מום.

מָהַל vulgo *miſcuit*, vnde part. Pahul מָהוּל *mixtus, mixtum*, Ieſ. 1, 22. Sed COCCEIVS in *Lex.* et ALB. SCHVLTENS in *Animaduerſ.* ad l. c. coll. שחט Gen. 40, 11. מָהוּל malunt exponere *circumciſum*, i. e. *aqua mixtum*, à מהל Talmud. id. quod Hebr. מול *circumcidere*, permutatis ו et ה, (conf. *Arcan. Form. Hebr.* p. 177.

p. 177. not. 9) quomodo etiam Arabes *vinum secare* dicunt pro *miscere*.

מָהַר *promptus*, *expeditus*, *festinus fuit*, *festinanter secutus est*, vnde praet. pl. in pausa מָהָרוּ *festinanter secuti sunt*, Ps. 16, 4. it. *dotauit*, proprie *dote emit:* quae significatio petita videtur à rad. cognat. מור *permutare*, Syr. *emere*, Arab. (media Ie,) *vendere: emtio* enim et *venditio* antiquitus *permutatione* rerum fiebat, vid. PLINIVS L. XXXIII. c. 1. et conf. FEITHIVS *Antiquit. Homer.* L. II. c. 10. §. 2. Conuenit quoque מְחִיר *pretium*, et Aethiop. מהר *desponsauit*. Infin. absol. מָהוֹר *dotando*, Exod. 22, 15. fut. cum Affixo et Nun Epenthet. יִמְהָרֶנָּה *dotet eam*, ibid. Niph. praet. foem. in pausa נִמְהָרָה q. d. *festinum factum est*, i. e. *praecipitatum*, *confusum est*, Hiob. 5, 13. part. נִמְהָר *se praecipitans*, *praeceps*, Habac. 1, 6. pl. נִמְהָרִים *se praecipitantes*, *praecipites*, Ies. 32, 4. in regim. נִמְהֲרֵי Ies. 35, 4. Pih. praet. מִהַר *valde festinauit*, 1 Sam. 4, 14. Ies. 51, 14. pers. 2 foem. מִהַרְתְּ *festinasses*, 1 Sam. 25, 34. part. מְמַהֵר *festinans*, Gen. 41, 32. Malach. 3, 5. foem. pl. מְמַהֲרוֹת *festinantes*, Prou. 6, 18. infin. מַהֵר *festinare*, Exod. 12, 33. Prou. 7, 23. imper. מַהֵר *festina*, Gen. 19, 22. 1 Sam. 9, 12. cum ה Paragog. מַהֲרָה 1 Sam. 23, 27. 1 Reg. 22, 9. foem. מַהֲרִי *festina*, vel transitiue, *fac vt festinanter adsit*, Gen. 18, 6. fut. יְמַהֵר *festinabit*, *festinet*, 2 Sam. 15, 14. Eccles. 5, 1. pl. foem. תְּמַהֵרְנָה *festinent*, Ier. 9, 17.

מֹהַר m. *dos*, qua vxor *emitur*, Gen. 34, 12. Exod. 22, 16. 1 Sam. 18, 28. Apud orientales enim sponsa accepta *dote* quasi *emebatur*, coll. Gen. 31, 15. 1 Sam. 18, 24. Hos. 3, 2. vnde מכר *vendidit*, Chald. et Syr. est *desponsauit:* qui ritus hodienum apud illos obtinet, conf. THEVENOT in *Itiner.* L. I. c. 41. PERIZONIVS ad AELIAN. L. IV. c. 1. et ARNOLDVS ad WAGENSEILII *Sota* p. 1200. speciatim de Turcis, TROILO in *Itiner. Orient.* p. m. 717. de incolis Malabariae, *Relat. Malabar.* Continuat. VII. p. 368. et Continuat. XXIX. p. 489. quem morem et olim secuti sunt Babylonii et Assyrii, conf. ALEXANDER *ab* ALEXAND. *Dier. Genial.* L. I. c. 24. Graeci, de quibus vid. FEITHIVS l. c. c. 11. (vnde γυνὴ κτητὴ apud HESIODVM, quam alii ἀργυρώνητον vocant,) et Germani, de quibus vid. TACITVS *de moribus German.* c. 18. et conf. CLEFFELII *Antiquit. German.* c. I. §. 6. atque GVNDLINGII Differt. de *emtione vxorum*. Plura vid. in *Arcan. Form. Hebr.* p. 292. et in *Onomast. V. T.* p. 625.

מָהִיר m. *festinus*, *promtus*, *expeditus*, Pſ. 45, 2. Prou. 22, 29. Eſr. 7, 6. in regim. מְהִיר Ieſ. 16, 5. Sed Pſ. 45, 2. et Eſr. 7, 6. à quibusdam exponitur *peritus*, *doctus*, coll. rad. Arab. מהר *peritus fuit*, Aethiop. in 4 Coniug. *peritum fecit*, *docuit*, et Matth. 13, 52.

מַהֵר m. (Formae dageſſandae,) *admodum festinus*, Zeph. 1, 14. Alibi *aduerbialiter* vſurpatur: *admodum festinanter*, *cito*, *ſubito*, vt Exod. 32, 8. Deut. 4, 26. Ioſ. 2, 5. Iud. 2, 17. 23. etc.

מְהֵרָה f. *festinatio*, *celeritas*, Pſ. 147, 15. בִּמְהֵרָה *cum festinatione* ſiue *celeritate*, i. e. *cito*, *celeriter*, Eccleſ. 4, 12. Sed alibi ſemper *aduerbialiter* adhibetur, per Ellipſin Praefixi ב, vt Num. 17, 11. Deut. 11, 17. Ioſ. 8, 19. Iud. 9, 54. etc.

מוֹ Particula *Expletiua*, vid. ſupra ſub rad. מָהָה.

מוּג *diſſoluere*, Ieſ. 64, 6. et *intranſitiue*, *diſſolui*, *diffluere*, *liqueſcere*, Ezech. 21, 15. Fut. 2 perſ. m. cum Affixo et Vau Conuers. וַתְּמוּגֵנוּ *et diſſoluiſti nos*, Ieſ. 64, 6. ſed perſ. 3 foem. תָּמוּג *diſſoluitur*, *liqueſcit*, Pſ. 46, 7. et cum Vau Conuers. וַתָּמוֹג *et diſſoluta*, *liquefacta eſt*, Amoſ. 9, 5. Niph. praet. נָמוֹג *liquefactus*, *diſſolutus eſt*, metaphor. *pauore correptus eſt*, (conf. מָסַס et מָסָה) 1 Sam. 14, 16. Ieſ. 15, 4. Neh. 2, 7. part. pl. נְמֹגִים *diſſoluti*, *diſſoluuntur*, *pauore corripiuntur*, Pſ. 75, 4. Pih. מוֹגֵג *liqueſcere fecit*, *diſſoluit*. Fut. cum Affixis תְּמֹגְגֵנִי *diſſoluis me*, Hiob. 30, 22. תְּמֹגְגֶנָּה *diſſoluis eam*, Pſ. 65, 11. Hithpah. praet. pl. in pauſa הִתְמֹגָגוּ *diſſoluerunt ſe*, Nah. 1, 5. fut. 3 perſ. foem. תִּתְמוֹגָג *diſſoluit ſe*, *liqueſcit*, Pſ. 107, 26. pl. תִּתְמוֹגַגְנָה *diſſoluent ſe*, *liqueſcent*, Amoſ. 9, 13.

מוּד radix inuſit. (alias מדד) vnde Formam accipit תָּמִיד, quod vid. ſupra ſub rad. מדד.

מוֹט 1) *mouere:* quo ſenſu *tranſitiuo* apud Arabes et Aethiopes occurrit, 2) intranſit. *mouere ſe*, *moueri*, *dimoueri*, *nutare*, *vacillare*, *declinare*. Praet. foem. מָטָה *dimota eſt*, *vacillauit*, Pſ. 60, 4. Pſ. 94, 18. part. praeſ. מָט *vacillans*, Prou. 25, 26. infin. מוֹט *dimoueri*, *nutare*, *vacillare*, Pſ. 38, 17. Pſ. 46, 3. fut. f. תָּמוּט *dimouebitur*, *vacillabit*, Deut. 32, 35. Ieſ. 54, 10. pl. תְּמוּטֶינָה *dimouebuntur*, Ieſ. 54, 10. Niph. praet. pl. נָמֹטוּ *dimoti fuerint*, Pſ. 17, 5. fut. אֶמּוֹט *dimouebor*, Pſ. 10, 7. Pſ. 13, 5. יִמּוֹט *dimouebitur*, Pſ. 21, 8. Prou. 10, 30. pl. יִמּוֹטוּ *dimouentur*, Pſ. 82, 5. it. *moueantur*, *declinentur*, *conuertantur*, ſec. Kri Pſ. 140, 11.

140, 11. Hiph. fut. pl. יָמִיטוּ *mouent*, *conuertunt*, vel *faciunt*, *vt commoueantur*, Pſ. 55, 4. et sec. Kethibh Pſ. 140, 11. Hithpah. praet. foem. הִתְמוֹטְטָה *dimouit* siue *commouit se*, Ieſ. 24, 19.

מוֹט m. 1) *motio*, *dimotio*, *vacillatio*, Pſ. 55, 23. Pſ. 66, 9. Pſ. 121, 3. 2) *vectis*, quo aliquid *loco mouetur*, Num. 4, 10. 12. c. 13, 24. 3) *iugum*, vnde cum Affixo מֹטֵהוּ *iugum eius*, Nah. 1, 12.

מוֹטָה f. 1) *vectis*, 2) *iugum*, quo mediante boues aratrum vel currum *mouent*, Ieſ. 58, 6. 9. Ier. 28, 10. 12. Pl. מֹטוֹת *vectes*, 1 Chron. 15, 15. it. *iuga*, Ier. 26, 2. c. 28, 13. Ezech. 30, 18. c. 34, 27. metonymice *lora iugi*, (quo ſenſu etiam Lat. *iugum* interdum ſumitur,) aliis *vectes iugi*, Leuit. 26, 13.

מוּךְ Lat. *macere*, i. e. *tenuem eſſe*, it. *tenuem fieri*, *attenuari*. Praet. cum Vau Conuers. וּמָךְ *et attenuabitur*, i. e. *depauperabitur*, Leuit. 25, 47. part. praeſ. מָךְ *tenuis*, *pauper*, Leuit. 27, 8. fut. יָמוּךְ *attenuabitur*, i. e. *depauperabitur*, Leuit. 25, 25. 30. 39.

מוּל *amputare*, *abſcindere*, *circumcidere*. Praet. מָל *circumcidit*, Ioſ. 5, 4. 7. perſ. 2 cum ה Paragog. et Vau Conuers. וּמַלְתָּה *et circumcides*, Exod. 12, 44. part. Pahul מוּל *circumciſus*, Ier. 9, 24. pl. מֻלִים *circumciſi*, Ioſ. 5, 5. imper. מֹל *circumcide*, Ioſ. 5, 2. fut. וַיָּמָל *et circumcidit*, Gen. 17, 23. c. 21, 4. Ioſ. 5, 3. Niph. infin. הִמּוֹל *circumcidi*, Gen. 34, 15. 17. 22. it. *circumcidendo*, Gen. 17, 13. ſcil. circumcidatur, quod Verbum *Finitum* ſubintelligitur ibid. v. 10. vbi tamen *perſonam tertiam Imperatiui* eſſe, contendit, pro huius *perſonae* exiſtentia pugnans, Cl. I. E. BOETTICHER in Diſſert. de *Verbis auro dignis* ad DANZII *Compend. Gram. Hebr:* §. 41. II. 3. Cum Affixo הִמֹּלוֹ τὸ *circumcidi eius*, Gen. 7, 24. c. 17, 25. Imp. pl. הִמֹּלוּ *circumcidimini*, *circumcidite vos*, Ier. 4, 4. Fut. יִמּוֹל *circumcidetur*, *circumcidatur*, Gen. 17, 12. 13. 14. Leuit. 12, 3. Pih. fut. יְמוֹלֵל *ſuccidit*, ſcil. aliquis, (*imperſonaliter*,) Pſ. 90, 6. Hiph. fut. אָמִיל, cum Affixo אֲמִילַם *exſcindam eos*, Pſ. 118, 10. 11. 12. vt vulgo legunt; alii autem rectius אֲמִילֵם, in pauſa pro אֲמִילַם. Hithpah. fut. pl. in pauſa יִתְמוֹלָלוּ expono: *ſe ipſos è regione opponerent*, ſcil. tanquam ſcopum, in quem Deus ſagittas ſuas dirigat, Pſ. 58, 8. (coll. ſeq. מוּל,) quod tamen etiam ad rad. מלל referri poteſt.

מוּל m. proprie *oppoſitio*, *oppoſitum*, *pars oppoſita*, petita ſignificatione à rad. מלל Arab. *oppoſuit*. Inde cum Particulis, אֶל־מוּל *ad* siue *verſus partem oppoſitam*, Exod. 26, 9. Leuit. 8, 9. Num.

Num. 8, 2. 3. Iof. 8, 33. etc. מִמּוּל *ex oppoſito*, *è regione*, Exod. 28, 27. Leuit. 5, 8. 2 Sam. 5, 22. etc. cum Affixo מִמֻּלִי *ex oppoſito ſiue è regione mei*, Num. 22, 5. Sed ſaepius per Ellipſin Praepoſitionis in Particulam abit, ſicque ſignificat *contra*, *è regione*, *coram*, vt Exod. 18, 19. Deut. 2, 19. c. 3, 29. Ioſ. 18, 18. 1 Sam. 14, 5. 30. etc.

מוֹל m. id. Deut. 1, 1.

מוֹאל m. id. cum א otioſo, ex Syriſmo pro מְאוֹל, et hoc pro מְלוֹל, vt מְאֹר pro מְוֹר, vnde לְמוֹאל *ad* ſiue *verſus partem oppoſitam*, Neh. 12, 38.

מוּלָה f. *circumciſio*. Pl. מוּלֹת *circumciſiones*, Exod. 4, 26.

מוּם radix inuſit. ſenſum *abluendi* et *eluendi* habuiſſe videtur. Inde ſunt

מוּם m. *macula*, quae *elui* et *ablui* ſolet; ſed ſemper metaphorice de *macula morali* ſiue *labe* et *vitio* vſurpatur, vt Leuit. 21, 17. 18. 21. 23. Deut. 15, 21. Cant. 4, 7. etc. Legitur bis cum א otioſo, מאום Hiob. 31, 7. Dan. 1, 4. ex Syriſmo pro מְאוּם, tanquam à rad. מאם; ſicut לוט dicitur et לאט, רום et ראם etc. Cum Affixo מומו *labem*, *vitium ſuum*, Prou. 9, 7.

מַיִם m. *aqua*, *ablutionis* et *emaculationis* Medium, cum ALTINGIO in *Gram. Hebr.* §. 77. ad *Singularia* refero: quia 1) cum Verbo *ſing.* conſtrui ſolet, vt Gen. 9, 15. Leuit. 11, 34. 48. Num. 19, 13. 20. c. 20, 2. c. 24, 7. c. 33, 14. 1 Reg. 3, 9. Pſ. 124, 5. etc. conf. DANZII Diſſert. de *ſinceritate Scripturae V. T. eluctante* p. 54. 2) *Dualitatis* ratio reddi nequit, ſi ad *Dualia* referatur: id quod nonnullos permouit ad ſtatuendum, מַיִם Numeri eſſe *plur.* contra quos vid. PFEIFFERI *Introduct. in Orient.* Diſſert. V. quaeſt. 20. Vulgo quidem volunt, *Dualem* reſpicere *duplicem* aquam, de qua Gen. 1, 7. ſed מַיִם de *aqua* ante illam ſeparationem v. 2. et de *quauis alia aqua* dicitur. 3) Formatur inde pl. מֵימִים *aquae*, in regim. מֵימֵי Exod. 4, 9. c. 7, 19. Ioſ. 4, 7. etc. cum Affixo מֵימֶיךָ *aquae tuae*, Exod. 23, 25. Num. 20, 19. etc. quod fieri non poſſet, ſi מַיִם eſſet Numeri *Dual.* 4) Si מַיִם eſſet à ſing. מַי, vti vulgo putant, in Duali dicendum erat מַיַּיִם, (ad Formam שָׁדַיִם,) vel, vt KIMCHIO placet, מַיִּים. Obſtare tamen videtur tum eius Forma conſtructa מֵי, vt Gen. 7, 7. Exod. 15, 19. Num. 5, 18. 23. 24. etc. tum eius conſtructio cum Adiectiuo et Verbo *plurali*, vt Gen. 1, 21. c. 26, 19. Exod. 15, 8. Leuit.

Leuit. 14, 5. 50. Num. 5, 17. Iud. 15, 19. Hiob. 14, 11. etc. Sed מֵי est vel ab absoluto מַי, de quo vid. sub rad. מָרָה, vel potius illa Regiminis formatio, vt et constructio cum Adiectiuo et Verbo *plur.* tribuenda est vsui vulgi, regulas Grammaticas non semper curantis, qui מַיִם, ob terminationis similitudinem, flexit instar Nominis *dual.* cui adeo scriptores sacri se accommodarunt. Haec cogitata mea qui cum Doctiss. VRIEMOET in *Annotat. ad Dicta Classica* T. I. p. 197. *lubrica* esse putat, eum, certiora vt proferat, rogatum volo.

מון radix Hebraeis inusit. Arab. مان (media Ie) *secuit*, *sulcauit*, *arauit*, hinc *finxit:* Verba enim *secandi* sensum quoque habent *arandi* et *formandi*, conf. supra rad. כרב. Inde sunt

מִין m. *forma*, *species*, qua res *efficta* est. Cum Affixo מִינֵהוּ *forma*, *species eius* vel *sua*, Gen. 1, 12. 21. 25. Leuit. 11, 16. 22. 29. pl. מִינִים, cum Affixo מִינֵהֶם *formae*, *species earum* vel *suae*, Gen. 1, 21. sine Iod *Multitudinis*.

תְּמוּנָה f. (cum ת significationis *reciprocae*,) *fictio* siue *formatio vnius ad alterum*, i. e. *imago*, Exod. 20, 4. Deut. 4, 12. 15. Hiob. 4, 16. in regim. תְּמוּנַת Deut. 4, 16. 23. 25. et תְּמֻנַת Num. 12, 8. cum Affixo in pausa תְּמוּנָתֶךָ *imago tua*, Ps. 17, 15.

מוץ eiusdem significationis cum מצץ *pressit*, *expressit*, *oppressit*, Arab. ماص *confricuit manu*. Inde sunt

מֹץ m. *gluma*, *folliculus frumenti*, *premendo defrictus* et *detritus*, Ps. 1, 4. Hiob. 21, 18. Ies. 17, 13. Hos. 13, 3. etc.

מִיץ m. *pressura*, Prou. 30, 33.

מֵץ m. id. vel, vt alii volunt, *pressor*, (vt sit Participium Formae מֵת, לֵן etc.) Ies. 16, 4.

מוק vulgo *tabescere*, vt מקק, vnde Hiph. fut. pl. יָמִיקוּ *tabescere faciunt*, *tabidos reddunt*, Ps. 73, 8. alii rectius, *subsannant*, *mimos*, *fatuos agunt*, coll. rad. Chald. et Syr. מוק in Pahel *derisit*, *subsannauit*, *mimum egit*, Arab. *vecors*, *fatuus fuit*.

מור *variari*, *mutari*, *permutari*, *commutari*, in Kal et Niph. inusit. נָמַר enim Ier. 48, 11. huc non pertinet, quod vid. in נמר. Hiph. הֵמִיר *variauit*, *mutauit*, *commutauit*, *permutauit*, Ier. 2, 11. pro quo ibid. recurrit הֵיְמִיר, sec. plurimos codices, cum Iod otioso, vel tanquam à rad. ימר. Infin. הָמֵר *permutando*, *commutando*, Leuit. 27, 10. 33. sed הָמִיר Ps. 46, 3. *intransitiue* sumitur, *mutare se*, vel, vt I. C. CLODIO in *Lex. Hebr. Select.* placet, ex significatione

tione radicis Arab. *vltro citroque se mouere.* Fut. אָמִיר *permutabo, commutabo,* Hos. 4, 7. יָמִיר *permutabit, permutet,* Leuit. 27, 10. Mich. 2, 4. et יָמֵר *mutabit, mutat,* Ps. 15, 4. Ezech. 48, 14. cum Affixo et Nun Epenthet. יְמִירֶנּוּ *permutabit, permutet illud,* Leuit. 27, 33.

מוֹר *myrrha*, vid. sub rad. מרר.

תְּמוּרָה (cum ת notionis *reciprocae* et *mutuitatis,*) f. *permutatio* siue *commutatio vnius cum altero, compensatio, retributio, ἀντάλλαγμα,* specialiter in *vendendo* et *emendo,* Ruth. 4, 7. Cum Affixo תְּמוּרָתוֹ *permutatio eius,* Leuit. 27, 10. 33. *retributio, compensatio eius,* Hiob. 15, 31. c. 20, 18.

מוּשׁ *remouere, amouere,* Zach. 3, 9. et intransitiue, *remouere se, remoueri, amoueri, recedere, discedere,* et petita significatione à משׁשׁ, *palpare, contrectare.* Praet. cum Vau Conuers. וּמָשׁ *et recedet, discedet,* Zach. 14, 4. וּמַשְׁתִּי *et remouebo,* Zach. 3, 9. Alii tamen, quia Verbum alibi semper *Intransitiuum* est, hic conferunt rad. Syr. מוש *palpare, perscrutari,* et Arab. ماش *reliquias uvarum quaesiuit in vite,* ac וּמַשְׁתִּי exponunt: *et perquiram.* SCHVLTENS denique vertit: *et delebo, abstergam,* coll. Arab. مثّ et مشّ *deleuit, abstersit.* Fut. אָמוּשׁ *palpabo, contrectabo,* cum Affixo אֲמֻשְּׁךָ *contrectabo te,* Gen. 27, 21. תָּמֹשׁ *recedas,* Iud. 7, 18. יָמוּשׁ *recedet, recedat,* Ios. 1, 8. Ies. 54, 10. foem. תָּמוּשׁ id. Ies. 22, 25. et sec. Kri Prou. 17, 13. pl. יָמוּשׁוּ *recedent,* Ies. 54, 10. c. 59, 21. et יָמֻשׁוּ Ier. 31, 36. Hiph. הֵמִישׁ *recedere fecit, remouit, amouit,* et intransitiue, *recessit,* et petita significatione à משׁשׁ, *palpare fecit* siue *siuit,* it. *palpauit, contrectauit.* Imper. הָמִישׁ, cum Affixo הֲמִישֵׁנִי *fac* vel *sine me palpare,* sec. Kri Iud. 16, 24. sed Kethibh habet הימשני, quod vel ex mente HILLERI lectionem per Chirek defectiuum insinuat, in cuius signum Iod à Masorethis traiectum est, vt alibi; הֲמִשֵׁנִי, vel legendum est הֲיִמְשֵׁנִי aut הֵיִמְשֵׁנִי, quasi à rad. ימשׁ. Fut. אָמִישׁ *recedere facio, remoueo,* al. intransit. *recedo,* Hiob. 23, 12. יָמִישׁ *remouet, amouet,* Mich. 2, 4. et intransitiue, *recedet, recedit, recedebat,* Exod. 13, 22. c. 33, 11. Ps. 55, 12. Ies. 46, 7. Ier. 17, 18. Nah. 3, 1. sed יָמֵשׁ Exod. 10, 21. pertinet ad משׁשׁ. Foem. תָּמִישׁ *recedet,* sec. Kethibh Prou. 17, 13. vbi Kri habet תָּמוּשׁ ex Kal. Pl. תָּמִישׁוּ *remouebitis, amouebitis,* Mich. 2, 3. sed יְמִישׁוּן (cum Nun Parag.) *palpant,* Ps. 115, 7.

מוּת *mori.* Praet. מֵת *mortuus est,* Gen. 42, 38. Exod. 9, 6. 7.

cum

cum Vau Conuers. וָמֵת *et morietur*, Gen. 44, 9. 22. 31. Exod. 21, 12. foem. מֵתָה *mortua est*, Gen. 48, 7. Exod. 7, 21. cum Vau Conuers. וָמֵתָה *et morietur*, Deut. 22, 21. perf. 2 cum ה Paragog. וָמַתָּה (pro מַתְתָּה,) *et morieris*, Ezech. 28, 8. perf. 1 cum simili Vau, וָמַתִּי (pro מַתְתִּי) *et moriar*, Gen. 19, 19. pl. מֵתוּ *mortui sunt*, Gen. 7, 22. Exod. 4, 19. cum Vau Conuers. וּמֵתוּ *et morientur*, Leuit. 22, 9. Deut. 22, 22. Ier. 16, 6. sed cum Accentu Distinctiuo maiore, וָמֵתוּ Gen. 33, 13. Exod. 9, 19. Num. 4, 15. 20. Deut. 17, 5. etc. Part. praes. מֵת *moriens*, Gen. 20, 3. c. 48, 21. Deut. 4, 22. etc. pl. מֵתִים *morientes*, Exod. 12, 33. 2 Sam. 19, 7. foem. מֵתָה *moriens*, Gen. 36, 1. Zach. 11, 9. Aliud est Adiectiuum Verbale, quod vid. infra. Infin. absol. מוֹת *moriendo*, Gen. 2, 17. Exod. 19, 12. infin. constr. מוּת *mori*, Gen. 25, 32. Exod. 14, 11. Imper. cum Vau Copulat. וּמֻת *et morere*, Deut. 32, 50. sed cum Accentu pausante, וָמֻת Hiob. 2, 9. Fut. אָמוּת *moriar*, Gen. 26, 9. Deut. 18, 16. et אָמֻת 2 Sam. 19, 38. יָמוּת *morietur, moriatur*, Gen. 38, 11. Exod. 9, 4. et יָמֹת Deut. 33, 6. Iud. 6, 30. 1 Reg. 21, 10. pl. יָמוּתוּ *morientur, moriantur*, Num. 26, 65. 1 Sam. 2, 33. et יָמֻתוּ Exod. 30, 20. 21. Leuit. 15, 31. cum Nun Paragog. יְמוּתוּן Ies. 51, 6. et יְמֻתוּן Num. 16, 29. foem. תְּמוּתֶנָה, pro תְּמוּתֶינָה, id. Ezech. 13, 19. Pih. מוֹתֵת *mori fecit, interfecit*. Praet. cum Affixo מוֹתְתַנִי *interfecit me*, Ier. 20, 17. perf. 1. מֹתַתִּי (pro מוֹתַתִּי) *interfeci*, 2 Sam. 1, 16. part. מְמוֹתֵת *interficiens*, 1 Sam. 14, 13. inf. מוֹתֵת *interficere*, Ps. 109, 16. imp. מוֹתֵת, cum Affixo מוֹתְתֵנִי *interfice me*, Iud. 9, 54. 2 Sam. 1, 9. fut. אֲמוֹתֵת *interficiam*, cum Affixo אֲמֹתְתֵהוּ *interficiebam eum*, 2 Sam. 1, 10. תְּמוֹתֵת *interficiet*, Ps. 34, 22. Hiph. praet. הֵמִית *mori fecit, occidit*, Iud. 16, 30. 2 Sam. 3, 30. cum Affixo et Vau Conuers. in pausa וְהֱמִיתָנִי *et occidet, occidat me*, 2 Sam. 14, 32. foem. הֵמִיתָה, cum Affixo הֱמִיתַתְהוּ *occidit* siue *occiderit eum*, 2 Chron. 22, 11. perf. 2 cum ה Paragog. et Vau Conuers. וְהֵמַתָּה (pro הֵמַתְתָּה) *et occides*, Num. 14, 15. 1 Sam. 15, 3. perf. 1. וְהֵמַתִּי (pro הֵמַתְתִּי) *et occidam*, Ies. 15, 3. Hos. 9, 16. sed cum Affixo הֲמִתִּיו (cum Iod otioso et pro הֲמִתְּתִּיו, hoc autem pro הֲמִתְתִּיו,) *occidi eum*, 1 Sam. 17, 35. sic cum Vau Conuers. וַהֲמִתִּיהָ *et occidam eam*, Hos. 2, 3. pl. הֵמִיתוּ *occiderunt*, 1 Sam. 30, 2. 2 Reg. 11, 20. cum Affixo הֱמִתֻהוּ *occiderunt eum*, Ier. 26, 19. הֲמִתֶּם (pro הֲמִתְתֶּם) *occidistis*, Num. 17, 6. part. מֵמִית *occidens*, 2 Sam. 2, 6. pl. מְמִיתִים *occidentes*, 2 Reg. 17, 26. Hiob. 33, 22. Ier. 26, 15. infin. הָמִית *occidere*, Leuit. 20, 4. sed הָמֵת *occidendo*, Iud. 15, 13. Ier. 38, 5. imper. הָמִית, cum

cum Affixo הֲמִיתֵנִי *occide me*, 1 Sam. 20, 8. pl. הָמִיתוּ *occidite*, 1 Sam. 22, 17. fut. אָמִית *occidam*, Deut. 32, 39. יָמִית *occidet*, Num. 35, 19. 21. 1 Sam. 5, 11. sed וַיָּמֶת *et occidit*, Gen. 38, 10. Pſ. 105, 29. etc. Hoph. praet. הוּמַת *occiſus eſt*, 2 Reg. 11, 2. pl. הוּמְתוּ *occiſi ſunt*, 2 Sam. 21, 9. part. מוּמָת *occiſus*, 1 Sam. 19, 11. pl. מֻמָתִים *occiſi*; *qui occidebantur*, 2 Chron. 22, 11. et ſec. Kri 2 Reg. 11, 2. fut. יוּמַת *occidetur*, *occidatur*, Gen. 26, 11. Exod. 19, 12. ſic ſec. Kethibh Prou. 19. 16. vbi Kri habet יָמוּת *morietur*, ex Kal,) et vice verſa 2 Reg. 14, 6. pl. יוּמְתוּ *occidentur*, *occidantur*, Leuit. 19, 20. Deut. 24, 14. in pauſa יוּמָתוּ Leuit. 20, 13. 16. 27. Deut. 24, 16.

מוֹת m. *mors*, Pſ. 9, 1. Pſ. 48, 15. Quidam tamen l. c. pro עַל־מוּת rectius legunt עַלְמוּת, vna voce, quod vid. ſub rad. עלם.

מָוֶת m. id. Deut. 19, 6. 1 Sam. 5, 11. 2 Sam. 12, 5. etc. aliquoties ſpecialiter de *peſte* dicitur, vt Ier. 18, 21. אַל־מָוֶת *immortalitas*, Prou. 12, 28. Cum ה Paragog. *Intenſiuo* מָוְתָה *mors violenta*, ALTINGIO *mors acerbiſſima*, Pſ. 116, 15. in regim. מוֹת Num. 23, 10. Eccleſ. 3, 19. Ezech. 18, 23. cum Affixo מוֹתוֹ *mors eius* vel *ſua*, Gen. 27, 10. Prou. 11, 19. pl. מוֹתִים *mortes*, in regim. מוֹתֵי Ezech. 28, 10. cum Affixo מוֹתָיו *mortes eius* vel *ſuae*, Ieſ. 53, 9.

מוֹת m. Chald. id. Eſr. 7, 26.

מֵת m. (Adiectiuum Verbale, diſtinguendum à Participio praeſ. מֵת *moriens*,) *mortuus*, ein todter, Exod. 12, 30. Leuit. 21, 11. Num. 6, 6. 1 Sam. 24, 14. 2 Reg. 23, 30. etc. Cum Affixo מֵתִי *mortuus meus*, *mortuum meum*, Gen. 23, 4. 8. 13. pl. מֵתִים *mortui*, *mortua*, 2 Reg. 19, 35. Pſ. 106, 28. Ieſ. 26, 14. etc. in regim. מֵתֵי Ieſ. 22, 2. Pſ. 143, 3. cum Affixo מֵתֶיךָ *mortui tui*, Ieſ. 26, 19. Sed מְתִים pl. *homines*, vid. ſub rad. מתה.

מְמוֹת m. *mors dolorifica et grauis*, vel *occiſio*. Pl. מְמוֹתִים *mortes dolorificae et graues*, vel *occiſiones*, per Metonymiam *dolorifice mortui*, *occiſi*, ſec. Kethibh 2 Reg. 11, 2. ſed Kri habet מֻמָתִים in part. Hoph. In regim. מְמוֹתֵי Ier. 16, 4. Ezech. 28, 8.

תְּמוּתָה f. (cum ת notionis *reciprocae*,) *traditio ſui ad mortem*: vnde filii תְמוּתָה i. e. *qui ſe ipſos* pro vera religione *ad mortem tradiderunt*, Pſ. 79, 11. Pſ. 102, 21.

מֶזֶג m. *mixtura potus*: *potus mixtus*, Cant. 7, 3. à rad. Chald. מזג *miſcuit*, Arab. ſpecialiter *miſcuit* ſiue *temperauit vinum*.

מָזֶה m. *exſuctus*, *exhauſtus*, *conſumtus*. COCCEIVS confert rad.

rad. מצה *exsuxit*, SCHVLTENS Arab. מזו, alias מצץ, id. Plur. מָזִים *exsucti, exhausti*, in regim. מְזֵי Deut. 32, 24.

מָזַח radix inusit. sensum *colligandi* et *constringendi* habuisse videtur, coll. Arab. transpos. חזם *colligauit, constrinxit cingulo*, et Syr. חזימא *accinctus*. Inde est

מְזִיחַ m. (Arab. حزام) *cingulum*, quo corpus *constringitur*, Hiob. 12, 21.

מֵזַח m. id. Ies. 23, 10. Ps. 109, 19.

מָזַר radici inusit. notionem *dedecorandi* tribuimus, coll. Arab. مذار *obtrectatrix*, مسر et transpos. مزر *obtrectauit, dedecorauit*, مرن (mutato Hebr. ז in ن,) *proscidit famam alterius*, etc. Inde est

מַמְזֵר m. *spurius*, q. d. *dedecus familiae*, Deut. 23, 3. Zach. 9, 6.

מְזָרִים pl. vid. sub rad. זור.

מִזְרוֹת pl. vid. sub rad. נזר.

מָחָא *percussit, complosit manu*, sequente יַד vel בְּכַף, it. *attigit, pertigit*, anstossen, vt נגע, et Lat. *ferio: aethera ferit clamor*, i. e. *ad aethera pertingit*, dixit VIRGILIVS, *ferire aures et oculos*, dicitur pro *pertingere* siue *peruenire ad aures et oculos*, etc. Praet. cum Vau Conuers. וּמָחָה (cum ה pro א, petita Forma à seq. Verbo,) *et attinget, pertinget*, Num. 34, 11. fut. pl. יִמְחֲאוּ *complodent*, Ps. 98, 8. Ies. 55, 12. Pih. infin. מַחָא *complodere*, vnde cum Affixo מַחֲאֲךָ τὸ *complodere tuum*, Ezech. 25, 6.

מְחָא et מְחָה Chald. id. Praet. foem. מְחָת *percussit*, Dan. 2, 34. 35. Pahel praet. מַחֵא *percussit*, (cum terminatione ad Formam Verbi *Perfecti*, pro מַחֵי,) sec. quosdam, Dan. 5, 19. quod tamen aliis est pro מַחְיֵא *viuere sinens*; alii denique legunt מָחֵא *percutiens*, in part. Pehal, vid. rad. חיא vel חיה. Fut. יְמַחֵא *percutiat*, Dan. 4, 32. vbi *percutere manum* vel *ad manum*, idem est quod *repellere manum*, vt Arab. ضرب sumi solet; secus ac Hebr. מחא יד, conf. SCHVLTENS in *Animaduers.* ad l. c. Aliud est מחא *deleuit*, quod vid. sub seq. radice Hebr. מחה.

מְחִי m. *percussio*, Formam habet tanquam à מחה: vnde מְחִי קָבָלוֹ *percussio oppositionis suae* siue *rei sibi oppositae et obuiae*, i. e. *aries bellicus*, quo muri *percutiebantur*, Ezech. 26, 9.

מָחָה *absterſit, deleuit*, metaphorice *perdidit, destruxit*. Praet. cum Vau Conuers. וּמָחָה *et absterget*, Num. 5, 23. Ies. 25, 5. *et delebit*,

lebit, Deut. 29, 20. מָחִיתָ *deleuisti*, Ps. 9, 6. part. praes. מֹחֶה *abstergens, delens*, Ies. 43, 25. infin. absol. מָחֹה *delendo*, Exod. 17, 14. infin. constr. מְחוֹת *delere*, 2 Reg. 14, 27. imp. מְחֵה *dele, absterge*, Ps. 51, 3. 11. cum Affixo מְחֵנִי *dele me*, Exod. 32, 32. fut. אֶמְחֶה *delebo*, Gen. 6, 7. Exod. 17, 14. יִמְחֶה *abstergit*, scil. aliquis, (*impersonaliter*,) 2 Reg. 21, 13. Niph. praet. pl. cum Vau Conuers. וְנִמְחוּ *et delebuntur*, Ezech. 6, 6. fut. יִמָּחֶה *delebitur*, Deut. 25, 6. Iud. 21, 17. et per Apocopen יִמַּח *deleatur*, (cum Patach pro Kamez,) Ps. 109, 13. et sic quoque sec. plurimos codices Gen. 7, 23. vbi nonnulli habent וַיִּמַּח *et deleuit*, scil. Deus vel aqua, ex fut. Kal יִמְחֶה. Foem. תִּמָּחֶה *deleatur*, Prou. 6, 33. Neh. 3, 37. per Apocopen תִּמַּח Ps. 109, 14. pl. יִמָּחוּ *delebuntur*, Ps. 69, 29. Hiph. infin. הַמְחוֹת, vnde cum ל, excluso ה, לַמְחוֹת *ad delendum*, Prou. 31, 3. fut. 2 pers. per Apocopen תֶּמַח (ex תַּמְחֶה) *deleas*, Neh. 13, 14. vnde cum Iod Paragog. תֶּמְחִי Ier. 18, 23.

מְחָא Chald. id. vnde fut. Ithpeh. יִתְמְחֵא *deleatur*, Esr. 6, 11.

מָחַח radix Hebraeis inusit. Arab. (per *Cha*) *obesus, pinguis fuit*. Inde sunt

מֵחַ m. *pinguis*, vel substantiue, *animal pingue*, vt *aries siue ouis*: nam radix Arab. specialiter de *oue obesa* dicitur, vnde machichaton *pinguis ouis*. Plur. מֵחִים *animalia pinguia, oues pingues*, Ies. 5, 17. Ps. 66, 15. in quo loco posteriore quidam codices male habent מֵיחִים.

מֹחַ m. *medulla*, à *pinguedine*, Hiob. 21, 24.

מְמֻחָיִם pl. m. Ies. 25, 6. Formam habet Participii Pyhal, tanquam à מחה, mutata tertia radicali ה in Iod, et vulgo per *medullata* exponitur. Aliam coniecturam dedi in *Arcano Form. Hebr.* p. 656.

מַחְסָם vid. sub rad. חסם.

מָחַץ *percussit, percutiendo fregit*, Arab. *contudit, concussit, conquassauit, iactauit pedem suum*, proprie *incussit pedem suum*, seinen Fuß hinein stossen. Praet. cum Vau Conuers. וּמָחַץ *et contundet, conquassabit*, Num. 24, 17. מָחַצְתָּ *contudisti, fregisti*, Habac. 3, 12. imp. מְחַץ *contunde, frange*, Deut. 33, 11. fut. אֶמְחַץ, cum Affixo אֶמְחָצֵם *contundam, percutiam eos*, Ps. 18, 39. תִּמְחַץ *iactes, incutias* (pedem tuum), Ps. 68, 24. (de cuius loci difficillimi sensu vid. ad מֵן sub rad. מנן,) יִמְחַץ *franget, frangit*, Num. 24, 8. Ps. 68, 22. Hiob. 5, 18.

מַחַץ m. *contuſio, fractio, fractura*, Ieſ. 30, 26.

מָחַק id. fere quod praeced. Praet. foem. מָחֲקָה *percuſſit, conquaſſauit, pertudit*, Iud. 5, 26.

מָחַר radix inuſit. ſenſum *ſecandi* habuiſſe colligitur ex Arab. مخر *ſulcauit mare, diffidit aquam*. Sicut enim Verba *ſecandi* et *findendi* ad *nauigationem* referuntur, qua de re conf. *Arcan. Form.* p. 427. ita quoque ſenſum habent *decidendi, definiendi* et *determinandi*, vid. ibid. p. 37. 66. 70. 119. vnde Syr. machóro *menſor, geometra, arithmeticus*, q. d. *quantitatum definitor* et *determinator*, et machorútho *dimenſio, quantitatis determinatio*. Hinc ſunt

מְחִיר m. *pretium* rei *definitum* et *conſtitutum*, Deut. 23, 19. 1 Reg. 21, 2. Ieſ. 45, 13. etc. cum Affixo מְחִירָהּ *pretium eius*, Hiob. 28, 15. pl. מְחִירִים *pretia*, cum Affixo מְחִירֵיהֶם *pretia eorum*, Pſ. 44, 13.

מָחָר m. *cras, dies craſtinus*, de reliquo tempore futuro *praeciſe definitus* et *determinatus*, Gen. 30, 33. Exod. 8, 25. Num. 14, 25. Deut. 6, 20. etc. כָּעֵת מָחָר הַשְּׁלִישִׁית *hoc tempore, (iam,) cras, perendie*, (Aſyndeton,) 1 Sam. 20, 12.

מָחֳרָת f. id. Gen. 19, 34. Exod. 9, 6. Num. 11, 32. etc. in regim. מָחֳרַת Leuit. 23, 11. 15. 16. Num. 33, 3.

מָחֳרָתָם m. Nomen *Auctum* à fine per ם notionis *collectiuae*, denotat *totum diem craſtinum*, 1 Sam. 30, 17. Significatio enim Suffixi plane non conuenit. Simile ם habes in יוֹמָם.

מְטָא Chald. *pertigit, peruenit, aduenit*, (ab Hebr. מצא,) Dan. 4, 25. et cum ה, מְטָה Dan. 7, 13. 22. Praet. foem. מְטָת *peruenit*, Dan. 4, 21. pro quo recurrit מְטַת (cum Patach) ib. v. 19. pl. מְטוֹ *peruenerunt*, Dan. 6, 25. fut. יִמְטֵא *pertingebat*, Dan. 4, 8. 17.

מַטֶּה, מַטָּה et מִטָּה vid. ſub rad. נטה.

מְטִיל m. *vectis ferreus, in longum cuſus et extenſus*, à rad. Arab. מטל *cudit, cudendo in longum extendit*. Alii referunt ad מוט *mouere*, vt מ ſit *ſeruile*, et מְטִיל *inſtrumentum, quo loco mouetur*, vt ſynonymum מוֹט. In regim. מְטִיל Hiob. 40, 13.

מָטַר *pluit*, in Kal inuſit. Niph. fut. תִּמָּטֵר *compluebatur*, Amoſ. 4, 7. Hiph. praet. הִמְטִיר *pluere fecit, pluuiam demiſit*, Gen. 2, 5. c. 19, 24. הִמְטַרְתִּי *pluere feci, pluuiam demiſi*, Amoſ. 4, 7. part. מַמְטִיר *pluuiam demittens*, Gen. 7, 4. Exod. 9, 18. c. 16, 4. infin. הַמְטִיר *pluuiam demittere*, Ieſ. 5, 6. Hiob. 38, 26. fut. אַמְטִיר *pluere*

re faciam, Ezech. 38, 22. *pluere faciebam*, Amos. 4, 7. יַמְטֵר *pluere faciet*, Ps. 11, 6. Hiob. 20, 23.

מָטָר m. (Nomen *Effectus*,) *pluuia*, Exod. 9, 33. 34. Deut. 11, 17. Ies. 4, 6. etc. in regim. מְטַר Deut. 11, 11. 14. Ies. 30, 23. pl. מְטָרוֹת *pluuiae*, in regim. מִטְרוֹת Hiob. 37, 6.

מִי *quis?* vid. supra sub rad. מָהָה.

מִיכַל *riuus*, vid. sub rad. יָכוֹל.

מַיִם *aqua*, vid. supra sub rad. מהה et מום.

מִין *species*, vid. sub rad. מון.

מִיץ *pressura*, vid. sub rad. מוץ.

מָכַךְ id. quod מוּךְ, *attenuatus est*, Arab. *diminuit*. Fut. pl. cum Vau Conuers. וַיָּמֹכּוּ *et attenuati sunt*, Ps. 106, 43. Niph. fut. יִמַּךְ *attenuatur*, Eccles. 10, 18. Hoph. praet. pl. cum Vau Conuers. וְהֻמְּכוּ *et attenuabuntur* vel *attenuantur*, Hiob. 24, 24. per Chaldaismum media radicali in prima per Dagesch Forte compensata, pro הוּמְכוּ; vel potius radix eius est מכך, apud Chaldaeos superstes, significans *depressus, humilis fuit:* vnde וְהֻמְּכוּ pro וְהֻנְמְכוּ *et deprimentur* siue *deprimuntur*, quomodo et Vulgatus intellexit.

מַכֹּלֶת *cibus*, vid. sub rad. אכל.

מֶכֶס vid. sub rad. כסס.

מָכַר in genere *tradidit*, in specie *vendendo: vendidit*. Praet. cum Affixo מְכָרָם *tradidit, vendidit eos*, Deut. 32, 30. foem. מָכְרָה *vendidit*, Ruth. 4, 3. וּמָכַרְתִּי *et tradam*, Ezech. 30, 12. part. praes. מֹכֵר *vendens*, Leuit. 25, 16. Ezech. 7, 12. 13. pl. מֹכְרִים *vendentes*, Neh. 13, 16. in regim. מֹכְרֵי Neh. 13, 20. cum Affixo מֹכְרֵיהֶן *vendentes illas*, Zach. 11, 5. infin. absol. מָכֹר *vendendo*, Deut. 14, 21. c. 21, 14. inf. constr. מְכוֹר *vendere*, Neh. 10, 32. cum Affixo מִכְרָהּ *vendere eam*, Exod. 21, 8. sed τὸ מִכְרָם *vendere eorum*, Neh. 13, 15. Amos. 2, 6. imperat. cum ה Paragog. מִכְרָה *vende*, Gen. 28, 31. f. מִכְרִי 2 Reg. 4, 7. fut. תִּמְכֹּר *vendes, vendas, vendis*, Ps. 44, 13. Prou. 23, 23. יִמְכֹּר *tradet*, Iud. 4, 9. *vendet*, Exod. 21, 7. Leuit. 25, 29. etc. Niph. praet. נִמְכַּר *venditus est*, Leuit. 25, 48. Ps. 108, 17. pl. נִמְכְּרוּ *venditi sunt*, Neh. 5, 8. part. pl. נִמְכָּרִים *venditi*, Neh. 5, 7. inf. cum Affixo τὸ הִמָּכְרוֹ *vendi eius*, Leuit. 25, 50. fut. יִמָּכֵר *vendetur*, Leuit. 25, 34. Deut. 15, 12. etc. Hithpah. praet. הִתְמַכֵּר *tradidit, vendidit se*, 1 Reg. 21, 25. infin. cum Affixo יַעַן הִתְמַכֶּרְךָ *propterea quod tradis* vel *tradidisti te*, 1 Reg. 21, 20. fut. plur. cum Vau Conuers. וַיִּתְמַכְּרוּ *et tradiderunt se*, 2 Reg. 17, 17.

מֶכֶר m. 1.) *res venalis* siue *quae venditur*, Neh. 13, 16. 2.) *pretium*, quo *venditur*, cum Affixo מִכְרָם *pretium eorum*, Num. 20, 19.

מְכוּרָה, מְכֹרָה et **מְכֵרָה**, quae à quibusdam huc referuntur, vid. sub rad. כור.

מִמְכָּר m. *venditio*, metonymice *res, quae venditur* vel *vendita est*, Leuit. 25, 14. Neh. 13, 20. Ezech. 7, 13. in regim. מִמְכַּר Leuit. 25, 25. 33. cum Affixo מִמְכָּרוֹ *venditio eius*, Leuit. 25, 27. 28. 29. 50. pl. מִמְכָּרִים, cum Affixo מִמְכָּרָיו *res eius, quae venduntur*, vel sec. alios, *pretia rerum venditarum eius*, Deut. 18, 8.

מִמְכֶּרֶת f. *venditio*, Leuit. 25, 42.

מָלֵא et **מָלָא** *impleuit, compleuit, repleuit, expleuit*, Exod. 40, 34. 35. 1 Reg. 8, 10. 11. 2 Chron. 7, 1. Ezech. 10, 3. etc. et intransitiue, *impleuit se, impletus, repletus est*. Aliquando Formam suam mutuatur tanquam à מָלָה. Praet. cum Affixo מְלָאוֹ *impleuit eum*, Esth. 7, 5. מָלֵאתִי *repletus sum*, Ier. 6, 11. Mich. 3, 5. et exspirante א, מָלֵתִי Hiob. 32, 18. pl. מָלְאוּ *impleti, completi sunt*, Gen. 29, 21. 1 Sam. 18, 26. et מָלוּ Ezech. 28, 16. in pausa מָלֵאוּ Ies. 1, 15. infin. constr. cum א vel ו otioso, (Forma ex מלא et מלה mixta,) מְלֹאת *impleri*, Leuit. 8, 33. Num. 6, 5. 13. Ier. 29, 10. מְלֹאות Ier. 25, 12. Hiob. 20, 22. et sec. Kri Esth. 1, 5. מְלֹאת Leuit. 6, 12. 2 Reg. 4, 6. Ezech. 5, 2. מְלוֹאת sec. Kethibh Esth. 1, 5. sed Kri habet מְלֹאות cum ו otioso. Imper. pl. מִלְאוּ *implete*, Gen. 1, 22. 28. Exod. 32, 29. fut. תִּמְלָא *explebitur*, cum Affixo תִּמְלָאֵמוֹ *explebitur illis*, Exod. 15, 9. pl. יִמְלְאוּ *complebuntur, complebantur*, Gen. 50, 3. 2 Sam. 7, 12. Esth. 2, 12. Niph. praet. נִמְלָא *repletum est*, Cant. 5, 2. fut. cum ה Paragog. אִמָּלְאָה *replebor*, Ezech. 26, 2. תִּמָּלֵאִי (in pausa,) *repleberis*, Ezech. 23, 33. etc. Pih. מִלֵּא, semel מִלָּא Ier. 51, 34. *compleuit, impleuit, repleuit, expleuit*, Exod. 25, 25. 1 Reg. 18, 25. Ps. 107, 9. metaphorice dicitur 1.) de *promissorum* et *comminationum exhibitione*, vt 1 Reg. 8, 15. 2 Chron. 6, 4. 2.) de *inauguratione* et *consecratione ad sacerdotium*, sequente nomine יָד, vt Leuit. 21, 10. Num. 3, 3. quia *inaugurandorum* manus certis sacrificiorum partibus *implebantur*, Exod. 29, 24. 3.) de *continuatione ad finem vsque*: vnde קִרְאוּ מַלְאוּ *clamate complete*, i. e. *continuo clamate*, Ier. 4, 5. conf. c. 12, 6. Huc pertinet phrasis *implere post aliquem*, i. e. *continuo et ad exitum vsque sequi aliquem*, Deut. 1, 36. Ios. 14, 14. 1 Reg. 11, 6. etc. 4.) de *insitione gemmarum*, quibus palae sic *implentur*, Exod. 28, 17. sic in Pyh. Cant. 5, 14. 5.) de *in-*

 tensio-

tensione et valida attractione arcus: vnde *impleuit manum suam in arcu*, vel *impleuit manu sua arcum*, i. e. manu fortiter tetendit arcum, 2 Reg. 9, 24. sic Zach. 9, 13. quae phrasis Arabibus quoque vsitata est, conf. ALB. SCHVLTENS in *Animaduers. Philolog.* ad Zach. 9, 13. immo et Latinis, vid. *De la* GERDA ad VIRGIL. *Aeneid.* XI. 860. Praet. pl. מִלְאוּ (excidente Dagesch pro מִלְּאוּ,) *impleuerunt*, Num. 32, 11. 12. 1 Reg. 20, 27. part. מְמַלֵּא *implens*, Ier. 13, 13. et de *flumine*, *inundans*, *exundans*, 1 Chron. 12, 15. (vt Graec. πλήθω,) pl. מְמַלְאִים *implentes*, Ies. 65, 11. Zeph. 1, 9. Infin. מַלֵּא *implere*, Exod. 29, 29. 33. Prou. 6, 30. et Forma mixta, (vt in Kal,) מַלֹּאת Exod. 31, 5. c. 35, 33. et sec. Kri 1 Chron. 29, 5. vbi Kethibh habet מַלּאוֹת, vt 2 Chron. 36, 21. et Dan. 9, 2. cum Affixo מַלְּאָם *implere eas*, Ier. 33, 5. Imper. מַלֵּא *imple*, *comple*, Gen. 29, 27. 1 Sam. 16, 1. pl. מַלְאוּ (pro מַלְּאוּ,) *implete*, Ier. 4, 5. Ezech. 9, 7. fut. אֲמַלֵּא *implebo*, *complebo*, Exod. 23, 26. Prou. 8, 21. יְמַלֵּא *implebit*, *impleat*, Leuit. 8, 33. Ps. 20, 5. semel יְמַלֶּה Hiob. 8, 21. pl. in pausa יְמַלֵּאוּ *implebunt*, Ezech. 7, 19. cum Vau Conuers. וַיְמַלְאוּ *et impleuerunt*, Gen. 42, 25. Exod. 39, 10. Pyh. part. pl. מְמֻלָּאִים *impleti*, gemmis scil. insititiis, Cant. 5, 14. Hithpah. fut. pl. cum Nun Paragog. in pausa יִתְמַלָּאוּן *explent se*, (in me instar bestiarum rapacium irruentes,) Hiob. 16, 10.

מְלָא Chald. id. Praet. foem. מְלָאת *impleuit*, Dan. 2, 35. Ithpeh. praet. הִתְמְלִי *repletus est*, Dan. 3, 9.

מָלֵא m. *repletus*, *plenus*: speciatim de *argento pleni* et *iusti valoris* siue *ponderis* dicitur, Gen. 23, 9. 1 Chron. 21, 22. 24. semel *aduerbialiter*, *plene*, *penitus*, *continuo*, Ier. 12, 6. conf. Ier. 4, 5. (quod tamen alii aliter intelligunt,) semel *substantiue* per Ellipsin, *fluuius* vel *alueus fluminis plenus*, Ps. 73, 10. coll. Ios. 3, 15. 1 Chron. 12, 15. al. *poculum plenum*, coll. Ps. 75, 9. et bis *actiue*, *implens*, *replens*, (ex Chaldaismo, vt videtur,) Ies. 6, 1. Ier. 23, 24. In regim. מְלֵא Ier. 6, 11. Pl. מְלֵאִים *repleti*, *pleni*, *a*, Num. 7, 13. Deut. 6, 11. it. *replentes*, Ies. 6, 1. foem. מְלֵאָה *repleta*, *plena*, *plenum*, Num. 7, 14. 20. 26. 32. 38. 44. Ruth. 1, 21. in regim. מְלֵאַת,. vnde porro cum Iod Paragog. מְלֵאֲתִי Ies. 1, 21. pl. מְלֵאוֹת *repletae*, *plenae*, Gen. 41, 7. 22. Num. 7, 86.

מְלוֹא vel מְלֹא m. semel sine א, מְלוֹ Ezech. 41, 8. *repletio*, *plenitudo*, *totus complexus*: vnde *plenitudo staturae*, est *totus complexus staturae*, quanta quanta ea est, 1 Sam. 28, 20. *plenitudo pastorum*, *totus complexus pastorum*, quotquot illi sunt, Ies. 31, 4. *pleni-*

plenitudo calami, i. e. *plenus calamus*, Ezech. 41, 8. Saepius metonymice notat *rem, qua* aliquid *repletur:* vt *repletio domus*, i. e. *id, quo domus repleta est* vel *repletur*, Num. 22, 18. *repletio orbis*, h. e. *id, quo vrbs repleta est*, Amos. 6, 8. *repletio terrae*, i. e. *id, quo terra repleta est*, Ps. 24, 1. Ies. 34, 1. etc. Sed Gen. 48, 19. SCHVLTENS, secutus ONKELOSVM, exponit de *nobilibus* siue *optimatibus*, ex Arab. Cum Affixo מְלוֹאוֹ *repletio, plenitudo eius*, Ps. 96, 11. Ies. 42, 10.

מְלֵאָה f. *repletio, plenitudo*, metonymice *fructus plenae maturitatis:* tam de *uvis* dicitur, Num. 18, 27. quam de aliis *fructibus*, Deut. 22, 9. vbi statim exponitur per זֶרַע *semen*, quod quis in vinea praeter vites conseuit, i. e. quicquid ex *semine* succreuit. Sed GVSSETIVS *aream frumento plenam* intelligit. Conf. BOCHARTI *Canaan* p. 452. Cum Affixo מְלֵאָתְךָ *plenae maturitatis fructus tuus*, Exod. 22, 28.

מִלּוֹא m. *vallum*, vel *castellum* cum *vallo*, *terra et lapidibus oppleto et aggesto*, coll. Chald. מליתא et מוליא *agger*, *vallum*. Tale *vallum* fuit ad montem Zion, 2 Sam. 5, 9. 1 Reg. 9, 15. 24. 1 Chron. 11, 8. 2 Chron. 32, 5. quod etiam בֵּית מִלּוֹא *domus* siue *locus valli*, 2 Reg. 12, 21. Aliud fuit Sichemi, Iud. 9, 6. 20.

מִלֻּאִים m. pl. 1.) *impletiones*, i. e. *inaugurationes*, *consecrationes* sacerdotum, Exod. 25, 7. c. 29, 22. 27. 31. Leuit. 8, 22. 29. cum Affixo מִלֻּאֵיכֶם *inaugurationes vestrae*, Leuit. 8, 37. metonymice *sacrificium, quo fiebat inauguratio*, vt Exod. 29, 34. Leuit. 7, 37. c. 8, 28. 31. 2.) *insitiones:* vnde lapides מִלֻּאִים, i. e. *insititii*, quibus palae siue fundulae *implentur*, Exod. 25, 7. c. 35, 9. 27. pro quo recurrit מִלּוּאִים 1 Chron. 29, 2.

מִלֻּאָה f. *impletio*, i. e. *insitio*, in regim. מִלֻּאַת Exod. 28, 17. pl. מִלּוּאוֹת, cum Affixo מִלּוּאֹתָם *insitiones eorum* siue *suae*, Exod. 28, 20. c. 39, 13.

מִלֵּאת f. (per Syncopen pro מְלֵאָת) *pala* siue *fundula*, quae gemma insititia *impletur*, metaphorice de *cauitate* siue *fundo oculi* dicitur, Cant. 5, 12.

מָלַח sensu primitiuo et generali, *secuit*, *scidit*, vt Arab. cognatum מלח, hinc specialiter 1.) *acutus*, *acris fuit*, vt Aethiop. בלח: *acuta* enim *secant*, conf. *Arcan. Form. Hebr.* p. 66. 67. 2.) *nauigauit*, *remigauit*, (vt Chald.) sicut Graec.

ἐρέσσειν, *remigare*, est ab Hebr. חרש. Plura vid. in *Arcano* p. 427. et in *Onomast. V. T.* p. 632. 3.) *excidit*, *vastauit*, conf. *Arcan.* p. 32. et 67. inde Niph. praet. pl. in pausa נִמְלָחוּ *excisi sunt*, vulgo *euanuerunt*, Ies. 51, 6. Sed significatio *saliendi* petita est à seq. Nomine מֶלַח *sal*.

מֶלַח m. *sal*, ab *acri sapore*, Gen. 19, 26. Leuit. 2, 13. Iud. 9, 45. etc. metaphorice symbolum est *diuturnitatis* et *perpetuitatis*, Num. 18, 19. 2 Chron. 13, 5. Inde significationem accipit Verbum

מָלַח *saliuit*. Fut. תִּמְלַח *salies*, Leuit. 2, 13. Pyh. part. מְמֻלָּח *salsum*, *salitum*, Exod. 30, 35. Hoph. praet. foem. et infin. הָמְלֵחַ הֻמְלַחַתְּ *saliendo salita es*, vel *aqua sale macerata lota es*, Ezech. 16, 4. De more illo infantes recens natos *sale* conspergendi conf. GALENVS de *Sanitat.* L. 7. Idem hodienum apud Arabes obtinet, vt testatur TROILO in *Itiner. Orient.* p. m. 721. Inde quoque est

מְלַח Chald. *saliuit*, vel *salem* i. e. *salarium accepit*. Praet. pl. מְלַחְנָא *saliuimus*, *salarium accepimus*, Esr. 4, 14. Alii vero ex radicis Hebr. notione *exscindendi* exponunt: *excidimus* siue *destruximus*.

מְלָחִים m. pl. *vestes scissae et lacerae*, Ier. 38, 11. 12.

מְלַח m. Chald. id. quod Hebr. מֶלַח *sal*; aliis autem *excisio*, *destructio*, Esr. 4, 14.

מַלּוּחַ m. Hiob. 30, 4. *herba acris* et *salsuginosa*, τοῖς LXX, DRVSIO in *Quaest. Hebr.* L. I. quaest. 17. BOCHARTO in *Hieroz.* P. I. p. 872. seq. et HILLERO in *Hierophyt.* P. I. c. 56. *halimum*.


מַסֶּכֶת f. Iud. 16, 13. 14. *licium*, cui ftamen telae *implicatur* fiue *intexitur*, coll. rad. Arab. cognat. סכך in 4 Coniug. *implicitus fuit*; rectius LVTHERO ein Flechtband, *taenia crinalis*, qua capilli *plectuntur*. SCHVLTENS in *Claue Dialect*. p. 250. confert Arab. כסב *texuit, plexuit*, permutatis ג et כ.

נָסַס in genere *extulit, eleuauit*, vt נשא, fpecialiter *extulit* fiue *eleuauit vexillum*. Part. praef. נֹסֵס *vexillum ferens, fignifer*, Ief. 10, 18. foem. נֹסְסָה id. Ief. 59, 19. Hithpah. part. foem. plur. מִתְנוֹסְסוֹת *fefe eleuantes*, adeoque *fe confpicuos*, inftar *vexilli*, *exhibentes*, Zach. 9, 16. infin. הִתְנוֹסֵס *fe eleuare* et *confpicuum exhibere*, Pf. 60, 6.

נֵס m. in genere *id, quod eleuatur* fiue *erigitur*, vt omnibus *confpicuum* fit, fpec. 1) *pertica alta*, ex qua pendebat ferpens aeneus, Num. 21, 8. 9. 2) *fignum*, Num. 26, 10. 3) *fignum militare, vexillum*, Ief. 5, 26. c. 13, 2. Ier. 4, 6. 21. c. 50, 2. Cant. 2, 11. etc 4) *velum*, quod in nauibus loco *vexilli* eft, Ief. 33, 23. Ezech. 27, 7. Cum Affixo נִסִּי *vexillum meum*, Exod. 17, 15. Ief. 49, 22.

נָסַע *loco mouit, tranftulit*, Iud. 16, 3. 14. et intranfitiue, *loco fe mouit, profectus eft, abiit*. Praet. pl. נָסְעוּ *profecti funt*, Gen. 37, 16. Num. 11, 35. in paufa נָסָעוּ Num. 2, 34. c. 21, 13. 14. part. praef. נֹסֵעַ *proficifcens*, Exod. 14, 10. Num. 10, 33. pl. נֹסְעִים *proficifcentes*, Num. 10, 29. infin. abfol. נָסוֹעַ *proficifcendo*, Gen. 12, 9. infin. conftr. נְסֹעַ *proficifci*, Num. 1, 51. Iof. 3, 14. cum Affixo נָסְעָם τὸ *proficifci eorum*, Gen. 11, 2. Num. 10, 34. imper. pl. per Aphaerefin סְעוּ (tanquam à fing. סַע,) *proficifcimini*, Num. 14, 25. Deut. 1, 7. 40. fut. יִסַּע *loco mouebit fe, transferetur*, Ief. 33, 20. fed וַיַּסַּע *et amouit*, Iud.

Iud. 16, 14. et intransit. *et profectus est*, Gen. 12, 9. Exod. 14, 19. cum Affixo וַיִּסָּעֵם *et amouit ea*, Iud. 16, 3. pl. וַנִּסַּע *et profecti sumus*, Deut. 1, 19. c. 2, 1. et cum ה Paragog. וַנִּסְעָה Esr. 8, 31. etc. Niph. praet. נִסַּע *loco motus*, *translatus est*, Ies. 38, 12. Hiob. 4, 21. Hiph. part. מַסִּיעַ *loco mouens*, *transferens*, Eccles. 10, 9. fut. תַּסִּיעַ *transferebas*, Ps. 80, 9. foem. תַּסִּיעִי *transferas*, *amoueas*, 2 Reg. 4, 4. יַסַּע *mouebat*, Ps. 78, 26. וַיַּסַּע *et proficisci fecit*, i. e. *duxit*, Exod. 15, 22. Ps. 78, 52. *et loco mouit*, *amouit*, *transtulit*, Hiob. 19, 10. sed pl. וַיַּסִּיעוּ *et transtulerunt*, *deuexerunt*, 1 Reg. 5, 17.

מַסָּע et מַסַּע m. 1) *motio*, *translatio*, (ex Verbi significatione *transitiua*,) Num. 10, 2. metonymice *id*, *quod transfertur*, *translatum*, *aduectum*, vel sec. CASTELLVM, *praecisum*, *dolatum*, ex significatione radicis Arab. نسغ *pupugit*, proprie *cecidit*, *incidit*, et نشغ *confodit*, vnde et 2) מַסָּע *hasta*, qua *confoditur*, Hiob. 41, 18. 3) *iter*, *profectio*, Deut. 10, 11. Pl. מַסָּעִים *itinera*, *profectiones*, in regim. מַסְעֵי Num. 10, 28. c. 33, 1. cum Affixo מַסְעֵיהֶם *itinera sua*, Exod. 17, 1. Num. 10, 6. 12.

נָסַק *ascendit*. Fut. אֶסַּק *ascendam*, *ascenderem*, Ps. 139, 5.

נְסַק Chald. id. vnde Aphel praet. pl. הַסִּקוּ *ascendere fecerant*, *eduxerant*, Dan. 3, 22. infin. הַנְסָקָה *educere*, Dan. 6, 24. Hophal ex Hebr. praet. הֻסַּק *eductus est*, Dan. 6, 24.

נָסַר *erudiuit*, *corripuit*, *castigauit*, alias יסר: vnde fut. אֶסֹּר, cum Affixo אֶסֳּרֵם *corripiam*, *castigabo eos*, Hos. 10, 10. et יִסֹּר, vnde cum Affixo יִסְּרֵנִי *erudit me*, Ies. 8, 11.

נָסַת id. quod סות, *seduxit*, *instigauit*: vnde Hiph. praet. pl. cum Affixo הִסִּיתוּךָ *seduxerunt te*, Ier. 38, 22. part. מַסִּית *seducens*, 2 Chron. 32, 11. Ier. 43, 3. fut. יַסִּית *seducit*, *seducat*, 2 Reg. 18, 32. 2 Chron. 32, 15. Ies. 36, 18.

נָעַל in genere *clausit*, *muniuit*, spec. vel *pessulo* et *sera*: *obserauit*, Iud. 3, 23. 2 Sam. 13, 18. vel *solea* siue *corii assumento*: *calceauit*. Part. Pahul נָעוּל *clausus*, *obseratus*, Cant. 4, 12. foem. pl. נְעֻלוֹת *clausae*, *obseratae*, Iud. 3, 24. imp. נְעֹל *claude*, *obsera*, 2 Sam. 13, 17. fut. אֶנְעַל, cum Vau Conuers. et Affixo וָאֶנְעֲלֵךְ *et calceaui te*, Ezech. 16, 10. irregulariter pro אֶנְעָלֵךְ. Hiph. fut. pl. cum Affixo et Vau Conuers. וַיַּנְעִלוּם *et calcearunt eos*, 2 Chron. 28, 15.

נַעַל f. *calceus*, *solea*, qua pes *clauditur* et *munitur*, Gen. 14, 23. Deut. 25, 10. cum Affixis נַעֲלִי *calceus meus*, Ps. 60, 10. Ps. 108, 10. נַעַלְךָ *calceus tuus*, Ios. 5, 15. Dual. נַעֲלַיִם *duo calcei*, *par cal-*

calceorum, Amos. 2, 6. c. 8, 6. pl. נְעָלִים *calcei*, Ies. 11, 15. Cant. 7, 2. cum Affixis נְעָלֶיךָ *calcei tui*, Exod. 3, 5. Ezech. 24, 17. נַעֲלֵיכֶם *calcei vestri*, Exod. 12, 11. Ezech. 24, 23. pl. foem. נְעָלוֹת Ios. 9, 5.

מַנְעוּל m. *sera, qua* ianua vel porta *clauditur* et *munitur*, Cant. 5, 5. pl. מַנְעֻלִים *serae*, cum Affixo מַנְעֻלָיו *serae eius*, Neh. 3, 3. 6. 13. 14. 15.

מִנְעָל m. vulgo *calceus* vel *calceamentum*, (vt נַעַל,) quod pluribus defendunt BYNAEVS de *Calceis Hebraeorum* L. I. c. 4. et WICHMANSHAVSEN in Differt. de *Ascre metallifossore* §. 4 seq. Inde cum Affixo in pausa est מִנְעָלֶךָ *calceamentum tuum*, Deut. 33, 25. Sed quia *calcei* vel *soleae*, quales ab Hebraeis gestabantur, *ferro* ac *aere* non *muniebantur*, aliis מִנְעָל idem est cum מַנְעוּל *sera* vel *pessulus*; cum et alibi *vectes ferrei* et *aenei* memorentur, vt 1Reg. 4, 13. Ps. 107, 16. Ies. 45, 2. et ianuis portisque bene munitis ac obseratis, sequatur *quies*, quae in seq. hemistichio praedicatur. *Ocream* intelligit BYNAEVS l. c. *locum calcei* VRIEMOET in *Thesibus Antiquit. Israëlit.* p. 43.

נָעֵם *amoenus, suauis, iucundus fuit*. Praet. foem. in pausa נָעֵמָה *amoena erat* vel *esset*, Gen. 49, 15. נָעַמְתְּ *iucunda es*, Cant. 7, 6. pl. in pausa נָעֵמוּ *iucunda sunt*, Ps. 141, 6. fut. יִנְעַם *suauis, iucundus, um, erit*, Prou. 2, 10. c. 9, 17. sed c. 24, 25. SCHVLTENS ex consueta Arabum acclamatione, qua aliis bene precantes dicunt, نَعَمْ vel نُعْمٌ *suauitas!* i. e. *macte virtute! euge! feliciter!* explicat.

נָעִים m. *suauis, amoenus, iucundus*, Ps. 81, 3. Prou. 22, 18. Cant. 1, 16. in regim. נְעִים 2 Sam. 23, 1. pl. נְעִימִים *iucundi, amoeni*, 2 Sam. 1, 23. Prou. 23, 8.

נָעִים m. *amoenitas, iucunditas*, pl. נְעִימִים *iucunditates*, Hiob. 36, 11. per Metonymiam, *loca iucunda*, Ps. 16, 6.

נֹעַם m. id. Ps. 27, 4. Ps. 90, 17. Prou. 3, 17. Zach. 11, 7. 8.

נְעִימָה f. id. pl. נְעִימוֹת *iucunditates*, Ps. 16, 11.

נַעֲמָן m. *amoenitas summa*, vnde *plantae* נַעֲמָנִים *summarum amoenitatum*, i. e. *summe amoenae*, Ies. 17, 10.

מַנְעַם m. *res, cui inest suauitas, delicium*, in plur. מַנְעַמִּים, cum Affixo מַנְעַמֵּיהֶם *deliciae, cupediae illorum*, Ps. 141, 4.

נַעֲצוּץ m. *vepretum, senticetum*, vel *fruticis* genus *spinis abundans*, quae tactae cuti et vestibus *infiguntur*, HILLERO *locus infixis palis munitus*, Ies. 55, 13. à rad. Chald. נְעַץ *fixit, infixit*, tertia

tertia radicali geminata. Conuenit Arab. نعض nomen *arboris spinosae*, et radix عض *pupugit*, *mordicus adhaesit*. Plur. בַּנַּעֲצוּצִים *vepreta*, Ies. 7, 19.

נָעַר in genere *excussit*, spec. *excussit vocem*, *rugiuit*. Praet. נָעַרְתִּי *excussi*, Neh. 5, 13. pl. נָעֲרוּ *rugiuerunt*, *rugiunt*, Ier. 51, 38. part. praes. נֹעֵר *excutiens*, Ies. 33, 9. 15. part. Pahul נָעוּר *excussus*, Neh. 5, 13. Niph. praet. נִנְעַרְתִּי *excussus sum*, Ps. 109, 23. fut. אִנָּעֵר *excutiam me*, Iud. 16, 20. pl. יִנָּעֲרוּ *excutientur*, Hiob. 38, 13. Pih. praet. נִעֵר *vehementer excussit*, Ps. 136, 15. fut. יְנַעֵר *excutiet*, Neh. 5, 13. Hithpah. imperat. foem. הִתְנַעֲרִי *excute te*, Ies. 52, 2.

נַעַר m. 1) *ouis huc illuc oberrans*, Zach. 11, 16. conf. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. p. 445. seq. ex significatione radicis Arab. נער *huc illuc erranit*, *oberrauit*, vnde et 2) נַעַר *puer*, Gen. 37, 2. Exod. 2, 6. Iud. 8, 14. 20. etc. (quo etiam pertinet 1 Sam. 1, 24. vbi נַעַר perperam vt Verbum exponit Celeb. OEDERVS in *Centur. Coniectur.* p. 244.) ab *errore* et *simplicitate*; quemadmodum ab Hebr. פתה est Arab. فتي *puer*, et Arab. צבא *puer* et *insipiens fuit*. Conuenit Arab. girron *iuuenis*, *imperitus*, et gorraton *puer*, *puella*, à rad. غر *experientia rerumque vsu caruit*. Sed נַעַר per Metathesin pro רַעַן dictum putat HILLERVS in *Onomast. S.* p. 383. et 528. q. d. *homo viridis et florentis aetatis*. Primitus נַעַר Generis *Epicoeni* fuit: vnde in Pentateucho in Kethibh pro *puella* semper occurrit נַעַר, pro quo postea dictum fuit נַעֲרָה, conf. BVXTORFII *Tiberias* p. 124. et HILLERI *Arcanum Kri et Kethibh* p. 275. Cum Affixis נַעַרְךָ *puer tuus*, Iud. 7, 10. נַעֲרוֹ *puer eius* vel *suus*, Iud. 7, 11. 1 Sam. 9, 22. pl. נְעָרִים *pueri*, Gen. 14, 24. Ios. 6, 23. in regim. נַעֲרֵי Exod. 24, 5. 1 Sam. 25, 9. cum Affixis נְעָרֶיךָ *pueri tui*, 1 Sam. 25, 8. נַעֲרֵיהֶם *pueri eorum*, Neh. 5, 15. Inde per Motionem fit

נַעֲרָה f. *puella*, Iud. 19, 3. Ruth. 2, 5. 6. Esth. 2, 3. 9. 12. 13. etc. pro quo in Pentateucho Kethibh semper habet נַעַר, vt Gen. 24, 14. 16. c. 34, 3. 12. Deut. 22, 16. 19. 21. etc. Pl. נְעָרוֹת *puellae*, 1 Sam. 9, 11. Ruth. 2, 23. cum Affixo נַעֲרוֹתֶיךָ *puellae tuae*, Prou. 27, 27. Hiob. 40, 29.

נֹעַר m. *pueritia*, aetas *erroris* et *simplicitatis*, Ps. 88, 16. Prou. 29, 20. Hiob. 33, 25. c. 36, 14.

נְעוּרִים m. pl. *pueritia*, *tempora* siue *anni erroris* et *simplici-*

plicitatis, Ies. 54, 6. Ps. 127, 4. cum Affixo נְעוּרַיִךְ *pueritia tua*, Ier. 2, 2. Ezech. 16, 22. 43. 60. et more Chaldaico נְעוּרָיְכִי Ps. 103, 5.

נְעֻרוֹת foem. pl. id. cum Affixo נְעֻרֹתֵיהֶם *pueritia sua*, Ier. 32, 30.

נְעֹרֶת f. *stupa*, ex lino *excussa*, Iud. 16, 9. Ies. 1, 31.

נָפָה vid. sub rad. נוּף.

נָפַח *flauit, spirauit, efflauit, exspirauit, inspirauit, inflauit, sufflauit*, pro rei diuersitate. Praet. foem. נָפְחָה *efflauit*, Ier. 15, 9. נָפַחְתִּי *sufflaui, flatu disieci*, Hagg. 1, 9. et cum Vau Conuers. וְנָפַחְתִּי *et sufflabo*, Ezech. 22, 21. part. praes. נֹפֵחַ *sufflans*, Ies. 54, 16. part. Pahul נָפוּחַ *sufflatus*, de *aheno* et *olla* dicitur, per Metonymiam pro *igne sub aheno* et *olla*, Hiob. 41, 12. Ier. 1, 13. infin. per Aphaeresin et cum ה Paragog. פַּחַת *sufflare*, Ezech. 22, 20. imp. foem. פְּחִי (tanquam à masc. פַּח,) *suffla, infla*, Ezech. 37, 9. fut. cum Vau Conuers. וַיִּפַּח *et inflauit, inspirauit*, Gen. 2, 7. Pyh. praet. נֻפַּח *sufflatus est*, cum Ellipsi Relatiui אשר, Hiob. 20, 26. Hiph. praet. הִפַּחְתִּי *efflare feci*, Hiob. 31, 39. sed plur. הִפַּחְתֶּם *exsufflari* i. e. *contemni, subsannari fecistis*, Malach. 1, 13. coll. rad. Arab. نفخ *subsannauit*.

מַפֻּחַ m. *follis, quo ignis sufflatur*, Ier. 6, 29.

מַפָּח m. in regim. מַפַּח Hiob. 11, 20. *exspiratio*, scil. prae moerore, vel ex anxio desiderio, coll. Verbo Ier. 15, 9. Hiob. 31, 39. aliis *exhalatio, halitus*.

תַּפּוּחַ m. (pro תַּנְפּוּחַ, cum ת *Continuitatis* indice,) *malus* arbor, et eius fructus, *malum*, à *continua exspiratione odoris*, qui praedicatur Cant. 7, 9. quod praesertim de *malis cydoneis, citriis, aureis* etc. dici potest: vnde *μῆλον ἡδύπνοον Epigram.* L. VI. *mala redolentia* apud OVID. In sing. semper pro *arbore* vsurpatur, vt Ioël. 1, 12. Cant. 2, 3. c. 8, 5. in plur. תַּפּוּחִים semper pro *malis*, vt Cant. 2, 5. c. 7, 9. in regim. תַּפּוּחֵי Prou. 25, 11.

נֹפֶךְ m. *lapidis* vel *gemmae* species, Exod. 28, 18. c. 39, 11. Ezech. 27, 16. c. 28, 13. Eadem esse putatur cum פּוּךְ, quod vid.

נָפַל in genere *demisit se*, vt Gen. 24, 64. c. 25, 18. c. 28, 18. Iud. 7, 12. 2 Reg. 5, 21. *inferior fuit* vel *euasit*, vt Neh. 6, 16. Esth. 6, 13. Hiob. 12, 3. c. 13, 2. hinc *cecidit, ruit, concidit, corruit, incidit, excidit, decidit, procidit, desciuit*, abfallen, *irruit*, überfallen, metaphorice *contabuit, marcuit*, verfallen, (desumta Metaphora à *foliis arborum decidenti-*

bus,) Gen. 4, 5. 6. Num. 5, 21. *occidit*, *interiit*, specialiter *in praelio*, vt 2 Sam. 1, 4. c. 2, 23. c. 3, 35. Pſ. 91, 7. etc. vid. CL. LETTE ad *Canticum Deborae* p. 166. 167. *cadere in terram*, est *irritum eſſe* vel *fieri*, Num. 6, 12. Ioſ. 21, 45. c. 23, 14. 1 Reg. 8, 59. ſic ſine vocabulo *terrae*, Ioſ. 23, 14. quomodo et Lat. *irrita cadunt promiſſa* dixit LIVIVS II. 31. *cecidiſſe in irritum labores* TACITVS *Hiſtor*. III. 53. Plura, etiam ex Graecis, affert IKENIVS in *Diſſert. Philolog. Theolog.* p. 354. 355. Simili ſenſu ὥςε ἐ χαμαὶ πεσεῖται ὅ,τι ἂν εἴποις dixit PLATO in *Euthyphron*. Per Metonymiam *Antecedentis* pro *Conſequente*, *ſtratus iacuit*, 1 Sam. 5, 3. 4. Iud. 3, 25. Ier. 9, 21. vt Graec. πίπτειν apud HOMER. *Iliad*. X. 200. *Preces* dicuntur *procidere* ſiue *ſe demittere*, pro eo, quod *precans ſe demittit* et *procidit*, Ier. 36, 7. c. 37, 20. c. 42, 2. *cadere* dicitur non tantum *ſors*, vt Ioſ. 17, 5. ſed etiam *terra*, *ſorte diſtribuenda*, vt Ezech. 47, 14. coll. Hiph. c. 45, 1. c. 47, 22. c. 48, 29. Praet. cum Vau Conuers. וְנָפַלְתָּ *et cades*, *cadas*, 2 Chron. 25, 19. et cum ה Paragog. וְנָפַלְתָּה 2 Reg. 14, 10. part. praeſ. נֹפֵל *procidens*, Num. 24, 4. 16. *iacens*, Deut. 21, 1. Ioſ. 7, 10. Iud. 3, 25. c. 4, 22. etc. *incidens*, 2 Sam. 3, 29. *concidens*, *corruens*, Hiob. 14, 18. Ieſ. 30, 13. *deſciſcens*, Ier. 37, 13. 14. *inferior exiſtens*, Hiob. 12, 3. *in praelio cadens* ſiue *interiens*, 1 Reg. 20, 25. pl. נֹפְלִים *cadentes*, ſimiliter diuerſo ſenſu, it. *iacentes*, Deut. 22, 4. Iud. 7, 12. 1 Sam. 31, 8. 2 Chron. 20, 24. etc. foem. נֹפֶלֶת *incidens*, *irruens*, Gen. 15, 12. *corruens*, *procidens*, Amos. 9, 11. *contabeſcens*, Num. 5, 21. *iacens*, Iud. 19, 26. Infin. abſol. נָפוֹל *cadendo*, Esth. 6, 13. infin. conſtr. נְפֹל *cadere*, *incidere*, *corruere* etc. Num. 14, 3. 2 Sam. 3, 34. Pſ. 118, 13. cum Affixo נִפְלוֹ τὸ *cadere eius*, 2 Sam. 1, 10. et נָפְלוֹ τὸ *deſciſcere eius*, 1 Sam. 29, 3. Imp. pl. נִפְלוּ *cadite*, Ier. 25, 27. Hoſ. 10, 8. Fut. אֶפֹּל *cadam*, *incidam*, 1 Chron. 21, 13. cum ה Paragog. אֶפְּלָה 1 Chron. 21, 13. in pauſa אֶפֹּלָה 2 Sam. 24, 14. יִפֹּל *cadet*, vario ſenſu, Leuit. 11, 32. Deut. 22, 8. etc. Hiph. praet. הִפִּיל *cadere*, *incidere*, *procidere*, *excidere*, *concidere*, *corruere*, *contabeſcere fecit* vel *ſiuit*, *iecit*, *deiecit*, *iniecit*, *proiecit*, *proſtrauit*, *excuſſit*, *irritum fecit* vel *eſſe ſiuit*, it. *iacta ſorte diſtribuit*, Ezech. 45, 1. c. 47, 22. c. 48, 29. Praet. foem. הִפִּילָה *cadere fecit*, *proſtrauit*, Prou. 7, 26. הִפַּלְתִּי *cadere feci*, *proieci*, *inieci*, Ioſ. 23, 4. Ier. 15, 8. pl. הִפִּילוּ *cadere ſiuerunt*, i. e. *remiſerunt*, Iud. 2, 19. part. מַפִּיל *deiiciens*, *proiiciens*, *proſternens*, 2 Reg. 6, 5. et de *precante*, *humiliter demittens* (precationem), Ier.

Ier. 38, 26. Dan. 9, 20. pl. מַפִּילִים *proiicientes*, *prosternentes*, Dan. 9, 18. Infin. הַפִּיל *prosternere*, 1 Sam. 18, 25. Ps. 37, 14. et servato Nun, הַנְפִּיל, vnde cum ל per Syncopen, לַנְפִּיל *ad faciendum contabescere*, Num. 5, 22. Imper. pl. הַפִּילוּ *proiicite*, scil. sortem, 1 Sam. 14, 44. Fut. אַפִּיל *cadere faciam*, *excutiam*, Ezech. 39, 3. *prosternam*, Ezech. 32, 12. *deiiciam*, *demittam*, Ier. 3, 12. תַּפִּיל *proiicies*, *proiicias*, Prou. 1, 14. *deiicies*, *prosternes*, Ies. 26, 19. et תַּפֵּל *cadere* i. e. *irritum esse sinas*, Esth. 6, 10. יַפִּיל *excidere faciet*, *excutiet*, Exod. 21, 27. sed וַיַּפֵּל *et iniecit*, *immisit*, Gen. 2, 21. Num. 35, 23. pl. תַּפִּילוּ *deiicietis*, 2 Reg. 3, 19. *iacta sorte distribuetis*, Ezech. 47, 22. c. 48, 29. *ruinam molimini*, vt SCHVLTENS exponit Hiob. 6, 27. יַפִּילוּן *irritum faciebant* vel *esse sinebant*, al. *cadere* i. e. *minui sinebant*, Hiob. 29, 24. Hithpah. praet. הִתְנַפַּלְתִּי *prostraui me*, Deut. 9, 25. part. מִתְנַפֵּל *prosternens se*, *prostratus*, Esr. 10, 1. infin. הִתְנַפֵּל *se iniicere* vel *immittere*, *irruere*, Gen. 43, 18. fut. cum Vau Conuers. וָאֶתְנַפַּל *et prostraui me*, Deut. 9, 18. 25.

נְפַל Chald. id. Dan. 2, 46. c. 4, 28. Praet. plur. נְפַלוּ *ceciderunt*, *deciderunt*, Dan. 3, 23. et sec. Kethibh c. 7, 20. vbi Kri habet נְפַלָה, in foem. quia praecedens Nomen קֶרֶן est gen. *commun.* Part. praes. pl. נָפְלִין *procidentes*, Dan. 3, 7. fut. יִפֵּל *procidet*, Dan. 3, 6. 10. 11. *incidet*, *accidet*, Esr. 7, 20. plur. תִּפְּלוּן *procidetis*, *procidatis*, Dan. 3, 5. 15.

נֵפֶל m. 1) *abortus*, *foetus caduus*, qui in vtero quasi *emarcuit*, Ps. 58, 9. Hiob. 3, 16. Eccles. 6, 3. 2) *casus*, *ruina*, vnde cum Affixo נִפְלָם *casus*, *ruina eorum*, Ier. 49, 21.

נְפִיל m. in plur. נְפִילִים *gigantes*, Gen. 6, 4. Num. 13, 33. Formam habet à נפל, sed significationem ab inusit. פול, Arab. فال *incremento auctus est*, *obesus fuit* vel *euasit*, vnde פיל Arab. Chald. Syr. Arab. et Pers. *elephas*, bestiarum *maxima*, et *failon* Arab. *vir multae carnis*. Conuenit Pers. *nabil* et Arab. *nabilaton* h. e. *magnus*, *corpore magno*. Vid. *Arcan. Form.* p. 105. Errant, qui נְפִילִים per *irruentes* exponunt: quam explicationem frustra ex Forma vocis defendunt GLASSIVS in *Philol. S.* L. III. Tract. 4. Can. 2. et A. A. TOLLIVS in Diss. de h. n. praeside IOH. MEIERO habita c. 2. §. 1. conf. SEVER. LIVNGE in Dissert. de *Onomatologia vocis Nephilim.*

נִפְלָל m. in regim. נִפְלַל, *cubatus copiosus*, *prostratio copiosa*, Ezech. 28, 22. tertia radicali geminata. Sed SCHVLTENS refert

ad rad. פלל Arab. *rupit, rupta acie fugauit* vel *occidit*, vt וַיִּפֹּל sit praet. Niph. cum Vau Conuers. *et occideretur*; quod tamen de חָלָל siue iam *confosso*, (quod sequitur,) commode dici nequit.

מַפָּל m. 1) *locus* vel *pars* corporis *laxa* et *pendens*: quomodo etiam Latini *cadere* dicunt, quod *pendet*, vid. GRONOVIVS ad STATII *Sylv.* c. 38. vel potius, sec. ABEN-ESRAM, *locus est pinguedine abundans et turgidus*, eiusdemque originis cum praeced. נְפִילִים. Plur. מַפָּלִים *partes turgidae* et *pingues*, in regim. מַפְּלֵי Hiob. 41, 15. 2) *deciduum, id quod decidit*, in regim. מַפַּל Amos. 8, 6.

מַפָּלָה f. *ruina*, vel potius *id, quod corruit*, Ies. 17, 1.

מַפֵּלָה f. id. Ies. 23, 13. c. 25, 2.

מַפֶּלֶת f. 1) *cadauer*, Iud. 14, 8. sicut Graec. *πτῶμα* et Lat. *cadauer* à *cadendo* dicuntur. 2) *casus*, *ruina*, vnde cum Affixis מַפַּלְתֵּךְ *casus, ruina tua*, Ezech. 26, 15. 18. 27. מַפַּלְתּוֹ *casus*, *ruina eius*, Ezech. 31, 16. 3) *id, quod corruit*: de *frondibus* et *ramis arboris deiectae* dicitur Ezech. 31, 13.

נָפַץ *collisit, allisit, collidendo fregit*, it. *dispersit se, dispersus, dissipatus est*, 1 Sam. 13, 11. petita significatione à פרץ. Praet. foem. נָפְצָה *dispersa est*, Gen. 9, 19. pl. נָפֹצוּ *dissipatae sunt*, Ies. 33, 3. part. Pahul נָפוּץ *allidendo fractum*, de *vase* Ier. 22, 28. foem. pl. נְפֻצוֹת *dispersa*, vel *dispersae*, scil. oues, Ies. 11, 12. infin. absol. נָפוֹץ *collidendo*, Iud. 7, 19. Pih. praet. cum Vau Conuers. וְנִפֵּץ *et allidet*, Ps. 137, 9. וְנִפַּצְתִּי *et collidendo frangam*, Ies. 51, 20. 23. infin. נַפֵּץ *dissipare* vel *allidendo frangere*, Dan. 12, 7. fut. cum Affixo תְּנַפְּצֵם *collidendo franges eos*, Ps. 2, 9. pl. in pausa יְנַפֵּצוּ *collidendo frangent*, Ier. 48, 12. Pyh. part. pl. foem. מְנֻפָּצוֹת *dissipati*, Ies. 27, 9.

נֶפֶץ m. *dissipatio*, Ies. 30, 30.

נְפוֹצָה f. *dispersio*, vnde pl. נְפֹצוֹת *dispersiones*, sec. Kethibh 2 Sam. 18, 8. cuius loci sic sensus erit: *et factum est bellum dispersiones*, i. e. *in dispersiones abiit*.

מַפֵּץ m. *malleus*, *quo allidendo* res *franguntur*, Ier. 51, 20.

מַפָּץ m. *allisio, fractio per allisionem*, vnde כְּלִי מַפָּצוֹ *instrumentum allisionis* siue *fractionis suae*, i. e. *instrumentum*, *quo* ille *allidendo frangit*, Ezech. 9, 2.

נְפַק Chald. *egressus est*, Dan. 2, 14. Praet. foem. נִפְקַת (ex Syrismo pro נְפַקַת) *egressa est*, Dan. 2, 13. pl. נְפַקוּ *egressi sunt*, sec.

Kethibh

Kethibh Dan. 5, 5. sed Kri habet נִפְקָה in plur. foem. quia seq. אֶצְבְּעָן gen. est commun. Part. praes. נָפֵק egrediens, egrediebatur, Dan. 7, 10. pl. נָפְקִין egredientes, egrediebantur, Dan. 3, 6. imper. pl. per Aphaeresin, פֻּקוּ exite, Dan. 3, 26. Aphel praet. הַנְפֵּק egredi fecit; eduxit, exportauit, Dan. 5, 2. Esr. 5, 14. c. 6, 5. pl. הַנְפִּקוּ eduxerunt, eduxerant, apportauerant, Dan. 5, 3.

נִפְקָא f. sumtus, impensa, German. was drauf gehet, vnde in Statu Emphat. נִפְקְתָא Esr. 6, 4. 8. conf. Verbum Hebr. יָצָא pro impendi 2 Reg. 12, 13.

נָפַשׁ in Kal insuit. proprie flauit, spirauit, respirauit, (alias נשׁב et נשׁם,) adeoque viuus, animatus fuit: quia vita per respirationem sese prodit. Niph. fut. יִנָּפֵשׁ q. d. respirans fiat, animam recipiat, i. e. recreetur, Exod. 23, 12. cum Vau Conuers. וַיִּנָּפַשׁ et respirans factus, recreatus est, animam recepit, 2 Sam. 16, 14. in pausa וַיִּנָּפַשׁ Exod. 31, 17.

נֶפֶשׁ com. sed saepius foem. 1) spiratio, flatus, halitus, Hiob. 41, 13. 2) anima, Gen. 9, 4. c. 35, 18. Ps. 16, 10. etc. per Metonymiam animae facultates et affectus: vt voluntas, Gen. 23, 8. 1 Reg. 19, 3. appetitus et desiderium, Ps. 24, 4. Ies. 19, 10. Ier. 34, 16. Eccles. 6, 2. etc. prolongare animam est patientiam habere siue patienter agere, Hiob. 6, 11. 3) vita, Gen. 9, 5. Exod. 4, 19. Leuit. 17, 11. Iud. 9, 17. etc. Latinos quoque animam pro vita vsurpare, monent DAV. CLERICVS in Quaest. S. XXI. et PFOCHENIVS de linguae Graec. N. T. puritate §. 41. vid. tamen GATAKERVS in Dissert. de stylo N. T. c. 10. Hinc בְּנֶפֶשׁ contra vitam, i. e. cum vitae periculo, 2 Sam. 23, 17. 1 Reg. 2, 33. cuius contrarium est ad vitam, scil. conseruandam, Gen. 19, 17. 1 Reg. 19, 3. 2 Reg. 7, 7. 4) corpus, quod animatum fuit, siue cadauer, Leuit. 21, 11. Num. 6, 6. Hagg. 2, 14. quod tamen negat Doctiss. OEDERVS in Animaduers. S. p. 427. seq. Etiam scriptores profanos voc. animae pro corpore vti, obseruat Celeb. I. G. MICHAELIS in Dissert. de incisura propter mortuos §. 6. vt apud VIRGIL. Aeneid. III. 67. 5) per Synecdochen, totus homo animatus, Gen. 12, 5. Exod. 12, 19. Leuit. 2, 1. Num. 23, 20. Ios. 20, 3. etc. sic Graec. ψυχή apud EVRIPID. in Helena v. 52. quomodo interdum Pronominis vicem subit: ego, tu, ille ipse etc. vt Iud. 16, 30. Ps. 36, 14. Ps. 57, 5. Ps. 105, 18. Ps. 142, 8. Hiob. 4, 8. etc.) it. totum brutum animatum, vt Gen. 1, 24. 6) odor, vnde בָּתֵּי נֶפֶשׁ receptacula odoris, olfactoriola, Ies. 3, 20. quo odoris sensu etiam Arab. نفس sub-

subinde venire, obseruat Cl. SCHROEDERVS de *Vest. mulier. Hebr*. p. 151. 152. qui etiam huc refert Ies. 19, 10. vbi *lacus* נֶפֶשׁ ipsi sunt *lacus odoris* siue *foetoris*; quemadmodum radix Syr. נפש, praeter *spirandi* significationem, etiam *odorari* notat, et Arab. نسم *spirauit*, etiam de *odore* dicitur, vnde nasamon *flatus, aura, anima*, et *odor suauis*, conf. et rad. רוח, in Hiph. הריח. Cum Affixo נַפְשִׁי *anima mea*, Gen. 12, 13. Exod. 15, 9. et sec. Kri 2 Sam. 18, 13. vbi Kethibh habet נַפְשׁוֹ *anima* siue *vita eius*, scil. Absalomi. Sic Ps. 24, 2. (vbi נַפְשִׁי verba sunt Dei,) et contra Hiob. 33, 28. sicut et pro נַפְשׁוֹ occurrit נַפְשָׁהּ, cum Affixo foem. Ier. 2, 24. quia praeced. פֶּרֶא est gen. *epicoeni*. Pl. נְפָשִׁים *animae*, Ezech. 13, 20. pl. foem. נְפָשׁוֹת Exod. 12, 4. Leuit. 27, 2. in regim. נַפְשׁוֹת Gen. 36, 6. Ps. 72, 13. cum Affixo נַפְשֹׁתֵינוּ *animae nostrae*, Num. 31, 50. Ios. 2, 13.

נֹפֶת et נֶפֶת vid. sub rad. נוף.

נֵץ m. *accipiter, nisus*, vid. infra sub rad. נצה, et aliud sub נצץ.

נָצַב *posuit, statuit, fixit, erexit*, Arab. *constitit*, in Kal inusit. Niph. praet. foem. נִצְּבָה *posita, erecta est*, vel *stitit se, constitit*, Gen. 37, 7. Ps. 45, 10. Prou. 8, 2. וְנִצַּבְתָּ *et sistes te, et consistes*, Exod. 7, 15. c. 33, 21. c. 34, 2. pl. נִצְּבוּ *stiterunt se, constiterunt*, Exod. 15, 8. c. 33, 8. part. נִצָּב 1) *positus, constitutus, sistens se, consistens*, Gen. 24, 13. 43. Exod. 17, 9. Ies. 3, 13. 2) *fixus, persistens*, i. e. *certus*, Ps. 119, 89. (coll. Chald. יַצִּיבָא Dan. 3, 24.) *firmus, durabilis*, Ps. 39, 6. 3) *constitutus, praestitutus*, Ruth. 2, 5. 6. et substantiue, *praefectus*, 1 Reg. 22, 48. 4) *fixus, infixus, affixus*, et substantiue, *capulus gladii*, laminae eius *affixus*, Iud. 3, 22. Plur. נִצָּבִים *constituti, se sistentes, consistentes, stantes*, Gen. 18, 2. Exod. 5, 20. Num. 16, 27. etc. et substantiue, *praefecti*, 1 Reg. 4, 7. 27. c. 5, 17. c. 9, 23. 2 Chron. 8, 10. Foem. נִצָּבָה *consistens, stans*, i. e. *progredi non valens, delassatum, debilitatum*, Zach. 11, 16. (coll. rad. Arab. נצב *lassus fuit*, et וצב *debilis, aegrotus fuit*,) sed נִצֶּבֶת *consistens, stans, quae stabat*, 1 Sam. 1, 26. plur. נִצָּבוֹת *stantes, adstantes*, 1 Sam. 4, 20. Hiph. הִצִּיב *statuit, constituit*, it. *fixit, infixit*. Praet. הִצַּבְתָּ *statuisti, constituisti*, Gen. 21, 29. Ps. 74, 17. part. מַצִּיב *statuens*, 1 Sam. 15, 12. infin. הַצִּיב *constituere*, 1 Chron. 18, 3. *infigere*, 1 Sam. 13, 21. Imp. foem. הַצִּיבִי *statue*, Ier. 31, 21. fut. יַצִּיב *statuet*, Ios. 6, 26. et יַצֵּב Deut. 32, 8. Prou. 15, 25. etc. Hoph. praet. הֻצַּב *constitutum est*, Nah. 2, 8. part. מֻצָּב *positus*, *consti-*

conſtitutus, Gen. 28, 12. *oppoſitus*, tanquam *hoſtis*, Ieſ. 29, 3. vbi vulgo *munitionem* ſiue *vallum* intelligunt, it. *plantatus*, Iud. 9, 6. coll. rad. Chald. Syr. et Arab. נצב *plantauit*, it. Arab. *ſe oppoſuit hoſtem, obſtitit.*

נְצִיב m. in genere *poſitus*, *conſtitutus*, ſiue *poſitum*, *conſtitutum* quid: hinc 1) *praeſidium militum* alicubi *poſitum* ſiue *conſtitutum*, 1 Sam. 13, 3. 4. 1 Chron. 11, 16. 2) *ſtatua*, *poſita* ſiue *erecta*, Gen. 19, 26. 3) *praefectus*, 1 Reg. 4, 19. Pl. נְצִיבִים *praeſidia militum*, 2 Sam. 8, 6. 14. 1 Chron. 18, 13. 2 Chron. 17, 2. *praefecti*, 1 Reg. 4, 7. et ſec. Kethibh 2 Chron. 8, 10. (vbi Kri habet נִצָּבִים, in particip. coll. 1 Reg. 22, 48.) in regim. נְצִיבֵי *praeſidia militum*, 1 Sam. 10, 5.

נִצְבָּא f. Chald. *firmitas*, *fixa* et *firma conſiſtentia*, in Statu Emphat. נִצְבְּתָא Dan. 2, 41.

מַצָּב m. in regim. מַצַּב, et ſemel ſic extra regimen 1 Sam. 14, 15. *locus*, *vbi conſtituitur* vel *conſiſtit* aliquid, vulgo *ſtatio*, Ioſ. 4, 3. 9. ſpecialiter, *vbi milites conſtituuntur*: *ſtatio militum*, 1 Sam. 14, 1. 4. 6. 11. 2 Sam. 23, 14. metonymice ipſe *miles ſtationarius* ſiue *praeſidium*, 1 Sam. 13, 23. c. 14, 15. Cum Affixo in pauſa, מַצָּבֶךָ *ſtatio tua*, Ieſ. 22, 19.

מַצָּבָה f. *ſtatio militum*, 1 Sam. 14, 12.

מִצָּבָה f. id, ſec. quosdam, Zach. 9, 8.

מַצֵּבָה f. *ſtatua*, vel ſimile *momentum poſitum* et *erectum*, Gen. 28, 18. 22. Exod. 24, 4. Leuit. 26, 1. Deut. 16, 22. Hoſ. 3, 4. etc. in regim. מַצְּבַת 2 Reg. 3, 2. c. 10, 27. pl. מַצֵּבוֹת *ſtatuae*, 1 Reg. 14, 23. 2 Reg. 17, 10. in regim. מַצְּבוֹת 2 Reg. 10, 26. Ier. 43, 13. cum Affixo מַצֵּבֹתָם *ſtatuae illorum*, Exod. 34, 13. Deut. 12, 3.

מַצֶּבֶת f. id. Gen. 35, 14. 20. 2 Sam. 18, 18. ſed Ieſ. 6, 13. potius *ſtirpem* ſignificat, à *plantando* dictam, vbi et cum Affixo occurrit, מַצַּבְתָּהּ *ſtirps eius*.

נָצַג in Kal inuſit. vnde Hiph. הִצִּיג *poſuit*, *collocauit*, *ſtitit*, it. *in loco poſitum reliquit*. Praet. cum Affixo הִצִּיגַנִי *ſtitit*, *poſuit me*, ſec. Kri Ier. 51, 34. ſed ſec. Kethibh הִצִּיגָנוּ *ſtitit*, *poſuit nos*. Cum Vau Conuers. et Affixo וְהִצַּגְתִּיהָ *et ſiſtam eam*, Hoſ. 2, 3. part. מַצִּיג *ponens*, Iud. 6, 37. Infin. הַצֵּג *ponere*, Deut. 28, 56. imp. pl. הַצִּיגוּ *ſiſtite*, Amoſ. 5, 15. Fut. cum ה Parag. אַצִּיגָה *relinquam*, Gen. 33, 15. תַּצִּיג *ſiſtes*, *ſiſtas*, *colloces*, Iud. 7, 5. וַיַּצֵּג *et poſuit*, *collocauit*

locauit, Gen. 30, 38. Iud. 8, 27. pl. וַיַּצִּגוּ *et collocarunt*, 1 Sam. 5, 2. 2 Sam. 6, 17. Hoph. fut. יֻצַּג *relinquatur*, Exod. 10, 24.

נָצָה *celeriter latus eſt, volauit, auolauit*, et ex vſu Chald. *vaſtatus eſt*, in Niph. *rixatus eſt*. CASTELLVS radici ſenſum tribuit *exardeſcendi* et *incendii*, q. d. *ira incenſus eſt*, it. *igne exuſtus et deſtructus eſt*: quomodo conueniunt Samar. נצץ *ſuccenſus, accenſus eſt*, Arab. نضّ *igni admouit*, et Hebr. יצה, de quo vid. in rad. יצה, et נצץ *ſcintillauit*. Praet. pl. נָצוּ *auolarunt, celeriter abierunt*, Thren. 4, 15. infin. abſol. נָצֹא (pro נָצֹה,) *auolando, celeriter abeundo*, Ier. 48, 9. fut. pl. foem. תִּצֶּינָה *vaſtabuntur*, Ier. 4, 7. Niph. נִצָּה (pro נִנְצָה,) *alter cum altero contendit* ſiue *rixatus eſt*, ſignificatione *reciproca*, q. d. *alter in alterum inuolauit*, (Arab. نصا *prehendit antias alterius*,) it. *vaſtatus eſt*, ex vſu Chald. Praet. foem. נִצְּתָה *deuaſtata eſt*, ſec. Kethibh Ier. 2, 15. vid. in rad. יצת. Part. נִצָּה, pl. נִצִּים *mutuo rixantes*, Exod. 2, 13. it. *vaſtati*, 2 Reg. 19, 25. Ieſ. 37, 26. fut. pl. יִנָּצוּ *mutuo rixabuntur*, Exod. 21, 22. Deut. 25, 11. Hiph. הִצָּה *rixatus eſt, contendit*. Praet. pl. הִצּוּ *rixati ſunt*, Num. 26, 9. infin. cum Affixis הַצּוֹתוֹ τὸ *contendere eius*, Pſ. 60, 2. הַצֹּתָם τὸ *rixari eorum*, Num. 26, 9.

נֵץ m. *niſus*, *accipitris* ſpecies, Leuit. 11, 16. Deut. 14, 15. Hiob. 39, 26. ſic dictus, quod *volatu* maxime praeſtet: vnde HOMERO ὠκιςος et ἐλαφρότατος πετεηνῶν, HESIODO ὠκυπέτης vocatur, et Aegyptiis ſymbolum *venti* fuit, teſte HORO L. II. c. 15.

נוֹצָה f. *pluma*, vid. ſub rad. נוץ.

צִי m. *nauis*, per Aphaereſin pro נְצִי, à *celeri curſu*, quo quaſi *volare* videtur: vnde etiam tam Graeci quam Latini *nauibus volatum* et *alas* tribuunt; vt contra *auibus vela* ac *remigia*, conf. SCHMIDIVS ad PINDARI *Olymp.* p. 245. *De la* CERDA ad VIRGIL. *Georg.* IV. 59. et *Aeneid.* III. 520. HEINSIVS ad OVID. de *Arte amandi* II. 45. VORSTIVS in *Hellenolex*. L. II. c. 4. et pluribus IAC. HASAEVS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. VI. p. 303. ſeq. Plur. צִיִּים *naues*, Dan. 11, 30. (quo etiam referri poteſt Ieſ. 23, 13.) et צִים Num. 24, 24. Ezech. 30, 9.

מַצָּה f. *rixa, iurgium*, Ieſ. 58, 4. Prou. 13, 10. c. 17, 19. Aliud vid. ſub rad. מצץ.

מַצּוּת f. id. vnde cum Affixo in pauſa, *homines* מַצֻּתֶךָ *rixae tuae*, i. e. *rixatores tui* vel *rixantes tecum*, Ieſ. 41, 12.

נָצַח proprie *firmus, constans, continuus, perennis fuit, durauit,* in Kal inusit. Niph. part. foem. נִצַּחַת *continuata,* i. e. *pertinax,* Ier. 8, 5. Pih. נִצַּח *continuauit, vrsit.* Part. מְנַצֵּחַ *continuans, vrgens* opus, et substantiue, *praefectus* operi alicui, vt illud *vrgeat* et *continuandum* curet, ἐργοδιώκτης, specialiter de *praefecto musico* siue *chorago* dicitur: quo sensu frequentissime in titulis Psalmorum occurrit, vt Ps. 4, 1. Ps. 5, 1. Ps. 6, 1. Ps. 8, 1. Ps. 9, 1. etc. sic Habac. 3, 18. pl. מְנַצְּחִים *praefecti,* 2 Chron. 2, 2. 17. c. 34, 13. Infin. נַצֵּחַ *continuare, vrgere, praeesse* ad *vrgendum* et *continuandum* opus aliquod, 1 Chron. 15, 21. c. 23, 4. 2 Chron. 34, 12. Esr. 3, 8. 10.

נְצַח Chald. *vicit, superauit,* q. d. *firmus fuit, obdurauit in pugna.* Vnde Ithpahal part. מִתְנַצַּח *victorem* siue *superiorem se exhibens, exhibebat,* Dan. 6, 4.

נֵצַח m. 1) *perpetuitas, aeternitas,* Ps. 74. 3. לָנֶצַח *in aeternitatem, in aeternum, in perpetuum,* 2 Sam. 2, 26. Ps. 9, 7. 19. Hiob. 4, 20. Ies. 13, 20. Ier. 3, 5. 39. עַד נֶצַח *vsque in perpetuum,* Hiob. 34, 36. et aduerbialiter, נֶצַח *perpetuo,* Ps. 13, 2. Ps. 16, 11. Ier. 15, 18. Amos. 1, 11. pl. נְצָחִים *perpetuitates, aeternitates,* Ies. 34, 10. 2) *veritas, sinceritas,* q. d. *firmitas* et *constantia in loquendo:* quo ALB. SCHVLTENS in *Animaduers.* refert לָנֶצַח *de veritate,* Prou. 21, 28. it. *ad veritatem,* Habac. 1, 4. (coll. simili phrasi Ies. 42, 3.) et עַד נֶצַח id. Hiob. 34, 36. et cum Affixo נִצְחִי *veritas, sinceritas mea,* aliis *firmitas mea,* Thren. 3, 18. 3) *succus, humor, liquor, qui spargitur,* ex significatione radicis Arab. نضح, Aethiop. נחח, *sparsit, conspersit, fudit,* vnde cum Affixo נִצְחָם *succus, liquor eorum,* Ies. 63, 3. 6.

נֵצַח m. 1) *perpetuitas, aeternitas,* 1 Chron. 29, 11. לְנֵצַח *in perpetuum,* Ies. 34, 10. עַד נֵצַח *vsque in perpetuum,* Ps. 49, 20. 2) *veritas,* 1 Sam. 15, 29. vbi, posito *Abstracto* pro *Concreto, veritas* sumitur pro *verissimo* siue *veracissimo,* coll. Arab. natzihhon *fidelis, fidus.*

נָצַל *eripuit,* in Kal inusit. Niph. נִצַּל *ereptus est, eripuit se, euasit.* Praet. pl. נִצַּלְנוּ *erepti sumus, euasimus,* Ier. 7, 10. infin. הִנָּצֵל *eripi, euadere,* Ies. 20, 6. Habac. 2, 9. imp. הִנָּצֵל *eripe te,* Prou. 6, 3. 5. fut. cum ה Parag. אִנָּצְלָה *eripiar,* Ps. 69, 15. תִּנָּצֵל *eripieris,* 2 Reg. 19, 11. Ies. 37, 10. foem. in pausa, תִּנָּצֵלִי *eripieris, euades,* Mich. 4, 10. etc. Pih. נִצֵּל *eripuit,* it. *diripuit,* abri-

abripuit, ſpoliauit. Praet. pl. cum Vau Conuerſ. וְנִצַּלְתֶּם *et ſpoliabitis,* Exod. 3, 22. fut. pl. יְנַצְּלוּ *eripient, liberabunt,* Ezech. 14, 13. ſed וַיְנַצְּלוּ *et eripuerunt, diripuerunt,* 2 Chron. 20, 25. Hiph. הִצִּיל *eripuit, liberauit,* et alio ſenſu, *eripuit, abripuit, eruit,* vt Gen. 31, 9. 16. Praet. cum Vau Conuerſ. וְהִצִּיל *et eripiet, liberabit,* Ieſ. 31, 5. Mich. 5, 6. it. *et eripiet,* h. e. *abripiet* vel quaſi *eruet* (oculos), ſcil. ne videamus, quid ille machinetur, 2 Sam. 20, 6. coll. ſimili phraſi Num. 16, 14. וְהִצַּלְתִּי *et eripiam, liberabo,* Exod. 6, 6. 1 Sam. 17, 35. Ezech. 13, 21. 23. it. *et eripiam,* i. e. *abripiam, auferam,* Hoſ. 2, 11. part. מַצִּיל *eripiens, liberans,* Deut. 32, 39. Iud. 8, 34. inf. הַצִּיל *eripere,* Gen. 37, 22. Deut. 25, 11. et הַצֵּל *eripiendo,* Exod. 5, 23. 1 Sam. 30, 8. imp. הַצֵּל *eripe,* Prou. 24, 11. cum ה Parag. הַצִּילָה Pſ. 22, 21. Pſ. 120, 2. fut. אַצִּיל *eripiam,* Zach. 11, 7. תַּצִּיל *eripies, eripias,* 1 Sam. 30, 8. Prou. 19, 19. et תַּצֵּל Pſ. 119, 43. et ſic porro. Hoph. part. מֻצָּל *ereptus,* Amos. 4, 11. Zach. 3, 2. Hithpah. fut. pl. cum Vau Conuerſ. וַיִּתְנַצְּלוּ *et eripuerunt ſibi, ſpoliarunt ſe,* Exod. 33, 6.

נְצַל Chald. id. vnde Aphel part. מַצִּל *eripiens, liberans,* Dan. 6, 28. infin. הַצָּלָה *eripere,* Dan. 3, 29. cum Affixo הַצָּלוּתֵהּ *eripere eum,* Dan. 6, 15.

הַצָּלָה f. (Verbale Hiphilicum,) *ereptio, liberatio,* Eſth. 4, 14.

נָצַע *ſtrauit, ſubſtrauit,* alias יצע, vnde Hiph. הִצִּיעַ *ſtrauit, ſubſtrauit, ſtratum fecit.* Fut. cum ה Paragog. אַצִּיעָה *ſtratum fecero,* Pſ. 139, 8. יַצִּיעַ *ſubſternat,* Ieſ. 58, 5.

מַצָּע m. *locus ſtratus, cubile, lectus,* Ieſ. 28, 20.

נָצַץ *ſcintillauit, ſplenduit,* Chald. *floruit, germinauit: ſplendor* enim ad *virorem plantarum* referri ſolet, vt alibi ſaepius monitum. Part. praeſ. נוֹצֵץ *ſplendens,* pl. נוֹצְצִים *ſplendentes,* Ezech. 1, 7.

נֵץ com. *flos,* à *ſplendore,* vnde cum Affixo נִצָּהּ *flos eius,* Gen. 40, 10. et excidente Mappik, נִצָּה Ieſ. 18, 5. Aliud vid. ſub rad. נצה.

נִצָּה f. id. cum Affixo נִצָּתוֹ *florem ſuum,* Hiob. 15, 33.

נִצָּן m. (cum terminatione *intenſiua,*) *flos eximius,* plur. נִצָּנִים *flores eximii,* Cant. 2, 12.

נִיצוֹץ vid. ſub rad. נוץ.

נָצַק *fudit, effudit, infudit,* alias יצק: vnde fut. אֶצֹּק *fundam, effundam,* Ieſ. 44, 3. יִצֹּק *fundet,* Leuit. 14, 26. Num. 5, 15. ſic cum

Vau

Vau Conuers. וַיִּצֹק et fudit, effudit, Gen. 28, 18. Exod. 36, 36. c. 37, 3. 13. Leuit. 2, 1. etc. וַיִּצֹק et effudit, 2 Sam. 13, 9. pl. וַיִּצְקוּ et infuderunt, 2 Reg. 4, 40. Hiph. הִצִּיק fudit, effudit, it. posuit, collocauit, petita significatione à יצג vel נצג. Fut. pl. cum Vau Conuers. וַיַּצִּקוּ et collocarunt, 2 Sam. 15, 24. vbi tamen significationem fundendi siue effundendi retinendam putat OEDERVS in Centur. Coniectur. p. 264. eo sensu, quo Lat. dicitur fundere et effundere, i. e. sinere, vt decidat, deiicere: vnde humi fusus, i. e. proiectus, iacens, equo fusus pro equo lapsus. Cum Affixo וַיַּצִּקֻם et effuderunt ea, aliis, et posuerunt ea, Ios. 7, 23. Hoph. part. מֻצָּק firmatus, confirmatus, petita significatione à צוק, quod vid. al. fusus, i. e. purus instar fusi metalli, Hiob. 11, 15.

נָצַר custodiuit, seruauit, obseruauit, Aethiop. adspexit, inspexit: tam in bonam, quam in malam partem sumitur; vel posterior significatio petita est à cognato צור siue צרר, quemadmodum notio formandi à יצר. Praet. foem. נָצְרָה, vnde cum Affixo נְצָרָתַם custodiuit, obseruauit ea, Ps. 119, 129. pl. נָצְרוּ obseruarunt, obseruant, Prou. 22, 12. part. praes. נֹצֵר seruans, custodiens, Exod. 34, 7. obseruans, obseruator, Prou. 24, 12. Hiob. 7, 20. cum Affixo נֹצְרָהּ custodiens eam, Ies. 27, 3. pl. נֹצְרִים custodientes, custodes, 2 Reg. 16, 9. c. 18, 8. Ier. 31, 6. insidiose obseruantes, insidiosi obseruatores, Ier. 4, 16. in regim. נֹצְרֵי obseruantes, obseruatores, Ps. 25, 10. Ps. 119, 2. part. Pahul נָצוּר seruatus, aliis obsessus, (petita significatione à צרר vel צור,) Ezech. 6, 12. plur. נְצוּרִים seruati, in regim. נְצוּרֵי sec. Kri Ies. 49, 6. sed Kethibh habet נְצִירֵי, quod vid. inter Nomina Deriuata; foem. נְצוּרָה seruata, scil. ab euersione, vel insidiose obseruata, al. obsessa, Ies. 1, 8. pl. נְצֻרוֹת seruata, reseruata, Ies. 48, 6. Infin. absol. נָצוֹר custodiendo, scil. custodi, Nah. 2, 2. infin. constr. נְצֹר obseruare, custodire, Prou. 2, 8. Imper. נְצֹר obserua, custodi, Ps. 34, 14. Prou. 3, 21. cum Affixo et Dagesch Forti affectuoso, נִצְּרֶהָ sedulo custodi vel firmissime serua eam, Prou. 4, 13. Fut. אֶצֹּר obseruabo, Ps. 119, 69. cum ה Parag. אֶצְּרָה Ps. 119, 34. 115. in pausa אֶצֹּרָה Ps. 119, 145. cum Affixis אֶצָּרְךָ custodiam te, Ies. 42, 6. c. 49, 8. it. formarem te, (petita significatione à יצר,) sec. Kri Ier. 1, 5. sed Kethibh habet אֶצּוּרְךָ, à צור, quod ipsum quoque interdum sensum formandi habet; אֶצְּרֶנָּה obseruabo, custodiam eam, Ps. 119, 33. et אֶצְּרֶנָּה Ies. 27, 3. תִּצֹּר seruabis, custodies, Ps. 64, 2. Ies. 26, 2. et seruato נ, תִּנְצֹר, vnde cum Affixo תִּנְצְרֵנִי custodies me, Ps. 140, 2. 5. יִצֹּר custodiet, custodiat, Prou. 3, 1.

cum Affixo et Nun Epenthet. יִצְּרֶנְהוּ *custodiebat eum*, Deut. 32, 10. sed יִצְּרֵהוּ *format illud*, Ies. 44, 12. foem. תִּצֹּר *custodiet*, Prou. 13, 6. vnde cum Affixo et Nun Epenthet. per Dagesch Forte inserto, תִּצְּרֶךָּ *custodiet te*, Prou. 4, 6. et seruato Nun atque cum ה Parag. תִּנְצְרֶכָּה Prou. 2, 11. pl. יִצְּרוּ *custodient*, *custodiunt*, Prou. 20, 28. et seruato Nun, יִנְצְרוּ, in pausa יִנְצֹרוּ Deut. 33, 9. Ps. 78, 7. Prou. 5, 2. cum Affixo יִנְצְרֻהוּ *custodiant eum*, Ps. 61, 8. foem. תִּצֹּרְנָה *seruent*, *custodiant*, sec. Kri Prou. 23, 26. sed Kethibh habet תִּרְצֶנָה, deficiente Iod pro תִּרְצֶינָה, (à רצה,) *acquiescant*, *delectentur*.

נֵצֶר m. *surculus*, Ies. 11, 1. c. 14, 19. c. 60, 21. Dan. 11, 7. à rad. Arab. نضر *laete viruit*, alias نطر *germina sua ostendit*, *reuiruit*.

נָצִיר m. *seruatus*, pl. נְצִירִים *seruati*, in regim. נְצִירֵי sec. Kethibh Ies. 49, 6. sed Kri habet נְצוּרֵי, in part. Pahul.

נָצוּר m. *insidiosa obseruatio*, *speculatio*, et per Metonymiam *specula*, in qua fit *obseruatio insidiosa*, coll. 2 Reg. 16, 9. c. 18, 8. vnde pl. נְצוּרִים *speculae*, Ies. 65, 4.

נְצוּרַת f. id. vnde in regim. נְצֻרַת לֵב *cum insidiosa obseruatione cordis*, i. e. quae fit *corde* et *animo*, subintellecto Praefixo ב, vt in praeced. שִׁית pro בְּשִׁית, Prou. 7, 10.

נִצְּרָה f. *custodia accurata et studiosa*, Ps. 141, 3.

נָצַת *accendit*, *incendit*, *succendit*, et intransitiue, *incendit se*, *accensus*, *incensus est*, *arsit*. Fut. cum Vau Conuers. וַתִּצַּת *et incendit*, *incendium fecit*, Ies. 9, 17. sed pl. יִצַּתּוּ (cum Dagesch Forti *affectuoso*, *celeritatis* et *vehementiae* indice,) *incendentur*, Ies. 33, 12. Ier. 51, 58. Niph. נִצַּת *accensus*, *incensus est*. Praet. foem. נִצְּתָה *accensa est*, 2 Reg. 22, 13. Ier. 9, 12. pl. נִצְּתוּ *incensae sunt*, Neh. 1, 3. c. 2, 17. Ier. 9, 9. et sec. Kri Ier. 2, 15. vbi Kethibh habet נִצְּתָה *incensa est*, (in sing.) scil. vnaquaeque vrbium; vel *deuastata est*, scil. vnaquaeque vrbium, (à נצה,) de qua constructione conf. pluribus b. DANZII *Sinceritas Scripturae V. T. suspicione erroris eluctans* c. 2. Hiph. praet. הִצִּית *incendit*, *accendit*, Ier. 11, 16. וְהִצַּתִּי (pro וְהִצַּתְּתִּי) *et incendam*, Ier. 17, 27. Amos. 1, 14. pl. הִצִּיתוּ *incenderunt*, 2 Sam. 14, 31. Ier. 51, 30. part. מַצִּית *incendens*, Ezech. 21, 3. imp. pl. cum Affixo וְהַצִּיתוּהָ *et incendite eam*, sec. Kri 2 Sam. 14, 30. sed Kethibh habet וְהוֹצִיתִיהָ, quod vid. in rad. יצת. Fut. cum Vau Conuers. וַיַּצֵּת *et accendit*, Thren. 4, 11. pl. תַּצִּיתוּ *incendetis*, *incendatis*, Ios. 8, 8. וַיַּצִּיתוּ *et incenderunt*, Ios. 8, 19. Iud. 9, 49. 2 Sam. 14, 30.

נָקָא Hebr. et נְקָא Chald. vid. infra sub rad. נקה.

נָקַב *incidit, perforauit, perfodit, effodit, traiecit, excauauit,* metaphorice *definiuit, praecise designauit, expresse nominauit:* quia res *expresse designanda,* digito, baculo vel simili modo attingere solemus, quasi eas *perfodere* velimus; vel conf. quae de vocabulis *secandi* obseruauimus *in Arcano Form.* p. 37. 66. 70. it. *maledixit, exsecratus est,* q. d. *conuitiis proscidit, contumeliis lacerauit, famam sauciauit,* et quae plures sunt Latinorum phrases synonymicae. Praet. cum Vau Conuers. et Affixo וְנְקָבָהּ *et perforabit eam,* 2 Reg. 18, 21. Ies. 36, 6. part. praes. נֹקֵב *exsecrans,* Leuit. 24, 16. part. Pahul נָקוּב *perforatus,* Hagg. 1, 6. it. *expresse nominatus,* vnde pl. in regim. נְקֻבֵי *expresse nominati,* Amos. 6, 1. infin. constr. נְקֹב, cum Affixo בְּנָקְבוֹ τὸ *maledicere eius,* Leuit. 24, 16. imp. cum ה Parag. נָקְבָה *praecise designa,* Gen. 30, 28. fut. אֶקֹּב *maledicam,* Num. 23, 8. תִּקֹּב *perforabis,* Hiob. 40, 26. cum Affixo et Nun Epenthet. תִּקֳּבֶנּוּ *maledices ei,* Num. 23, 25. cum (ֳ) sub ק, ad insinuandum Cholem originarium; יִנְקָב (seruato Nun,) *traiiciet, traiiciat,* scil. aliquis, (impersonaliter,) Hiob. 40, 24. sed וַיִּקֹּב *et perforauit, perfodit,* Leuit. 24, 11. 2 Reg. 12, 10. etc. Niph. praet. pl. נִקְּבוּ *expresse nominati sunt,* Num. 1, 17. 1 Chron. 12, 31. Esr. 8, 20.

נֶקֶב m. *fistula,* à *perforando* et *excauando,* vt synonymum חָלִיל: quia et intus *perforata* ac *excauata* est, et plura insuper in latere habet *foramina.* Pl. נְקָבִים *fistulae,* cum Affixo נְקָבֶיךָ *fistulae tuae,* Ezech. 28, 13.

נְקֵבָה f. *foemina,* (à *membro genitali* distinctionis causa sic dicta,) siue ea sit *hominis,* vt Gen. 1, 27. c. 5, 2. Num. 5, 3. Deut. 4, 16. etc. siue *bruti,* vt Gen. 6, 19. Leuit. 3, 1. 6. c. 4, 28. 32. etc.

קֵבָה f. *fornix, lupanar,* vel potius *vulua, foramen genitale,* (conf. NOLDIVS in *Concordant, Particul.* not. (304.) et GVSSETIVS in *Lex.*) per Aphaeresin pro נְקֵבָה. Non potest referri ad קבב, ob Dagesch Forte deficiens; neque ad קוב, quia Cholem habet *mutabile.* Inde cum Affixo est קֳבָתָהּ *vulua eius,* Num. 25, 8. cum (ֳ) sub ק, ad insinuandum Cholem originarium, quod in Scheua abiit, sicut in צִפֳּרִים, סֻבֳּלוֹ, קָדְקֳדוֹ etc.

מַקֶּבֶת f. *malleus,* proprie *acutus, quo perforatur,* in pl. מַקָּבוֹת *mallei,* 1 Reg. 6, 7. Ies. 44, 12. Ier. 10, 4.

מַקֶּבֶת f. 1) id. Iud. 4, 21. 2) *locus perfossus, foramen,* Ies. 51, 1.

נקד

נָקַד *punctis signauit*, apud Talmudicos, *pupugit* et *discreuit*, apud Arabes: vnde part. praes. נֹקֵד *pecuarius*, 2 Reg. 3, 4. *punctando signans* et *discernens oues*. Aliter BOCHARTVS in *Hieroz*. P. I. p. 441. seq. contra quem vid. COCCEIVS in *Lex*. ad h. v. conf. quoque MAIVS in *Histor. animal*. p. 492. seq. Plur. נֹקְדִים *pecuarii*, Amos. 1, 1.

נָקֹד m. *punctatus, um*, Gen. 30, 32. 33. pl. נְקֻדִּים *punctati, a*, Gen. 30, 39. c. 31, 5. 10. 12. foem. נְקֻדָּה, pl. נְקֻדּוֹת *punctatae*, Gen. 30, 35.

נְקֻדָּה f. *punctum, stigma*, quo scil. quid ornatus causa *distinctum est*, vnde pl. נְקֻדּוֹת *puncta*, LXX στίγματα, Cant. 1, 11.

נִקֻּד m. genus *panis* vel *placentae*, quod *puncturis* inter coquendum *signabatur*, vt hodienum mazis suis Iudaei faciunt, vt ne bullent et diutius seruari queant. Vulgo *panem bis coctum* intelligunt. Sed HILLERO in *Hierophyt*. P. II. p. 175. est *panis maculis notatus*, quas praebuerint inspersa sesami, papaueris vel melanthii semina: variis enim seminibus sparsos olim panes, memorat PLINIVS L. V. c. 25. et 30. et hodienum spargi apud orientales, testatur ANGELVS à S. IOSEPHO in *Gazophylac. Pers*. p. 250. Plur. נִקֻּדִים *panes bis cocti*, Ios. 9, 5. 12. (vbi subintelligendum Praefixum כ,) 1 Reg. 14, 3.

נָקָה in genere *vacuus* (Graec. per Metathesin κενός) *fuit*, spec. 1) *sordibus vacuus* i. e. *mundus, purus fuit*, 2) *crimine vacuus* h. e. *insons fuit*, 3) *poena vacuus, impunis fuit*. Infin. absol. נָקֹה q. d. *impunis existendo*, Ier. 49, 12. Niph. praet. נִקָּה *vacuus factus, euacuatus est*, it. *insons, impunis habitus est*, Zach. 5, 3. foem. cum Vau Conuers. וְנִקָּתָה *et insons habebitur*, Num. 5, 28. in pausa וְנִקָּתָה *et euacuabitur*, Ies. 3, 26. נִקֵּיתִי *insontem me exhibui*, (sensu reciproco,) Iud. 15, 3. cum Vau Conuers. וְנִקֵּיתִי *et insons habebor* vel *praestabor*, Ps. 19, 14. infin. cum terminat. Chald. הִנָּקֵה *insontem, impunem haberi*, Ier. 25, 29. imp. foem. הִנָּקִי *impunis habitor*, Num. 5, 19. fut. תִּנָּקֶה *insons, impunis habeberis*, Gen. 24, 41. Ier. 49, 12. יִנָּקֶה *insons, impunis habebitur*, Prou. 6, 29. c. 11, 21. Pih. נִקָּה *mundum fecit, mundauit*, it. *insontem habuit* siue *delarauit, absoluit, impunem dimisit*. Praet. נִקֵּיתִי *mundaui, mundaueram*, Ioël. 4, 20. infin. cum terminat. Chald. נַקֵּה *insontem habendo, absoluendo, impunem dimittendo*, Exod. 34, 7. Num. 14, 18. imp. נַקֵּה, cum Affixo נַקֵּנִי *absolue me*, Ps. 19, 13. fut. אֲנַקֶּה, cum Affixo et Nun Epenthet. אֲנַקֶּךָּ *insontem habebo, impunem dimittam te*,

Ier.

Ier. 30, 11. c. 46, 28. יְנַקֶּה *insontem habebit*, *impunem dimittet*, Exod. 20, 7. Num. 14, 18.

נְקָא Chald. *mundus*, *purus fuit*, vnde part. Pehil נְקֵא *mundus*, *purus*, Dan. 7, 9.

נָקִיא (tanquam à נקא) Ioël. 4, 19. et sec. Kethibh Ion. 1, 14. et נָקִי *vacuus crimine*, *insons*, Exod. 21, 28. Deut. 19, 10. 1 Sam. 19, 5. etc. *vacuus obligatione*, i. e. *liber* et *immunis*, Gen. 24, 41. Ios. 2, 17. 20. *vacuus labore*, (*operum vacuum* dixit HORATIVS, *vacuum negotiis* CICERO,) 1 Reg. 15, 22. specialiter *vacuus* et *immunis à militia*, Deut. 24, 5. In regim. נְקִי Ps. 24, 4. pl. נְקִיִּם *insontes*, *immunes*, Gen. 44, 10. Num. 32, 22. Ios. 2, 17. 19. 20.

נִקָּיוֹן m. (cum terminatione *augmentatiua*,) *vacuitas omnimoda*, Amos. 4, 6. it. *mundities*, *innocentia omnimoda*, Ps. 26, 6. Ps. 73, 13. Hos. 8, 5. In regim. excidente Dagesch Forti, נִקְיוֹן Gen. 20, 5. Amos. 4, 6.

מְנַקִּית f. vnde pl. מְנַקִּיּוֹת (Verbale Pihelicum,) Num. 4, 7. Ier. 52, 19. vulgo *scopulae*, *quibus mundatur*. Sed Exod. 37, 16. 1) accensentur vasibus mensae, 2) dicitur illis *libari*, 3) dicuntur facta esse *ex auro puro*. Rectius itaque alii intelligunt *pateras*, *libatoria*: nam etiam *menikith* Syr. est *patera*, *libatorium*, et rad. Syr. in Pahel *sacrificauit*, *libauit*, q. d. *sacrificio* vel *libamine purificauit* siue *expiauit*. Cum Affixo מְנַקִּיֹּתָיו *libatoria eius*, Exod. 25, 29. c. 37, 16.

נָקַח id. quod לָקַח *cepit*, *sumsit*, *occupauit*, *accepit*, *suscepit*, *assumsit*, *abstulit*, *abripuit*, et per Synecdochen, *emit*, *comparauit*, 2 Sam. 4, 6. 1 Reg. 10, 28. Prou. 31, 16. it. *accepit* siue *duxit vxorem*, Gen. 24, 48. c. 28, 6. etc. Inde est infin. per Aphaeresin et cum ה Paragog. קַחַת *accipere*, *auferre*, Gen. 4, 11. Deut. 4, 34. et tono per Makkeph ablato, קְחַת־ 2 Reg. 12, 9. sed (ַ) sub ק mansit etiam cum Makkeph Ier. 25, 28. cum Affixo קַחְתִּי τὸ *auferre meum*, Ezech. 24, 25. imp. per Aphaeresin קַח *accipe*, *aufer*, Gen. 6, 21. Exod. 7, 9. in pausa קָח 1 Sam. 21, 10. cum ה Parag. קְחָה Gen. 15, 9. cum Affixo et Nun Epenthet. קָחֶנּוּ *accipe eum*, 1 Sam. 16, 11. Ier. 39, 12. קָחֵם *sume eos*, vnde cum linea Makkeph fit קָחֶם־ Gen. 48, 9. foem. קְחִי 1 Reg. 17, 10. Ies. 23, 16. pl. קְחוּ *accipite*, *auferte*, Gen. 42, 33. Exod. 5, 11. in pausa קָחוּ Gen. 43, 13. cum Affixo קָחֻהוּ *accipite eum*, 1 Reg. 20, 33. fut. אֶקַּח *accipiam*, *auferam*, Gen. 14, 23. 1 Reg. 11, 34. 37. cum ה Parag. אֶקְחָה Gen. 18, 5. Ies. 56, 12. cum Affixo אֶקָּחֲךָ *accipiam te*, Num. 23, 27. Hagg. 2, 23. תִּקַּח *accipies*, Gen. 7, 2. Exod. 4, 9.

יִקַּח *accipiet*, Exod. 21, 10. Leuit. 14, 6. 10. 42. pl. יִקְחוּ (pro יִקְּחוּ) *accipient*, *accipiant*, *accipiebant*, *emebant*, Gen. 14, 24. Exod. 28, 5. 1 Reg. 10, 28. in pausa יִקָּחוּ Leuit. 21, 7. Ies. 39, 7. et sic reliquae personae. Hoph. fut. יֻקַּח (pro יֻנְקַח) *capietur*, *accipietur*, *accipiatur*, *sumitur*, Gen. 18, 4. Ies. 49, 24. 25. Ezech. 15, 3. Hiob. 28, 2. sic sec. Kethibh 2 Reg. 20, 18. (vbi Kri habet יִקָּחוּ *accipient*, in fut. Kal,) וַתֻּקַּח *et assumta est*, Gen. 12, 15.

מִקָּח m. *acceptio*, in regim. מִקַּח 2 Chron. 19, 7.

מַקָּחוֹת f. *merces*, in pl. מַקָּחוֹת *merces*, Neh. 10, 32. *Dandi et accipiendi* vocabula ad *negotiationes* et *commercia* referuntur: vt Chald. et Syr. טרא *dare*, et שקל *accipere*, etiam *negotiari* significant; משא ומתן apud Talmudicos passim pro *negotiatione* venit; sic Pers. داد وستد *emtio et venditio*, proprie *datio et acceptio*, Graec. ἀποδίδομαι *vendo*, etc. conf. BOCHARTI *Canaan* p. 591.

נקט *fastidiuit*, *fastidio habuit*, vt Chald. alias קוט: vnde est praet. foem. נָקְטָה *fastidiuit*, *fastidium concepit*, Hiob. 10, 1.

נקל Hebraeis inusit. Arab. *portauit*, *transtulit è loco in locum*. Inde deriuant

מַקֵּל m. *baculus*, Num. 22, 27. Ezech. 39, 9. quod eo humeris imposito res *portentur*. Aliis potius dictus videtur à קלל *alleuatus est*, media radicali eiecta more Chald. in prima compensata: quod ambulans *baculo alleuetur* et *subleuetur*. In regim. מַקַּל Gen. 30, 37. et מַקֵּל Ier. 1, 11. Cum Affixis מַקְלִי (excidente Dagesch Forti,) *baculus meus*, Gen. 32, 10. Zach. 11, 10. 14. מַקֶּלְכֶם *baculus vester*, Exod. 12, 11. pl. מַקְלוֹת (pro מַקְּלוֹת) *baculi*, Gen. 30, 37. 38. 39. 41. 1 Sam. 17, 43.

נָקַם *vltus est*, *vindicauit*. Construitur vel cum accus. vel cum ב, ל, מן et עַל. Praet. cum Affixo et Vau Conuers. וּנְקָמַנִי *et vlciscetur me*, 1 Sam. 24, 12. part. praes. נֹקֵם *vlciscens*, *vltor*, Ps. 99, 8. Nah. 1, 2. foem. נֹקֶמֶת Leuit. 26, 25. infin. absol. נָקֹם *vindicando*, Exod. 21, 20. infin. constr. נְקֹם *vlcisci*, Ezech. 24, 8. c. 25, 12. imper. נְקֹם *vlciscere*, Num. 31, 2. fut. תִּקֹּם *vlcisceris*, Leuit. 19, 18. יִקּוֹם *vlciscetur*, Deut. 32, 43. Ios. 10, 13. Niph. נִקַּם *vindicatus est*, *vltus est se*, *vindictam sibi sumsit*. Praet. 1 pers. cum Vau Conuers. וְנִקַּמְתִּי *et vlciscar me*, 1 Sam. 14, 25. infin. הִנָּקֵם *vlcisci se*, *vindictam sumere*, 1 Sam. 18, 25. Esth. 8, 13. imp. הִנָּקֵם *vindictam sume*, Ier. 15, 15. pl. הִנָּקְמוּ *vlciscimini vos*, Ier. 50, 15. fut. cum ה Parag. אִנָּקְמָה *vlciscar me*, Iud. 16, 28. Ies. 1, 24. יִנָּקֵם *vindicabitur*, Exod.

21, 20.

21, 20. Pih. praet. cum Vau Conuers. וְנִקַּמְתִּי *et vlciscar*, 2 Reg. 9, 7. Ier. 51, 36. Hoph. fut. יֻקַּם *vindicabitur*, Gen. 4, 15. 24. Exod. 21, 21. Hithpah. part. מִתְנַקֵּם *vlciscens se*, Pſ. 8, 3. Pſ. 44, 17. fut. foem. תִּתְנַקֵּם *vlciscetur se*, Ier. 5, 9. 29. c. 9, 8.

נָקָם m. *vltio, vindicta*, Deut. 32, 35. 41. 43. Pſ. 58, 11. Prou. 6, 34. etc. in regim. נְקַם Leuit. 26, 25. Iud. 16, 28.

נְקָמָה f. id. Pſ. 149, 7. Ier. 46, 10. Ezech. 25, 15. in regim. נִקְמַת Num. 31, 2. 3. Pſ. 79, 10. cum Affixo נִקְמָתָם *vltio, vindicta eorum*, SCHVLTENSIO *crudelitas eorum*, ex Arab. Thren. 3, 60. pl. נְקָמוֹת *vltiones*, Iud. 11, 36. 2 Sam. 4, 8. Pſ. 18, 48.

נָקַע *abruptus, auulsus est*, alias fere יקע. Praet. foem. נָקְעָה *abrupta, auulsa est*, Ezech. 23, 18. 22. 28.

נָקַף *cecidit, concidit, incidit, abscidit*, alias נקב, Arab. *fidit, pertudit, perfregit, dissecuit*, it. *percussit*, vt fuste, hasta, etc. Fut. pl. in pausa יִנְקֹפוּ *caedant*, aliis, *definiant, determinent*, (conf. supra נָקַב,) Ieſ. 29, 1. Pih. praet. cum Vau Conuers. וְנִקַּף *et caedet, abscindet*, Ieſ. 10, 34. pl. נִקְּפוּ *conciderunt, pertuderunt*, Hiob. 19, 26. Hiph. הִקִּיף id. quod Kal, it. *circuiuit, circumdedit*, petita significatione à קוף. Praet. foem. הִקִּיפָה *circuiuit*, Ieſ. 15, 8. pl. הִקִּיפוּ *circuiuerunt*, Hiob. 1, 5. *circumdederunt*, Pſ. 88, 18. sed cum Affixo הִקִּיפוּנִי *pertuderunt, perfregerunt me*, (in crucifixione,) Pſ. 22, 17. quod Verbum in altero membro repetendum est: *ſicut leo quoad manus meas et pedes meos*, ſcil. *pertuderunt* ſiue *perfregerunt me*. Vulgo tamen ad significationem *circumdandi* referunt. Perſ. 2 cum Vau Conuers. וְהִקַּפְתֶּם *et circumdabitis*, 2 Reg. 11, 8. Part. pl. מַקִּיפִים *circumdantes*, 1 Reg. 7, 24. 2 Chron. 4, 3. Infin. הַקֵּף *circumeundo*, Ioſ. 6, 11. et הַקִּיף Ioſ. 6, 3. Imp. pl. cum Affixo הַקִּיפוּהָ *circuite, circumdate eam*, Pſ. 48, 13. Fut. cum Vau Conuers. וַיַּקֵּף *et circumdedit*, Thren. 3, 5. pl. תַקִּיפוּ *abscindatis*, Leuit. 19, 27. (conf. קצץ Ier. 9, 26.) יַקִּיפוּ *circumdant*, Pſ. 17, 9.

נֹקֶף m. *percussio* (arboris), quae fit fuste, vt fructus decidant: *decussio*, Ieſ. 17, 6. c. 24, 12.

נִקְפָּה f. *percussio*, ſcil. lumborum, quae alias cingulo accinguntur, Ieſ. 3, 24. conf. מחץ (significatione cum נקף conueniens,) de *lumbis* Deut. 33, 11.

נָקַץ *euigilauit, expergefactus est*, alias יקץ, vnde fut. cum Vau Conuers. וַיִּקַץ 1 Reg. 3, 15. Pſ. 78, 65. sec. quosdam codices.

נָקִיק m. *cauitas*, proprie *vacuitas*, Ier. 13, 4. petita significa-

 tione

tione à נקה *vacuus fuit*. Pl. נְקִיקִים *cauitates*, in regim. נְקִיקֵי Ies. 7, 19. Ier. 16, 16.

נָקַר *fodit, effodit, perfodit*. Infin. constr. נְקוֹר *effodere*, 1 Sam. 11, 2. fut. pl. cum Affixo יִקְּרוּהָ *effodient eum*, Prou. 30, 17. Pih. praet. נִקֵּר *perfodit, fodicauit*, Hiob. 30, 17. fut. תְּנַקֵּר *effodies*, Num. 16, 14. pl. cum Vau Conuers. וַיְנַקְּרוּ *et effoderunt*, Iud. 16, 21. Pyh. praet. pl. נֻקַּרְתֶּם *effossi estis*, Ies. 51, 1.

נִקְרָה f. *perfossio, fissura*, in regim. נִקְרַת Exod. 33, 22. pl. נְקָרוֹת *fissurae*, in regim. נִקְרוֹת Ies. 2, 21.

נָקַשׁ *aucupatus est, tendicula* siue *laqueo* posito *insidiatus est*, et hinc *illaqueauit*, alias יקש et קוש. Verbum *Praegnans* est, exprimens totum *aucupis* actum. Part. praes. נוֹקֵשׁ *illaqueans, illaqueat*, scil. Dominus improbum, Ps. 9, 17. Niph. fut. תִּנָּקֵשׁ *illaqueeris*, Deut. 12, 30. Pih. fut. יְנַקֵּשׁ *illaqueet, illaqueando capiat*, Ps. 109, 11. pl. וַיְנַקְשׁוּ *et laqueos posuerunt, laqueis positis insidiati sunt*, Ps. 38, 13. Hithpah. part. מִתְנַקֵּשׁ *apud se insidians*, vel *indesinenter insidians*, 1 Sam. 28, 9. conf. de Verbis *machinandi Arcan. Form.* p. 537. 543.

נְקַשׁ Chald. *collisit, percussit*, Arab. نقس, vnde part. praes. נָקֵשׁ, pl. foem. נָקְשָׁן *collidentes, collidebant*, Dan. 5, 6.

נֵרְדְּ m. (pro נֶרֶד) *nardus, spica Indica*, Cant. 4, 14. à *spicis comatis*, coll. rad. Arab. transpos. נדר *fronduit, comam emisit*: habet enim velut aristas plurimas, in modum *capillorum* tota collecta, et densa, velut fasciculus paruissimus, describente MATTHAEO SYLVATICO c. 650. Cum Affixo נִרְדִּי *nardus mea*, Cant. 1, 12. pl. נְרָדִים *nardi*, Cant. 4, 13.

נָשָׁא in Kal inusit. Hiph. (vbi vel cum accusat. vel cum ל, ב et עַל construitur,) praet. הִשִּׁיא *decepit, seduxit, imposuit*, Ier. 49, 16. cum Affixo הִשִּׁיאַנִי *seduxit me*, Gen. 3, 13. הִשֵּׁאתָ *seduxisti*, Ier. 4, 10. pl. cum Affixo הִשִּׁיאוּךָ *deceperunt te*, Obad. 1, 7. infin. הַשֵּׁא *seducendo*, Ier. 4, 10. fut. יַשִּׁיא *decipiet, decipiat*, 2 Reg. 18, 29. Ps. 89, 23. et sine א, יַשִּׁי *decipiat*, i. e. *ex improuiso obruat*, sec. Kri Ps. 55, 16. sed Kethibh l. c. pro יַשִּׁי מָוֶת habet יְשִׁימוֹת *desolationes*. Pl. תַּשִּׁיאוּ *decipiatis*, Ies. 37, 9. יַשִּׁיאוּ *decipiant*, Ier. 29, 8. Niph. praet. pl. נִשְּׁאוּ *decepti sunt*, Ies. 19, 13.

מַשָּׁאוֹן m. *deceptio* siue *fraus magna*, Prou. 26, 26.

מַשּׁוּאָה vid. sub rad. שאה.

נָשָׂא in genere *eleuauit, extulit, sustulit*, (conuenit enim cum נסס)

נסה,) vt Gen. 29, 1. Pſ. 28, 2. Pſ. 83, 3. et intranſitiue, *extulit ſe*, (vt Arab. نشأ,) Num. 14, 1. Ieſ. 42, 11. Hoſ. 13, 1. Nah. 1, 5. Habac. 1, 3. Pſ. 24, 9. Pſ. 89, 10. Hiob. 21, 12. c. 34, 31. Deus *faciem* ſuam *eleuat*, quando gratioſe reſpicit, Num. 6, 26. contra vero *faciem* alicuius *eleuare* ſiue *extollere*, eſt eius *perſonam ſuſpicere* et *magni facere*, Deut. 10, 17. 2 Reg. 3, 14. Hiob. 13, 10. c. 34, 19. *extollere manum* eſt *iurare*, Gen. 14, 22. Exod. 6, 8. Deut. 32, 40. Dan. 12, 7. alibi *extollere manus* eſt geſtus *precantis*, Pſ. 28, 2. Pſ. 63, 5. Pſ. 139, 2. Thren. 3, 41. *extollere vocem* eſt *claram vocem edere*, vt faciunt magno cum ſingultu et eiulatu *plorantes*, Gen. 27, 38. Iud. 2, 4. 1 Sam. 24, 6. *precantes*, Ier. 17, 16. *Deum laudantes*, Ieſ. 24, 14. *clare eloquentes* et *enunciantes*: quo poſteriori tamen ſenſu nomen קול omitti ſolet, vt Exod. 20, 7. c. 23, 1. Num. 23, 7. 18. c. 24, 3. Pſ. 15, 3. Hiob. 21, 12. Ieſ. 3, 6. Hoſ. 1, 6. *attollere animam* et *cor ad Deum*, eſt *Deum* eiusque *gratiam* et *auxilium anxie deſiderare*, Thren. 3, 41. Pſ. 25, 1. Pſ. 86, 4. Pſ. 143, 8. et ſimpliciter, *attollere animam* ad aliquid, eſt *cupere*, *animo ferri* ad aliquid, Deut. 24, 15. Pſ. 24, 4. Prou. 19, 18. Ier. 22, 27. Hoſ. 4, 8. Specialiter נָשָׂא notat 1) *ſuſtulit capiendo*, *ſumendo* et *accipiendo*: *cepit*, *ſumſit*, *accepit*: quod enim *capitur*, à loco ſuo *extollitur*, Gen. 27, 3. Num. 16, 15. Ion. 1, 12. 1 Chron. 19, 29. 2 Chron. 11, 21. c. 13, 21: *capere* vel *ſumere numerum* et *ſummam*, eſt *inire cenſum*: *recenſere*, Exod. 30, 12. Num. 1, 2. 49. c. 3, 40. 1 Chron. 27, 23. Huc quoque referunt Gen. 39, 13. 19. vt יִשָּׂא רֹאשְׁךָ ſit: *cenſum tui inibit*, ſcil. et reliquorum miniſtrorum. 2) *ſuſtulit adiuuando*, *ſubleuauit*, *adiuuit*, proprie *debilem* et *labaſcentem*, deinde quemuis *opis indigum*, 1 Reg. 9, 11. Eſr. 1, 4. c. 8, 3. conf. rad. יצא. 3) *ſuſtulit ad ferendum*: *tulit*, quocunque modo, Exod. 25, 28. Ioſ. 6, 12. Ier. 10, 5. Ezech. 17, 8. 23. *ferre peccatum* vel *iniquitatem*, eſt *luere poenam* eius, Leuit. 24, 15. Num. 14, 34. Ezech. 18, 20. et ſec. quosdam Hiob. 34, 31. vbi tamen nomen *peccati* vel *iniquitatis* omittitur. Pro actionis autem termino etiam ſic deſignat *deportare*, *auferre*, Iud. 16, 31. 1 Sam. 4, 4. 2 Reg. 10, 17. Hiob. 32, 22. *apportare*, *afferre*, Exod. 10, 13. 1 Reg. 10, 11. ſpecialius *afferre munus*: *donare*, 2 Sam. 19, 43. et ſpecialiſſime *donare poenam offenſae*: *condonare*, Gen. 18, 26. c. 50, 17. Exod. 34, 7. Num. 14, 19. Ioſ. 24, 18. etc. Praet. foem. נָשְׂאָה *accepit*, *reportauit*, Eſth. 5, 2. cum Affixo נְשָׂאַתְנִי *ſuſtulit me*, Ezech. 3, 14. c. 14, 24. נָשָׂאתָ *portaſti*, 1 Reg. 2, 26. *extuliſti*, Neh. 9, 15. *condonaſti*, Pſ. 32, 5. Pſ. 85, 3.

35, 3. cum ה Parag. נְשָׂאתָה Num. 14, 19. foem. נָשָׂאת, cum Iod otioso נָשָׂאתִי, ſicut in עָשִׂיתִי etc. vnde accedente Affixo fit נְשָׂאתִים *portaſti ea*, Ezech. 16, 58. pl. נָשְׂאוּ *geſtarunt*, *portarunt*, Hiob. 24, 10. *extulerunt*, 2 Sam. 18, 29. Pſ. 83, 3. *ſummam ceperunt* ſiue *inierunt*, Num. 31, 49. *ſubleuarunt*, Eſr. 8, 36. *acceperunt*, Eſr. 9, 2. et ſec. Kri c. 10, 44. (vbi Kethibh habet נֹשְׂאֵי *accipientes*, in part.) in pauſa נָשָׂאוּ *ſuſpexerunt*, *aeſtimarunt*, ſec. Kethibh, (ſed Kri habet נָשָׂא in ſing. vt ו pertineat ad ſeq. voc.) Thren. 4, 16. *portarunt*, Thren. 5, 13. et petita Forma à Quieſcentibus tertia radicali ה, vel ex Syrismo, וְנָשׂוּ *et ferent*, *portabunt*, Ezech. 39, 20. et ſec. quosdam cum א Paragogico ex Arabiſmo, נָשׂוּא *elocuti ſunt*, *enunciarunt*, *enunciant*, Pſ. 139, 20. repete ex praeced. *te* vel *nomen tuum*, coll. Exod. 20, 7. Deut. 5, 11. Part. praeſ. נֹשֵׂא *portans*, *extollens*, *enuncians*, *efferens* etc. Deut. 24, 15. Iud. 9, 54. Amôſ. 5, 11. pl. נֹשְׂאִים Gen. 37, 25. Deut. 31, 9. in regim. נֹשְׂאֵי Num. 10, 17. Ioſ. 3, 8. ſic ſec. Kethibh 2 Sam. 23, 37. et Eſr. 10, 44. foem. נֹשֵׂאת (pro נֹשֵׂאָה per Craſin,) Eſth. 2, 15. et נֹשֵׂאָה (per Chaldaiſmum, vid. ſimile in מצא,) 1 Reg. 10, 22. pl. נֹשְׂאוֹת Gen. 45, 23. 2 Chron. 9, 21. part. Pahul ſec. quosdam נָשׂוּא *eleuatus*, ſcil. *animâ*, i. e. *cupidus*, Pſ. 139, 20. in regim. נְשׂוּא *magni aeſtimatus*, *honoratus*, Hiob. 22, 8. Ieſ. 3, 3. c. 9, 14. et נְשֻׂא 2 Reg. 5, 1. it. *donatus remiſſione peccati*, *cui poena offenſae condonata eſt*, Ieſ. 33, 24. et pro eo נְשׂוּי Pſ. 32, 1. (petita Forma à Quieſcentibus tertia radicali ה,) pl. נְשֻׂאִים *portati*, *geſtati*, Ieſ. 46, 3. Infin. abſol. נָשׂוֹא *portando*, Ier. 10, 5. Hoſ. 1, 6. *ſumendo* ſiue *ineundo ſummam*, Num. 4, 2. 22. infin. conſtr. נְשֹׂא *ferre*, Ieſ. 1, 14. *condonare*, Gen. 4, 7. vnde cum Affixo τὸ נְשֹׂאִי *extollere meum*, Pſ. 28, 2. et defectiue, שׂוֹא *extollere*, *extollere ſe*, Pſ. 89, 10. et cum ת Parag. שְׂאֵת (per Craſin pro שְׂאֵת,) *ferre*, *portare*, Gen. 36, 7. *attollere*, Iud. 8, 28. et שְׂאֵת (quod Chaldaiſmo tribuendum, vbi e. g. pro צֶלֶם dicitur צְלֵם,) Gen. 44, 1. Prou. 18, 5. etc. aliud vid. inter Nomina. Imper. נְשָׂא *extolle*, Pſ. 10, 12. et mutato שׂ in ס et א in ה, נְסָה Pſ. 4, 7. per Aphaereſin שָׂא *tolle*, *ſume*, Gen. 27, 3. Num. 3, 40. *extolle*, Gen. 13, 14. *condona*, Gen. 50, 17. Pſ. 25, 18. foem. שְׂאִי Gen. 21, 18. Ieſ. 49, 18. ſic ſec. Kethibh Ier. 13, 20. vbi Kri habet שְׂאוּ *tollite*, *extollite*, in pl. vt Leuit. 10, 4. Pſ. 24, 7. vnde cum Affixo שָׂאוּנִי *ſumite me*, Ion. 1, 12. *ferte me*, Hiob. 21, 3. Fut. אֶשָּׂא, תִּשָּׂא, f. תִּשְׂאִי, יִשָּׂא, pl. יִשְׂאוּ, (excidente Dageſch,) Exod. 28, 43. Leuit. 22, 9. ſed in pauſa יִשָּׂאוּ, Leuit. 20, 19. 20. et cum Affixo

Affixo יִשָּׂאֻהוּ *tollent eum*, Ief. 46, 7. cum Nun Parag. et cum Affixo יִשָּׂאוּנְךָ *portabunt te*, Pf. 91, 12. תִּשְׂאוּ *fumetis*, *accipietis*, Efr. 9, 12. cum Nun Parag. in paufa תִּשָּׂאוּן Hiob. 13, 8. 10. f. תִּשֶּׂאנָה Ruth. 1, 9. et infuper cum Iod ex Forma Quiefc. tertia ה, תִּשֶּׂאינָה Ezech. 23, 49. et fine א, תִּשֶּׂנָה Ruth. 1, 14. Ier. 9, 17. Zach. 5, 9. Niph. praet. cum Vau Conuers. וְנִשָּׂא *et portabitur*, *deportabitur*, Exod. 25, 28. 2 Reg. 20, 17. part. נִשָּׂא *elatus*, *elatum*, Ief. 2, 2. 12. c. 6, 1. pl. נִשָּׂאִים *elati*, Ief. 2, 13. foem. נִשָּׂאָה *elata*, Ief. 30, 25. et נִשֵּׂאת (pro נִשָּׂאת,) *allata*, *afferebatur*, Zach. 5, 7. *elatum*, *extollebatur*, 1 Chron. 14, 2. pl. נִשָּׂאוֹת *elatae*, Ief. 2, 14. infin. הִנָּשֵׂא *efferre fe*, Ezech. 1, 19. imp. הִנָּשֵׂא *extolle te*, Pf. 7, 7. Pf. 94, 2. fut. אֶנָּשֵׂא *efferam me*, Ief. 33, 10. יִנָּשֵׂא *attolletur*, Ief. 40, 4. pl. יִנָּשְׂאוּ *attollebant fe*, Ezech. 1, 19. 20. 21. fed יִנָּשׂוּא *portantur*, Ier. 10, 5. punctationem affumit à Quiefcentibus tertia radicali ה, fimulque א Paragog. ex Arabifmo. Pih. praet. נִשֵּׂא *extulit*, 2 Sam. 5, 12. et cum (ֶ) ex Forma Quiefc. tertia ה, נִשָּׂא id. 1 Reg. 9, 19. *donauit*, 2 Sam. 19, 43. cum Vau Conuers. וְנִשָּׂא *et capiet* vel *auferet*, Amof. 4, 2. part. pl. מְנַשְּׂאִים *fubleuantes*, *adiuuantes*, Efth. 9, 3. *eleuantes*, *attollentes*, Ier. 22, 27. c. 44, 14. imp. נַשֵּׂא, cum Affixo נַשְּׂאֵם *attolle* vel *adiuua eos*, Pf. 28, 9. fut. יְנַשֵּׂא, cum Affixo et Vau Conuers. וַיְנַשְּׂאֵם *et portauit eos*, Ief. 63, 9. Hiph. הִשִּׂיא *ferre fecit*, *ferendum impofuit*. Praet. pl. cum Vau Conuers. וְהִשִּׂיאוּ *et ferre faciant*, Leuit. 22, 16. it. *et afferri iubeant*, 2 Sam. 17, 13. Hithpah. part. מִתְנַשֵּׂא *efferens fe*, 1 Reg. 1, 5. 1 Chron. 29, 11. infin. הִתְנַשֵּׂא *efferre fe*, Ezech. 17, 14. Prou. 30, 32. fut. יִתְנַשֵּׂא *efferet fe*, Num. 23, 24. foem. תִּתְנַשֵּׂא id. Ezech. 29, 15. et ת fequenti Nun per Dagefch Forte infcripto, תִּנַּשֵּׂא Num. 24, 7. vt in mafc. וַיִּנַּשֵּׂא 2 Chron. 32, 23. pl. תִּתְנַשְּׂאוּ *effertis vos*, Num. 16, 3. fed יִנַּשְּׂאוּ *efferent fe*, Dan. 11, 14.

נְשָׂא Chald. *fuftulit*, *extulit*, *abftulit*, Dan. 2, 35. *cepit*, *accepit*, *fumfit* etc. Imper. Pehal שֵׂא *accipe*, *fume*, Efr. 5, 15. Ithpahal part. foem. מִתְנַשְּׂאָה *efferens fe*, *effert fe*, Efr. 4, 19.

נָשִׂיא m. 1) *princeps*, dignitate fuper alios *elatus* fiue *euectus*, Exod. 22, 27. Leuit. 4, 22. Num. 2, 3. Iof. 22, 14. etc. in regim. נְשִׂיא Gen. 23, 6. Num. 3, 24. pl. נְשִׂיאִים *principes*, Gen. 17, 20. Exod. 34, 31. in regim. נְשִׂיאֵי Exod. 16, 22. Num. 1, 16. cum Affixo נְשִׂיאֶיהָ *principes eius*, Ezech. 32, 29. 2) נְשִׂיאִים *vapores* à terra in aërem *euecti*: *nubes*, Ier. 10, 13. c. 51, 16. Pf. 135, 7. Prou. 25, 14.

נְשׂוּאָה f. *portatio, gestatio*, vnde pl. cum Affixo נְשֻׂאֹתֵיכֶם *gestationes vestri*, i. e. imaginum vestrarum, o Bel et Nebo! Ies. 46, 1.

נְשֵׂאת f. (pro נְשֵׂאָת) *donum, munus*, 2 Sam. 19, 43. Verbale ex Pihel נִשֵּׂא *donauit*.

שִׂיא m. *elatio, eminentia, excellentia*, per Aphaeresin pro נְשִׂיא, vnde cum Affixo שִׂיאוֹ *elatio eius*, Hiob. 20, 6.

שְׂאֵת f. (pro שְׂאֶת, cum simili Aphaeresi primae radicalis Nun,) 1) id. vnde cum Affixo שְׂאֵתוֹ *eminentia eius*, Ps. 62, 5. Hiob. 31, 23. Habac. 1, 7. et excluso א per Syrismum, שֵׂתוֹ Hiob. 41, 17. 2) *condonatio, remissio*, vel *eleuatio*, scil. *capitis* et *faciei*, Gen. 4, 7. opposite ad *faciei demissionem* v. 5. et 6. conf. DEYLINGII *Obseruat. S.* P. III. n. 2. 3) *tumor*, q. d. *elatio cutis*, Leuit. 13, 2. 10. 19. 28. 43. c. 14, 56.

מַשֹּׂא m. *eleuatio*, scil. *faciei* alterius, i. e. *existimatio*, 2 Chron. 19, 7.

מַשָּׂא m. 1) *id, ad quod anima attollitur, Obiectum desiderii*, Ezech. 24, 25. coll. rad. Deut. 24, 15. Ps. 25, 1. Ps. 86, 4. Ier. 44, 14. etc. 2) *portatio*, (actio, qua *portans* occupatur,) sec. quosdam, Num. 4, 15. 24. 47. 2 Chron. 20, 25. 3) *onus, quod portatur*, Num. 4, 15. 47. 2 Reg. 5, 17. 2 Chron. 17, 11. Ies. 46, 1. 2. etc. cum Affixo מַשָּׂאָם *onus eorum*, Num. 4, 27. 31. 32. 4) *effatum*, specialiter *propheticum*, Ies. 13, 1. Ier. 23, 33. 34. Nah. 1, 1. Zach. 9, 1. etc. 5) *donum, munus*: vnde *argentum doni*, i. e. *dono datum*, vt accipi potest 2 Chron. 17, 11.

מַשָּׂא m. *onus*, vnde cum Affixo מַשַּׂאֲכֶם *onus vestrum*, Deut. 1, 12.

מַשָּׂאָה f. id. Ies. 30, 27. et alia terminatione foem.

מַשְׂאֵת f. (pro מַשְׂאָה,) 1) *onus*, Zeph. 3, 18. 2) *oblatio, donum, munus*, Ier. 40, 5. Esth. 2, 18. specialiter *esculentum*, in regim. מַשְׂאַת Gen. 43, 34. 2 Sam. 11, 8. Ps. 141, 2. Amos. 5, 11. 2 Chron. 24, 6. 9. pl. מַשְׂאוֹת *oblationes, dona, munera*, Gen. 43, 34. cum Affixo מַשְׂאוֹתֵיכֶם *oblationes vestrae*, Ezech. 20, 40. 4) *ablatio, abreptio*, pl. מַשְׂאוֹת *ablationes, abreptiones*, Ezech. 17, 9. 5) *effatum*, spec. *propheticum*, pl. מַשְׂאוֹת *effata prophetica, vaticinia*, Thren. 2, 14. 6) *eleuatio*, in regim. מַשְׂאַת Ps. 141, 2. 7) *elatio, ascensio*, spec. *fumi* et *ignis*: *incendium*, (ex Verbi significatione *intransitiua*,) Iud. 20, 40. Ier. 6, 1. in regim. מַשְׂאַת Iud. 20, 38.

נָשַׁב *flauit, spirauit*. Praet. foem. נָשְׁבָה *flauit, spirauit*, Ies. 40, 7.

40, 7. Hiph. הִשִּׁיב *flare fecit*, it. *difflauit*, *flatu abegit*. Fut. יַשֵּׁב *flare facit*, Pſ. 147, 18. ſed cum Vau Conuers. וַיַּשֵּׁב *et difflauit*, *flatu abegit*, Gen. 15, 11.

נָשַׂג in Kal inuſit. Hiph. הִשִּׂיג *attigit*, *pertigit*, *aſſecutus*, *conſecutus*, *potitus eſt*, et ſemel *attingere fecit*, *admouit*, 1 Sam. 14, 26. ſemel quoque *mouit*, *remouit*, petita ſignificatione à נסג, Hiob. 24, 2. Praet. cum Vau Conuers. וְהִשִּׂיג *et attinget*, *pertinget*, Leuit. 26, 5. foem. הִשִּׂיגָה *conſecuta*, *potita eſt*, Leuit. 25, 26. 49. pl. הִשִּׂיגוּ *attigerunt*, *pertigerunt*, Gen. 47, 9. Zach. 1, 6. cum Affixo הִשִּׂיגוּהָ *aſſecuti ſunt eam*, Thren. 1, 3. part. מַשִּׂיג *attingere faciens*, *admouens*, 1 Sam. 14, 26. ſed cum Affixo מַשִּׂיגֵהוּ *attingens eum*, Hiob. 41, 18. foem. מַשֶּׂגֶת *aſſequens*, *conſequens*, *potiens*, Leuit. 14, 21. 1 Chron. 21, 12. infin. הַשֵּׂג *aſſequendo*, 1 Sam. 30, 8. fut. אַשִּׂיג *aſſequar*, Exod. 15, 9. יַשִּׂיג *attinget*, *pertinget*, Leuit. 26, 5. et יַשֵּׂג *aſſequatur*, *potiatur*, Pſ. 7, 6. cum Vau Conuers. וַיַּשֵּׂג *et aſſecutus eſt*, Gen. 31, 25. pl. יַשִּׂיגוּ *attingent*, *conſequentur*, Ieſ. 35, 10. *attingunt*, *aſſequuntur*, Prou. 2, 19. it. *mouent*, *remouent*, pro יַסִּיגוּ, Hiob. 24, 2. cum Nun Parag. יַשִּׂיגוּן *attingent*, *conſequentur*, Ieſ. 51, 11.

שִׂיג m. 1 Reg. 18, 27. vulgo *inſectatio*, per Aphaereſin pro נְשִׂיג; ſed נשג non eſt *inſectari*: vnde rectius ad rad. סוג, *recedere*, refertur, vt diſtinctionis cauſa à סיג, *ſcoria*, ſic ſcriptum ſit.

נָשָׁה in genere *tradidit*, *commiſit*, Arab. نسي *reliquit*, *miſſum fecit*, ſpecialiter 1) *oblitus eſt*, *obliuioni tradidit*, 2) *mutuo dedit*, q. d. *tradidit* ſiue *commiſit pecuniam debitori*, et in malam partem, *in vſuram dedit*, *foeneratus eſt*: quomodo cum ב conſtruitur. 3) *mutuo accepit*, q. d. *tradidit*, *reliquit pignus creditori*. Aliquoties Formam mutuatur à נָשָׂא. Praet. נָשִׁיתִי *mutuo dedi*, Ier. 15, 10. it. *oblitus ſum*, Thren. 3, 17. cum Vau Conuers. וְנָשִׁיתִי *et obliuiſcar*, Ier. 23, 39. pl. נָשׁוּ *mutuo dederunt*, Ier. 15, 10. Part. praeſ. נֹשֶׁה 1) *mutuo dans*, Deut. 24, 11. et ſubſtantiue, *creditor*, 2 Reg. 4, 1. in malam partem, *creditor vſurarius*, *foenerator*, vt Exod. 22, 25. Pſ. 109, 11. ſcribitur etiam ſic cum א pro ה, נֹשֵׁא 1 Sam. 22, 2. Ieſ. 24, 2. 2) *mutuo accipiens*, Ieſ. 24, 2. plur. נשים *mutuo dantes*, Neh. 5, 10. 11. ſed נֹשְׁאִים (ex Syriſmo pro נֹשִׁים, à ſing. נֹשֶׁא,) *foenerantes*, Neh. 5, 7. cum Affixo נוֹשַׁי *creditores mei*, Ieſ. 50, 1. Infin. abſol. נָשֹׁא *obliuiſcendo*, Ier. 23, 39. Fut. יֶשִׁי, in pauſa יֶשִׁי Deut. 32, 18. pertinet ad rad. שיה. Niph. fut. תִּנָּשֶׁה, vnde cum Affixo תִּנָּשֵׁנִי *immemor*, *obliuiſcens fias mei*, Ieſ. 44, 21. Pih. inf. cum Affixo נַשַּׁנִי *obliuiſci faciendo me*, ſcil. *fecit*, Gen.

Gen. 41, 51. cum (ֶ) ante Affixum, vt 1 Chron. 12, 17. Hiph. fut. תַּשֶּׁה *mutuo dabis*, Deut. 24, 10. יַשֶּׁה *mutuo dederit*, Deut. 15, 2. *mutuo det*, i. e. *differat*, al. *obliuiscatur*, Hiob. 11, 6. Sed יַשִּׁי vid. in rad. נשא.

נָשֶׁה m. Gen. 32, 33. vulgo *luxatus*, q. d. *obliuiscens*, *nihil sentiens*, LXX ὁ ἐνάρκησε, coll. Arab. cognat. وثا et وثي *luxatus est*, vid. pluribus *Arcan. Form.* p. 45. Sed גִּיד הַנָּשֶׁה non potest esse *neruus luxatus:* quia l. c. in omni animali sic appellatur; ergo נָשֶׁה potius explicandum *luxabilis*, *qui facile luxatur:* quo nomine *neruus* quidam specialis dicitur, Arab. نَسًا, i. e. *neruus* siue *tendo*, *qui per femur et crus ad talos defertur*, Graec. voce cognata, ἰσχίον, h. e. (teste POLLVCE,) *neruus* ille siue *articulus*, *qui coxendicem femori committit*. Hebr. sic dictus videtur à *tradendo* et *committendo:* quia femori *commissus* est.

נְשִׁי m. *debitum*, quod *passiuum* vocant, h. e. *id*, *quod quis mutuo accepit*, cum Affixo נִשְׁיֵךְ *debitum tuum*, sec. Kri 2 Reg. 4, 7. sed Kethibh habet נִשְׁיְכִי, cum Affixo Chald.

נְשִׁיָּה f. *obliuio*, Ps. 88, 13.

נָשִׁים f. pl. vid. sub rad. אנש.

מַשֶּׁה m. *debitum*, quod *actiuum* vocant, *id*, *quod alteri mutuo datum est*, in regim. מַשֵּׁה Deut. 15, 2.

מַשָּׁא m. (petita Forma à נשא,) 1) *mutui datio*, idque *cum foenore*, *foeneratio: foenus*, Neh. 5, 7. 2) idem quod praeced. מַשֶּׁה, sec. optimos codices, Neh. 10, 32.

מַשָּׁאָה f. *mutuum*, *mutuo datum*, vnde in regim. מַשַּׁאת (ex Syrismo pro מַשְּׁאַת,) Deut. 24, 10. pl. מַשָּׁאוֹת *mutua*, *debita*, Prou. 22, 26.

נָשַׁט id. quod שׁוּט. Inde est מָשׁוֹט *remus*, pro מִנְשׁוֹט, vid. sub rad. שׁוט.

נָשַׁךְ *momordit*, it. *in vsuram datus est*, vid. seq. נֶשֶׁךְ. Praet. cum Affixo et Vau Conuers. וּנְשָׁכוֹ *et mordebit eum*, Amos. 5, 19. part. praes. נֹשֵׁךְ *mordens*, Gen. 49, 17. pl. נֹשְׁכִים *mordentes*, Mich. 3, 8. cum Affixo נֹשְׁכֶיךָ *mordentes te*, Habac. 2, 7. part. Pahul נָשׁוּךְ *morsus*, Num. 21, 9. fut. יִשָּׁךְ *mordebit*, Prou. 23, 32. it. *in vsuram datur*, Deut. 23, 20. et יִשֹּׁךְ *mordebit*, Eccles. 10, 11. cum Affixo et Nun Epenth. יִשְּׁכֶנּוּ *mordebit eum*, Eccles. 10, 8. Pih. praet. pl. cum Vau Conuers. וְנִשְּׁכוּ *et mordebunt*, Ier. 8, 17. fut. וַיְנַשְּׁכוּ *et momorderunt*, Num. 21, 7. Hiph. fut. תַּשִּׁיךְ *in vsuram dabis*, Deut. 23, 19. 20.

נשך

נֶשֶׁךְ m. *datio in vsuram, foeneratio: foenus*, Exod. 22, 24. Leuit. 25, 36. 37. Deut. 23, 20. Pf. 15, 5. Prou. 28, 8. à *mordendo* dicitur: quia per vsuram debitoris facultates quasi *admordentur* et atteruntur, (sicut Arab. قرض est *rodere*, in 3 Coniug. *foenerare*, *mutuo dare*, conf. rad. בצע,) facta simul allusione quadam paronomastica ad praeced. rad. נשה.

נִשְׁכָּה f. *cella, conclaue*, Neh. 13, 7. sec. FORSTERVM et AVENARIVM pro שְׁכָנָה, à שכן *habitauit*, sec. HILLERVM pro כְּנִשָׁה, à כנש *collegit*. Cum Affixo נִשְׁכָּתוֹ *conclaue suum*, Neh. 3, 30. pl. נְשָׁכוֹת *conclauia, cellae*, Neh. 12, 44. Vid. suo loco לִשְׁכָּה.

נָשַׁל *extraxit, excussit, eiecit*, et intransitiue, *excussit se, excussus est*. Praet. cum Vau Conuers. וְנָשַׁל *et eiiciet*, Deut. 7, 1. 22. it. *et excutietur*, Deut. 19, 5. imper. per Aphaeresin, שַׁל *extrahe*, Exod. 3, 5. Iof. 5, 15. fut. יִשַּׁל *excutietur, decutietur*, Deut. 28, 40. sed יֵשֶׁל *extrahet, eiiciet*, Hiob. 27, 8. Formam accepit tanquam à שלה, (vnde et שִׁלְיָה, vid. rad. שלה,) cum Apocope tertiae radicalis ה, sicut יֵרֶא dicitur à ראה etc. Pih. fut. cum Vau Conuers. וַיְנַשֵּׁל *et eiecit*, 2 Reg. 16, 6.

נָשַׁם *spirauit, respirauit*, et consequenter *vixit*: vnde sec. quosdam fut. אֶשֹּׁם *spirabo* vel *spiro*, Ief. 42, 14. (quod tamen alii referunt ad שמם, coll. Ezech. 36, 3.) et יִשֹּׁם *spirabit*, 1 Reg. 9, 8. (coll. ib. וְיִשְׁרֹק,) Ier. 18, 16. c. 19, 8. c. 49, 17. c. 50, 13. sed vid. שמם.

נְשָׁמָה f. *halitus, spiritus, anima, vita*, Ief. 2, 22. c. 42, 5. Dan. 10, 17. etc. metonymice *substantia respirans* et *viua*, Deut. 20, 16. Iof. 10, 40. 1 Reg. 15, 29. Pf. 150, 6. etc. in regim. נִשְׁמַת Gen. 2, 7. Prou. 20, 27. cum Affixo נִשְׁמָתִי *spiritus, vita mea*, Hiob. 27, 3. pl. נְשָׁמוֹת *spiritus, animae*, Ief. 57, 16.

נִשְׁמָא f. Chald. id. vnde cum Affixo נִשְׁמְתָךְ *spiritus, anima tua*, Dan. 5, 23.

תִּנְשֶׁמֶת f. cum ת *Continuitatis* nota, 1) *chamaeleon*, à *continua aurae captatione*, Leuit. 11, 30. os enim *hiatu perpetuo* diducit atque *spiritu aërem ducit*, quo solo vesci creditur, conf. BOCHARTVS in *Hieroz*. P. I. L. IV. c. 6. et VOSSIVS de *Idololatria* L. III. c. 55. 2) *noctua*, Leuit. 11, 18. Deut. 14, 16. quomodo Formam quidem habet à נשם, sed significationem à שמם *obstupuit*: quod eius forma insolita reliquae auiculae *obstupescant*. DIO CHRYSOSTOMVS in *Sermon. Olymp*. φασὶν, ὅτι θαυμάζει τὴν

τὴν γλῶκα τὰ ὄρνεα. Ad significationem ה Hemantici notionis Hithpahelicae conf. sic Verba שאה, שמם et חמה in Hithpah.

נָשַׁף *flauit, spirauit*, Ief. 40, 24. Praet. נָשַׁפְתָּ *flauisti, spirasti*, Exod. 15, 10. Praeterea non occurrit.

נֶשֶׁף m. *crepusculum, nox, tenebrae*, vbi frigidior aura *spirare* solet, 1 Sam. 30, 17. 2 Reg. 7, 5. 7. Pf. 119, 147. Prou. 7, 9. Ief. 5, 11. Ier. 13, 16. etc. cum Affixo נִשְׁפּוֹ *crepusculum eius*, Hiob. 3, 8.

יַנְשׁוֹף m. Ief. 34, 11. et יַנְשׁוּף Leuit. 11, 17. Deut. 14, 16. (cum Iod Hemantico, *Continuitatis* nota,) *noctua* vel *bubo, continuo in tenebris degens et vagans*, petita significatione à נֶשֶׁף *nox, tenebrae*; (sicut Lat. *noctua* dicitur à *nocte*, et *vespertilio* à *vespere*, Graec. νυκτερὶς à νὺξ,) vel à rad. Arab. transposita כנש *noctu euagatus est*, vnde et nesâschon *vespertilio*.

נָשַׁק in genere *adiunxit, appendit, adhaerere fecit*, (Arab. نسق *disposuit, vt adhaereret, adiunxit, appegit*,) et intransitiue, *adiunxit se, adhaesit*, conf. Ezech. 3, 13. vbi pro חבר vsurpatur, coll. c. 1, 9. 11. specialiter 1) *armauit se*, q. d. *appendit, adiunxit sibi arma*, 2) *osculatus, amplexatus est, os ori adiunxit*, 2 Sam. 15, 5. 1 Reg. 19, 18. etc. Praet. foem. נָשְׁקָה *osculata est*, Prou. 7, 13. pl. in pausa נָשָׁקוּ *osculatae sunt*, Pf. 85, 11. part. praef. נֹשֵׁק *armans se, armatus*, pl. נֹשְׁקִים *armantes se, armati*, in regim. נֹשְׁקֵי 1 Chron. 12, 2. 2 Chron. 17, 17. Pf. 78, 9. infin. constr. נְשֹׁק *osculari*, 2 Sam. 20, 9. imp. per Aphaeresin שַׁק, vnde cum ה Parag. שְׁקָה (cum Scheua Composito, ad insinuandum (ַ) originarium,) *osculare*, Gen. 27, 26. fut. אֶשַּׁק, vnde cum ה Parag. אֶשְּׁקָה (cum Scheua Compos. sub ש, ad insinuandum Cholem originarium,) *osculabor*, 1 Reg. 19, 20. et אֶשָּׁק, vnde אֶשָּׁקְךָ *oscularer te*, Cant. 8, 1. יִשַּׁק *osculabitur*, Gen. 41, 40. Prou. 24, 26. (in quo posteriore tamen loco SCHVLTENS vertit: *armatus erit*,) pl. וַיִּשְּׁקוּ *et osculati sunt*, 1 Sam. 20, 41. cum Nun Parag. in pausa, יִשָּׁקוּן *osculentur*, Hos. 13, 2. Pih. infin. נַשֵּׁק *osculari*, Gen. 31, 28. imper. pl. נַשְּׁקוּ *osculamini*, Pf. 2, 12. fut. cum Vau Conuers. וַיְנַשֵּׁק *et osculatus est*, Gen. 29, 13. c. 31, 55. c. 45, 15. Hiph. part. foem. pl. מַשִּׁיקוֹת *adiungentes se* more *osculantium*, Ezech. 3, 13.

נֶשֶׁק m. 1) *armatura*, vel q. d. *armatio*, Pf. 140, 8. 2) *arma, quibus armatur*, 2 Reg. 10, 2. 2 Chron. 9, 24. Ief. 22, 8. etc. 3) metonymice *armamentarium*, Neh. 3, 19.

נֵשֶׁק m. *arma*, 1 Reg. 10, 25. Hiob. 20, 24.

נְשִׁיקָה f. *osculatio*, *osculum*, pl. נְשִׁיקוֹת *oscula*, Prou. 27, 6. Cant. 1, 2.

נָשַׁק in Kal inusit. Hiph. הִשִּׂיק *accendit*, *incendit*. Praet. pl. cum Vau Conuers וְהִשִּׂיקוּ *et accendent*, Ezech. 39, 9. fut. יַשִּׂיק *accendit*, Ies. 44, 15. Niph. praet. foem. נִשְּׂקָה *accensus est* (ignis), Ps. 78, 21.

נָשַׁר id. quod ישר, vnde fut. pl. mixtum ex masc. et foem. cum Vau Conuers. וַיִּשַּׁרְנָה *et recta iuerunt*, 1 Sam. 6, 12. Vid. quoque ישר.

נֶשֶׁר m. *aquila*, Leuit. 11, 13. Deut. 14, 12. Ps. 103, 5. Prou. 23, 5. etc. sic dicta putatur, quod *rostro carpat* et *vellicet*, ex significatione radicis Arab. نسر *rostro vulsit carpsitque*, quod specialiter de *accipitre*, *aquilae* specie, dicitur, vnde et *nesron aquila*. De aliis deriuationibus vid. *Arcan. Form.* p. 623. Plur. נְשָׁרִים *aquilae*, Exod. 19, 4. 2 Sam. 1, 23. Ies. 40, 31. Ier. 4, 13. in regim. נִשְׁרֵי Thren. 4, 19.

נְשַׁר m. Chald. id. Dan. 7, 4. pl. נִשְׁרִין *aquilae*, Dan. 4, 30.

נָשַׂר, Chald. נסר *secuit*, *dissecuit*, Arab. نشر, وشر et اشر, Aethiop. ወሰረ፡ Lat. *serrauit*. Inde deriuant Hiph. fut. וַיָּשַׂר *et dissecuit*, potius, *dissecare* siue *secare iussit*, *ad serrandum coëgit*, 1 Chron. 20, 3. quod sit pro וַיָּשַׂר, petita Forma à שור. Vid. tamen rad. שור.

מַשּׂוֹר m. *serra*, *qua ligna dissecantur*, Ies. 10, 15.

נָשַׁת *defecit*. Praet. foem. נָשְׁתָה Ier. 51, 30. in pausa, נָשָׁתָּה (cum Dagesch Forti, quale habes in נִחֲנוּ pro נִחַנוּ, vid. infra נחן,) Ies. 41, 17. Niph. vel Pih. praet. pl. cum Vau Conuers. וְנִשְּׁתוּ *et consumentur*, vel ex Pih. *et plane deficient*, Ies. 19, 5.

נִשְׁתְּוָן m. *epistola*; Esr. 4, 7. c. 7, 11. vox origine Persica, per transpositionem pro נִוִשְׁתָּן, à Verbo نوشتن *nowischten*, vel نوستن *nowisten*, alias نبشتن *nebischten*, i. e. *scribere*.

נִשְׁתְּוָן m. Chald. id. vnde in Statu Emphat. נִשְׁתְּוָנָא Esr. 4, 18. 23. c. 5, 5.

נָתִיב m. *semita*, *via*, proprie *aggesta* et *elata*, Ps. 78, 50. Hiob. 18, 10. c. 28, 7. c. 41, 24. (conf. מְסִלָּה רָמָה Ies. 49, 11.) à rad. Arab. نتب *elatus fuit*, *eminuit*. In regim. נְתִיב Ps. 119, 35. cum Affixo נְתִיבָה (excidente Mappik pro נְתִיבָהּ) *semita eius*, scil. iustitiae, Prou. 12, 28.

נְתִיבָה f. id. Ief. 43, 16. cum Affixo נְתִיבָתִי *femita mea*, Pf. 142, 4. Hiob. 30, 13. pl. נְתִיבוֹת *femitae*, Iud. 5, 6. Ief. 58, 12. cum Affixo נְתִיבוֹתֶיהָ *femitae eius*, Prou. 3, 17. Hof. 2, 8.

נָתַח in Kal inufit. Pih. praet. נִתַּח *in frufta diuifit*, Leuit. 8, 20. fut. אֲנַתֵּחַ, cum Affixo אֲנַתְּחֶהָ *in frufta diuidebam eam*, Iud. 20, 6. תְּנַתֵּחַ *diuides*, Exod. 29, 17. וַיְנַתַּח *et diuifit*, 1 Reg. 18, 33. etc.

נֵתַח et **נֶתַח** m. *fruftum*, *membrum*, *fegmentum*, Ezech. 24, 4. pl. נְתָחִים *frufta*, *membra*, Leuit. 1, 8. Iud. 19, 29. cum Affixo נְתָחָיו *frufta*, *membra eius* vel *fua*, Exod. 29, 17. Ezech. 24, 4.

נָתַךְ proprie *fluxit*, *defluxit*, vulgo *fufus*, *effufus eft*. Fut. תִּתַּךְ *defluet*, *effundetur*, 2 Chron. 12, 7. Ier. 42, 18. Dan. 9, 27. pl. cum Vau Conuers. וַתִּתְּכוּ *et fluxerunt*, *effufi funt*, Hiob. 3, 23. Niph. praet. נִתַּךְ *fufus*, *effufus*, *liquatus eft*, q. d. *fluere*, *defluere factus eft*, Exod. 9, 33. 2 Sam. 21, 10. foem. נִתְּכָה *effufa eft*, Nah. 1, 6. 2 Chron. 34, 21. pl. cum Vau Conuers. וּנְתַּכְתֶּם *et fundemini*, *liquabimini*, Ezech. 22, 21. part. foem. נִתֶּכֶת *effufa*, *effunditur*, Ier. 7, 20. Hiph. הִתִּיךְ *fluere fecit*, *fudit*, *effudit*, *liquauit*. Praet. cum Vau Conuers. וְהִתַּכְתִּי *et fundam*, *liquabo*, Ezech. 22, 20. pl. הִתִּיכוּ *effuderunt*, 2 Reg. 22, 9. infin. הַנְתִּיךְ *fundere*, *liquare*, Ezech. 22, 20. fut. תַּתִּיךְ, cum Affixo תַּתִּיכֵנִי *fundebas*, *conflabas me*, SCHVLTENSIO, coll. rad. Arab. *compreffis digitis exprimebas me*, Hiob. 10, 10. pl. cum Vau Conuers. וַיַּתִּיכוּ *et effuderunt*, 2 Chron. 34, 17. Hoph. praet. pl. הֻתַּכוּ *fufi*, *liquati eftis*, Ezech. 22, 22.

הִתּוּךְ m. (Verbale Hiphilicum,) *fufio*, *liquatio*, Ezech. 22, 22.

נָתַן in genere *pofuit*, *ftatuit*, Leuit. 4, 7. 1 Reg. 7, 39. fpecialiter 1) *dedit*, q. d. *pofuit in* alicuius *manu* fiue *poteftate*, vt Gen. 12, 7. Deut. 1, 36. Iof. 2, 9. *tradidit*, Leuit. 26, 25. Ief. 36, 15. Ier. 32, 4. Efr. 9, 7. *tribuit*, *attribuit*, Graec. ἀνατιθέναι et περιτιθέναι, 1 Sam. 18, 8. Pf. 68, 35. Hiob. 1, 22. Ief. 42, 8. Ier. 13, 13. 2) *permifit*, *conceffit*, q. d. *pofuit in* alterius *arbitrio*, (ficut et Graeci διδόναι et Latini *dare* dicunt pro *permittere*,) Gen. 20, 6. Exod. 3, 19. Num. 20, 21. Iud. 1, 34. etc. 3) *fecit*, *effecit*, q. d. *in fuo effe pofuit*, (ficut Graeci διατιθέναι et Latini *dare* dicunt pro *facere*, et Arab. נתן *pofuit*, it. *fecit*, *effecit*,) Gen. 17, 5. Leuit. 19, 28. 1 Reg. 16, 3. Pf. 18, 33. etc. 4) *praepofuit*, *praeftituit*, *pofuit fuper alios*, Gen. 41, 41. Deut. 17, 15. Ief. 55, 4. Ier. 1, 4. 5) *reputauit*, *exiftimauit*, (vt Graec. τίθεσθαι et Lat. *ftatuere*,) Gen. 42, 30. 1 Sam. 1, 16. Ezech. 28, 2. 6) *edidit*, *prodidit*, Exod. 7, 9. Pf. 81, 3. Ezech. 39, 21. maxime cum קוֹל, vt

2 Sam.

Sam. 22,14. Pſ. 68,34. Pſ. 77,18. Ier. 48,34. et פְּרִי, vt Leuit. 25,19. 26,4. Pſ. 1,9. quo SCHVLTENS etiam refert Prou. 10,24. c. 12,12. bi פְּרִי deficit. Singularis locutio eſt מִי יִתֵּן *quis dabit?* pro *vtinam!* Exod. 16,3. Num. 11,29. Deut. 5,26. Pſ. 14,7. etc. Praet. נָתַתָּ pro נָתַנְתָּ,) *poſuiſti, dediſti,* Iud. 15,18. 1 Reg. 8,34. cum ה Parag. נָתַתָּה Gen. 3,12. Deut. 26,10. et תַּתָּה 2 Sam. 22,41. coll. Pſ. 18,41, etita Forma tanquam à תון, ad Formam שַׁתָּה (à שות) Pſ. 8,7. Foem. נָתַתְּ (pro נָתַנְתְּ) Ezech. 16,33. et cum Iod Parag. נָתַתִּי ſec. Kethibh Ezech. 16, 18. 36. vnde cum Affixo נְתַתִּיהוּ *dediſti illud,* Ezech. 16, 9. נָתַתִּי (pro נָתַנְתִּי) *dedi,* Gen. 1,29. Exod. 31,6. pl. נָתְנוּ *dederunt,* Exod. 39,18. Ioſ. 6,24. in pauſa נָתָּנוּ (cum Dageſch Forti inſolito, quod ſe in graui elocutione, litteris praeſertim *lingualibus*, facile ingerit,) Ezech. 27,19. ſed נָתַנּוּ (pro נָתַנְנוּ) *dedimus,* Thren. 5,6. 1 Chron. 29,14. Part. praeſ. נֹתֵן *ponens, dans,* Gen. 9,12. Exod. 5,10. cum Affixis נֹתֶנְךָ *ponens, efficiens te,* Ier. 20,4. cum Affixo foem. נוֹתַנְךְ (pro נוֹתֶנֶךְ) id. Ezech. 23,28. c. 25,4. נֹתְנוֹ *dans, tradens eum,* 1 Reg. 10,13. pl. נֹתְנִים *ponentes, dantes,* Neh. 12,47. Ier. 26,15. in regim. נֹתְנֵי Hoſ. 2,7. part. Pahul נָתוּן *poſitus, datus,* Neh. 1,12. 2 Chron. 4,12. pl. נְתוּנִים *dati,* Num. 3,9. Deut. 28,32. foem. plur. נְתֻנוֹת *datae,* Deut. 28,31. Infin. abſol. נָתוֹן *ponendo, dando, tradendo,* Gen. 41,43. Num. 21,3. Deut. 15,10. infin. conſtr. נְתֹן *dare, permittere,* Gen. 38,9. Num. 20,21. per Aphaereſin et cum ה Parag. תְּנָה *dare,* quod nominaſcit et pro *datione* ſumitur Pſ. 8,2. qui locus difficilior explicandus eſt vel ex phraſi ſynonymica יהב כבוד Pſ. 29,2. Pſ. 96, 8. 1 Chron. 16,29. vt ſenſus ſit: *quin etiam datio gloriae tuae* (eſt) *ſuper coelis,* i. e. *etiam ſuper coelis gloria tibi datur et tribuitur,* coll. Pſ. 113,4. et Pſ. 148,13. vel ex Ezech. 39,21. vbi נתן כבוד eſt *edere, manifeſtare gloriam.* Neque opus eſt, cum SCHVLTENSIO recurrere ad rad. תנה: vt תְּנָה ſit Nomen, poſitum pro תְּנַת, per Enallagen ſtatus *abſoluti* pro *conſtructo* ſiue Regimine. Aliter rem expedit E. L. VRIEMOET in *Specim. ex omni Philologia S. et Orient.* cui תְּנָה eſt *Imperatiuus,* poſitus, vt apud Arabes, poſt Coniunction. *Cauſal.* pro *Subiunctiuo,* vt ſenſus l. c. ſit: *vt ponas* etc. Vulgo quoque תְּנָה exponunt: *dando,* ſcil. *dediſti;* ſed Infinitiuus *conſtructus* nullibi eo ſenſu vſurpatur. Alibi infin. conſtr. accipit ת Parag. interueniente Syncope litterae Nun, (vt in aliis,) תֵּת (pro תְּנֶת,) Gen. 4,12. Deut. 2,25. 31. Ioſ. 10,12. etc. vnde cum Affixo תִּתִּי τὸ *dare meum,* Gen. 29,19. Ier. 32,16. et inſuper cum Nun Paragog. תִּתֵּן *ponere, dare,* 1 Reg. 6,29. ſic ſec. Kethibh

Kethibh 1 Reg. 17, 14. Imper. per Aphaeresin תֵּן *pone, da,* Gen. 14, 21. Exod. 16, 33. cum ה Parag. תְּנָה Gen. 30, 26. Num. 11, 13. cum Affixo et Nun Epenthet. תְּנֶנָּה *da illam,* 1 Sam. 21, 9. foem. תְּנִי Gen. 30, 14. 2 Sam. 14, 7. in pausa תֵּנִי Ies. 43, 6. pl. תְּנוּ *ponite, date, edite, tradite,* Gen. 23, 4. Exod. 7, 9. Num. 16, 7. 1 Chron. 22, 19. Ps. 81, 3. Fut. אֶתֵּן *dabo* etc. Gen. 12, 7. Exod. 2, 9. cum ה Parag. אֶתְּנָה Gen. 17, 2. Exod. 14, 12. in pausa אֶתֵּנָה Gen. 30, 28. Ps. 51, 18. cum Affixis אֶתֶּנְךָ *ponam, praeficiam, tradam, faciam te,* 1 Reg. 14, 5. Ies. 42, 6. Ier. 38, 16. אֶתְּנֵהוּ *ponam, faciam, tradam eum,* Ps. 89, 27. Ezech. 31, 11. תִּתֵּן *dabis* etc. Gen. 15, 2. Exod. 10, 25. foem. תִּתְּנִי Ezech. 16, 21. Mich. 1, 14. יִתֵּן *ponet, dabit* etc. Gen. 43, 14. Exod. 3, 19. pl. נִתֵּן *dabimus* etc. Gen. 34, 21. Iud. 8, 6. 15. et sequente Makkeph נִתֶּן־ Iud. 16, 5. pl. cum Affixo יִתְּנֻהוּ *tradant illud,* scil. argentum, sec. Kri 2 Reg. 22, 5. sed Kethibh habet יִתְּנֻה, cum Affixo foem. quasi כֶּסֶף sit gen. *com.* Niph. praet. נִתַּן *datus est,* etc. Leuit. 19, 20. Num. 26, 62. pl. cum Vau Conuers. וְנִתַּתֶּם (pro וְנִתַּנְתֶּם) *et trademini,* Leuit. 26, 25. נִתַּנּוּ (pro נִתַּנְנוּ) *traditi sumus,* Esr. 9, 7. part. נִתָּן *datus, datum, datur,* etc. Exod. 5, 16. 2 Chron. 28, 5. infin. הִנָּתֵן *dari, dando,* Ier. 32, 4. Esth. 3, 14. fut. תִּנָּתֵן *traderis,* Ier. 34, 3. c. 37, 17. יִנָּתֵן *dabitur, tradetur, detur,* Exod. 5, 18. Leuit. 24, 20. etc. Hoph. fut. יֻתַּן *ponetur, dabitur, detur,* Leuit. 11, 38. Num. 26, 54. et sec. Kri 2 Sam. 21, 6. vbi Kethibh habet יִנָּתֵן ex Niph.

נְתַן Chald. id. Infin. מִנְתַּן *dare,* Esr. 7, 20. fut. תִּנְתֵּן *dabis,* Esr. 7, 20. יִנְתֵּן, et sequente Makkeph, יִנְתֶּן־ *daret,* Dan. 2, 16. sed cum Affixo et Nun Epenthet יִתְּנִנַּהּ *dat illud,* Dan. 4, 14. 22. 29. pl. יִתְּנוּן *dabunt,* Esr. 4, 13.

נְתוּנִים, *donationes, dona,* vt intelligi potest prius נְתוּנִים Num. 3, 9.

נָתִין m. in pl. נְתִינִים *Nethinaei,* i. e. *dati:* quo nomine intelliguntur omnes, qui aliquando Leuitis *dati* sunt, vt iis opem ferrent, coll. Ios. 9, 27. 1 Chron. 6, 33, Esr. 8, 20.

נְתִינִין m. pl. Chald. id. vnde in Statu Emphat. נְתִינַיָּא *Nethinaei,* Esr. 7, 24.

מַתָּן m. *donum,* Gen. 34, 12. 2 Reg. 11, 18. Prou. 19, 6. etc. cum Affixo מַתָּנָם *donum eorum,* Num. 18, 1.

מַתָּנָה f. id. Num. 18, 6. 7. Eccles. 7, 7. Ezech. 46, 16. 17. etc. in regim. מַתְּנַת Deut. 16, 17. pl. מַתָּנוֹת *dona,* Gen. 25, 6. Ps. 68, 19. in

regim.

regim. מַתְּנוֹת Exod. 28, 39. cum Affixo מַתְּנוֹתָם *dona eorum*, Ezech. 20, 39.

מַתְּנָא f. Chald. id. vnde pl. מַתְּנָן *dona*, Dan. 2, 6. 48. cum Affixo מַתְּנָתָךְ *dona tua*, Dan. 5, 17.

מַתַּת f. (per Syncopen pro מַתְּנָה,) id. Prou. 25, 14. Eccleſ. 3, 13. Ezech. 46, 5. 11. etc. in pauſa מַתָּת 1 Reg. 13, 7.

נָתַס *diruit, ſubuertit*, fere vt נתץ. Praet. pl. נָתְסוּ *ſubuerterunt*, Hiob. 30, 13.

נָתַע in Kal inuſit. Aethiop. *fugit*, in 4 Coniug. *fugauit*, it. *abſtulit, fregit, abrupit*. Inde eſt Niph. praet. pl. in pauſa נִתָּעוּ *ablati* vel *fracti ſunt*, Hiob. 4, 10.

נָתַץ proprie *fregit*, metaphorice *diruit, deſtruxit*. Praet. pl. נָתְצוּ *deſtruxerunt*, 2 Reg. 25, 10. Ier. 52, 14. in pauſa נָתָצוּ Ier. 39, 8. part. Pahul נָתוּץ *deſtructus*, pl. נְתֻצִים *deſtructi*, Ier. 33, 4. infin. conſtr. נְתוֹץ *diruere*, Ier. 1, 10. c. 18, 7. imper. נְתֹץ *frange*, Pſ. 58, 7. fut. אֶתֹּץ *deſtruam*, Iud. 8, 9. יִתֹּץ *deſtruet*, Ezech. 26, 9. cum Affixo יִתָּצְךָ *deſtruet te*, Pſ. 52, 7. pl. in pauſa תִּתֹּצוּ *frangetis, diruetis*, Deut. 7, 5. ſimulque cum Nun Parag. תִּתֹּצוּן Exod. 34, 13. Iud. 2, 2. etc. Niph. praet. pl. נִתְּצוּ *deſtructae ſunt*, Ier. 4, 26. Nah. 1, 6. Pih. praet. נִתֵּץ *deſtruxit, diruit*, 2 Chron. 33, 3. pl. cum Vau Conuers. וְנִתְּצוּ *et diruent*, Ezech. 16, 39. Fut. וַיְנַתֵּץ *et diruit, deſtruxit*, 2 Chron. 34, 7. Pyh. praet. נֻתַּץ *dirutum eſt*, Iud. 6, 28. Hoph. fut. יֻתַּץ *diruetur, diruatur*, Leuit. 11, 35.

נָתַק *rupit, abrupit, vulſit, auulſit, euulſit*. Praet. pl. נָתַקְנוּ, vnde cum Vau Conuers. et Affixo ſimulque cum Dageſch F. *affectuoſo*, ad inſinuandam *auulſionis celeritatem*, וּנְתַקְּנֻהוּ *et auellemus eum*, Iud. 20, 32. part. Pahul נָתוּק *auulſum, euulſum*, i. e. *cui teſticuli euulſi ſunt*, Leuit. 22, 24. fut. אֶתֹּק vel אֶנְתֹּק, vnde cum Affixo et Nun Epenthet. אֶתְּקֶנְּךָ *auellerem te*, Ier. 22, 24. Niph. praet. נִתַּק *ruptus, rupta eſt*, Ieſ. 5, 27. pl. נִתְּקוּ *abrupti, auulſi, ae, ſunt*, Hoſ. 4, 18. Hiob. 16, 12. in pauſa נִתָּקוּ Ier. 6, 29. c. 10, 20. fut. יִנָּתֵק *abrumpetur, auelletur, rumpitur, abrumpitur*, Iud. 17, 9. Hiob. 18, 14. Eccleſ. 4, 12. Pih. נִתֵּק *rupit, abrupit, auulſit*. Praet. נִתַּקְתִּי Ier. 2, 20. *rupi, auulſi*, vel, vt LXX et Vulgatus expoſuerunt, in 2 foem. *abrupiſti*, cum Iod Parag. quae Forma in Kethibh frequenter occurrit. Pl. נִתְּקוּ *ruperunt, auulſerunt*, Ier. 5, 5. Fut. אֲנַתֵּק *rumpam, auellam*, Ier. 30, 8. Nah. 1, 13. foem. in pauſa תְּנַתֵּקִי *auelles*, Ezech. 23, 34. יְנַתֵּק *rumpet, auellet*, Pſ. 107, 14.

pl. cum ה Parag. נְנַתְּקָה *rumpamus*, Pſ. 2, 3. Hiph. infin. הַתִּיקֵנוּ τό *auellere noſtrum*, Ioſ. 8, 6. imp. cum Affixo הַתִּיקֵם *auelle eos*, Ier. 12, 3. Hoph. praet. pl. הָנְתְּקוּ *auulſi ſunt*, Iud. 20, 31.

נֶתֶק, m. *porrigo*, q. d. *auulſio capillorum*, Leuit. 13, 30. 31. 32. 34-37. c. 14, 54. metonymice *porrigine affectus*, Leuit. 13, 33.

אַתִּיק m. *periſtylium*, quod vulgo huc referunt, vid. ſuo loco p. 94.

נָתַר in genere *laxatus, expeditus, libere et expedite latus eſt*, hinc ſpec. *ſaliit, ſubſiliit*. Fut. יִתַּר *ſalit, ſubſilit*, Hiob. 37, 1. Pih. infin. נַתֵּר *cito ſalire, ſubſilire*, Leuit. 11, 21. Hiph. הִתִּיר *libere ferri ſiuit, laxauit, expediuit, ſoluit*. Part. מַתִּיר *laxans, ſoluens, expediens*, Pſ. 146, 7. infin. הַתֵּר *ſoluere, laxare*, Ieſ. 58, 6. fut. יַתֵּר *laxet, libere ferri ſinat*, Hiob. 6, 9. cum Vau Conuers. וַיַּתֵּר *et laxauit, expediuit*, 2 Sam. 22, 33. Habac. 6, 5. ſed cum Affixo וַיַּתִּירֵהוּ *et laxauit, ſoluit eum*, Pſ. 105, 20.

נְתַר Chald. *defluxit, decidit*, vt Syr. et Arab. نثر : vnde Aphel imper. pl. אַתַּרוּ *deiicite, decutite*, Dan. 4, 11.

נֶתֶר m. *nitrum*, Prou. 25, 20. Ier. 2, 22. ſic dictum à *vi ſe laxandi* et *excutiendi* ſiue *exſiliendi*. PLINIVS L. XXXI. c. 10. de *nitro: Vritur, in teſta opertum, ne exſultet*. In priori tamen loco SCHVLTENS in *Commentar*. intelligit *vulnus altius inflictum*, ex Arab. quomodo et LXX reddiderunt.

נָתַשׁ *euulſit, exſtirpauit*. Praet. נָתַשְׁתָּ *exſtirpaſti*, Pſ. 9, 7. part. praeſ. נֹתֵשׁ *exſtirpans*, Ier. 45, 4. cum Affixo נֹתְשָׁם *exſtirpans eos*, Ier. 12, 14. infin. abſol. נָתוֹשׁ *exſtirpando*, Ier. 12, 17. infin. conſtr. נְתוֹשׁ *exſtirpare*, Ier. 1, 10. c. 18, 7. c. 31, 28. cum Affixo נָתְשִׁי τό *exſtirpare meum*, Ier. 12, 15. fut. אֶתּוֹשׁ *exſtirpabo, euellam*, Ier. 12, 14. c. 24, 7. c. 42, 10. וַיִּתְּשֵׁם *et exſtirpauit eos*, Deut. 29, 28. Niph. fut. יִנָּתֵשׁ *euelletur, exſtirpabitur*, Ier. 31, 9. foem. תִּנָּתֵשׁ id. Dan. 11, 4. pl. יִנָּתְשׁוּ *exſtirpabuntur*, Amoſ. 9, 15. ſed Ier. 18, 14. potius per Metatheſin dictum eſt pro יִנָּשְׁתוּ *conſumentur*, (à נשת,) coll. Ieſ. 19, 5. Hoph. fut. cum Vau Conuers. וַתֻּתַּשׁ *et euulſa eſt*, Ezech. 19, 12.

ס

סְאָה f. *ſatum*, genus *menſurae* aridorum, continens tertiam partem Ephae, 2 Reg. 7, 1. 16. 18. q. d. *diuiſio* rerum aridarum, à rad. Arab. سأع *diuiſit*. Plur. סְאִים *ſata*, Gen. 18, 6. 1 Sam. 25, 18. dual. סָאתַיִם (ex Syriſmo pro סְאָתַיִם,) *duo ſata*, 1 Reg. 18, 32. 2 Reg. 7, 1. 16, 18.

סַאסְּאָה f. Ief. 27, 8. vulgo *menſurâ*, vel *modiatim*, q. d. סְאָה סְאָה, omiſſo Praefixo ב: quomodo conſ. שָׁלִישׁ Pſ. 80, 6. rectius *facundia* vel *acumen redarguendi*, coll. Aethiop. סאסא (ſaſa) *facundia*, et rad. Arab. ساسا *arguit*.

סָאַן vulgo *calceauit: calceauit ſe*, vt Syr. et Aethiop. potius ex mente SCHVLTENSII, *fecit*, *curauit*, *reſpexit rem ſuam*, vt Arab. شأن. Part. praeſ. סֹאֵן *calceans ſe*, vel *rem ſuam faciens et curans*, Ieſ. 9, 4.

סְאוֹן m. *calceatio*, vel potius *res*, *negotium*, *actio*, vt Arab. *ſchaanon*, Ieſ. 9, 4.

סָבָא *potauit*, *ſe inebriauit*, German. ſauffen. Part. praeſ. סֹבֵא *inebrians ſe*, *potator*, Deut. 21, 20. Prou. 23, 21. pl. סֹבְאִים *potatores*, ſec. Kethibh Ezech. 23, 42. (ſed Kri habet סָבָאִים *Sabaei*,) in regim. סֹבְאֵי Prou. 23, 20. Infin. conſtr. סְבֹא *potare*, *inebriare ſe*, cum Affixo סָבְאָם τὸ *potare* ſiue *inebriari eorum*, Nah. 1, 10. Fut. pl. cum ה Parag. נִסְבְּאָה *potabimus*, *inebriabimus nos*, Ieſ. 56, 12.

סֹבֶא m. *potus*, *vinum*, *merum*, quod *potatur*, cum Affixis סָבְאֵךְ *merum tuum*, Ieſ. 1, 22. סָבְאָם *merum eorum*, Hoſ. 4, 18.

סְבוּאִים m. pl. *potationes*, Nah. 1, 10.

סָבַב *vertit*, *conuertit ſe in alteram partem*, ſicque *circumiuit*, *circumdedit*, it. *menſae aſſedit*, *accubuit*, petita phraſi à menſarum *rotunditate*. *Transfigendi* quoque et *vulneribus configendi* notionem, vt Arab. ei tribuit b. SCHVLTENS: quo pertineant loca Pſ. 109, 3. Pſ. 118, 10. 11. 12. Hiob. 16, 13. Praet. defect. סַבֹּתִי *conuerti me* (contra omnem animam etc.) 1 Sam. 22, 22. (vbi vulgo vertunt: *cauſam praebui*, ſignificatione quaſi petita à סִבָּה *occaſio*, *cauſa*,) Eccleſ. 2, 20. c. 7, 25. pl. סָבְבוּ *circumiuerunt*, *circumdederunt*, Ioſ. 6, 15. cum Affixo סְבָבוּנִי *circumdederunt me*, Pſ. 18, 6. Pſ. 22, 13. 17. et ſec. Kethibh Pſ. 17, 11. (vbi Kri habet סְבָבוּנוּ *circumdederunt nos*,) et סְבָבֻנִי Hoſ. 12, 1. et defectiue סַבֻּנִי 2 Sam. 22, 6. וְסַבֹּתֶם *et circumibitis*, Ioſ. 6, 3. Part. praeſ. סוֹבֵב *conuertens ſe*, *circumiens*, *circumdans*, Gen. 2, 11. 13. 2 Reg. 6, 15. Eccleſ. 1, 6. et cum Iod, סֹבִיב 2 Reg. 8, 21. pl. סֹבְבִים *circumeuntes*, *circumdantes*, 1 Reg. 7, 24. Cant. 3, 3. Infin. conſtr. סְבֹב *circumire*, Num. 21, 5. et defectiue, סֹב Deut. 2, 3. Imp. סֹב *conuerte te*, 1 Sam. 22, 18. Cant. 2, 17. foem. סֹבִּי *circumi*, Ieſ. 23, 16. pl. סֹבּוּ *conuertite vos*, 1 Sam. 22, 17. *circumite*, Ioſ. 6, 7. Pſ. 48, 13. Fut. יָסֹב *circumdabat*, 1 Reg. 7, 15. 23. 2 Chron. 4, 2. cum Affixo et Nun

 Epen-

Epenthet. יְסַבּוּ *circumdabat eam*, Ier. 52, 21. pl. נָסֹב *circumdabimus*, scil. mensam *rotundam: mensae assidebimus*, 1 Sam. 16, 11. conf. Ps. 128, 3. וַנָּסָב *et circumiuimus*, Deut. 2, 1. יָסֹבּוּ *circumdant*, Hiob. 16, 13. f. תְּסֻבֶּינָה *circumibant*, Gen. 37, 7. Niph. נָסַב et נָסֵב *versus, circumuersus, circumductus est*, et *reciproce, se vertit in alteram partem* siue *in rotundum*. Praet. cum Vau Conuers. וְנָסַב *et vertetur, vertet se*, Num. 34, 4. 5. Ios. 15, 3. 10. foem. וְנָסְבָה *et vertet se*, Ezech. 41, 7. compensatione mediae radicalis neglecta; sed נָסַבָּה *versa est*, Ezech. 26, 2. pl. נָסַבּוּ *verterunt se in rotundum*, i. e. *circuiuerunt*, Gen. 19, 4. Iud. 19, 22. וְנָסַבּוּ *et vertent se*, Ios. 7, 9. *et vertentur*, Ier. 6, 12. Fut. תִּסֹּב *vertes, vertis te*, Ps. 71, 21. *vertebas te*, Ps. 114, 5. יִסֹּב *vertetur*, Zach. 14, 10. *vertebat se*, Ps. 114, 3. *vertat se*, 2 Sam. 14, 25. *circumducatur*, 1 Sam. 5, 8. et יִסַּב, vnde pl. יִסַּבּוּ *vertebant se*, Ezech. 1, 9. 12. 17. c. 10, 11. 16. Pih. סִבֵּב *vertit in alteram partem, circumduxit*, et סוֹבֵב *circumiuit, circumdedit*. Infin. סַבֵּב *vertere, circumducere*, 2 Sam. 14, 20. Fut. cum ה Parag. אֲסֹבְבָה *circumibo*, Ps. 26, 6. Cant. 3, 2. יְסוֹבֵב, cum Affixo et Nun Epenthet. יְסֹבְבֶנְהוּ *circumdabat eum*, Deut. 32, 10. et יְסוֹבְבֶנּוּ *circumdabit eum*, Ps. 32, 10. etc. Hiph. הֵסֵב *vertit, conuertit, circumduxit*, it. *circumiuit, circumdedit*. Praet. הֲסִבֹּתָ *conuertisti*, 1 Reg. 18, 36. pl. הֵסַבּוּ *circumduxerunt*, 1 Sam. 5, 9. 10. Part. מֵסֵב *vertens*, Ier. 21, 4. it. *circumdans*, vnde pl. cum Affixo מְסִבָּי *circumdantes me*, Ps. 140, 10. Infin. הָסֵב *vertere*, 2 Sam. 3, 12. 1 Chron. 12, 23. Imp. הָסֵב *verte te*, (intransitiue,) 2 Sam. 5, 23. 1 Chron. 14, 14. sed foem. הָסֵבִּי *verte*, (actiue,) Cant. 6, 4. Fut. יָסֵב, vnde cum Vau Conuers. et Affixo וַיְסִבֵּנִי *et circumduxit me*, Ezech. 47, 2. et more Chald. יַסֵּב, vnde וַיַּסֵּב *et vertit, conuertit*, 2 Sam. 20, 12. 1 Reg. 8, 14. Ies. 38, 2. *et mutauit*, 2 Reg. 23, 34. c. 24, 17. 2 Chron. 36, 4. *et circumduxit*, Exod. 13, 18. *et circumiuit*, Ios. 6, 11. pl. נָסֵב *circumdemus*, 2 Chron. 14, 7. et cum ה Parag. נָסֵבָּה *circumducemus*, 1 Chron. 13, 3. וַיַּסֵּבּוּ *et conuerterunt*, Iud. 18, 23. 2 Chron. 29, 6. *et circumduxerunt*, 1 Sam. 5, 8. vbi media radicalis deficiens dupliciter compensatur, et in *prima* radicali, more Chaldaeorum, et in *tertia*, ratione regulari. Hoph. part. pl. foem. מוּסַבֹּת *versae, mutatae*, Num. 32, 38. *circumdatae*, Exod. 39, 13. et מֻסַבֹּת Exod. 38, 11. c. 39, 6. fut. more Chald. media radicali in prima compensata, יוּסַּב (pro יֻסַּב) *vertitur, versatur*, Ies. 28, 27.

סָבִיב m. *locus per circuitum circumscriptus* vel *circumdatus: circuitus*, 1 Chron. 11, 8. מִסָּבִיב *à circuitu*, Num. 16, 24. 27. Deut.

Deut. 12, 10. 1 Reg. 4, 24. 1 Chron. 11, 8. etc. Sed saepius in Particulam abit, significans *circa*, *circum*, et geminatum, *circumcirca*, *vndique*, vt Gen. 23, 17. Exod. 16, 13. Ezech. 8, 10. c. 37, 2. c. 40, 5. 14. 16. 17. 25. 29. etc. Pl. סְבִיבִים *circuitus*, in regim. סְבִיבֵי Ier. 10, 32. cum Affixo סְבִיבֶיךָ *circuitus tui*, Ier. 49, 5. pl. foem. סְבִיבוֹת *circuitus*, Ier. 17, 26. Ezech. 28, 26. cum Affixo סְבִיבֹתֵינוּ *circuitus nostri*, Num. 22, 4. Dan. 9, 16. Ps. 44, 14. sed et sic saepe in Particulam abit: *circa*, *circum*, vt Exod. 7, 24. Num. 11, 24. 31. 32. Iud. 7, 18. etc. סְבִיבֹתַי *circa*, *circum me*, Deut. 17, 14. Ps. 27, 6. etc.

סְבִיב m. *circumdatio*, *obsessio*, vt intelligi potest Amos. 3, 11. Alii tamen ad סָבִיב referunt.

סִבָּה f. *occasio*, *causa*, q. d. *conuersio rerum*, 1 Reg. 12, 15.

נְסִבָּה f. (Verbale Niphalicum,) id. 2 Chron. 10, 15. nisi potius sit part. Niph. foem. *conuersum*, tanquam à masc. נָסֵב, Formae נְמֵס 1 Sam. 15, 9. et נָקֵל Ezech. 8, 17.

מוּסַב m. *circuitus*, in regim. מוּסַב Ezech. 41, 7.

מֵסַב m. id. et aduerbialiter, *circum*, *circumcirca*, 1 Reg. 6, 29. cum Affixo מְסִבּוֹ *circuitus* i. e. *accubitus suus*, Cant. 1, 12. coll. rad. 1 Sam. 16, 11. Pl. מְסִבִּים *circuitus*, in regim. מְסִבֵּי 2 Reg. 23, 5. vbi מְסִבֵּי est pro בִּמְסִבֵּי *in circuitibus*, vel exponendum *circa*, *circum*, vt plur. foem. מְסִבּוֹת Hiob. 37, 12.

סָבַךְ *plexuit*, *implexuit*, *perplexuit*, *implicauit*, vt Arab. شبك. Part. Pahul pl. סְבֻכִים *perplexi*, Nah. 1, 10. Pyh. fut. plur. in pausa יְסֻבָּכוּ *implicantur*, Hiob. 8, 17.

סְבָךְ m. *perplexitas*: *perplexum*, Gen. 22, 13. pl. סְבָכִים *perplexa*, in regim. סִבְכֵי Ies. 9, 17. c. 10, 34. Scribitur etiam שְׂבָךְ, quod vid. suo loco.

סְבֹךְ m. id. Ps. 74, 5.

סֹבֶךְ m. id. pro quo etiam scribitur שׂוֹבֶךְ 2 Sam. 18, 9. Cum Affixo סֻבְּכוֹ (sec. plurimos codices, pro סֻבְכוֹ,) *perplexitatem suam* vel *perplexum suum*, i. e. *locum suum* multis fruticibus *perplexum*, Ier. 4, 7.

סַבְּכָא f. Chald. *sambuca*, Dan. 3, 5. dicta à *fidibus plexis et implicatis*. Vulgo ipsum Graec. σαμβύκη esse volunt. Scribitur quoque שַׂבְּכָא, Dan. 3, 7. 10. 15.

שְׂבָכִים pl. et שְׂבָכָה, quae ratione originis huc pertinent, vid. suo loco in littera ש.

סָבַל *onus sibi imposuit*, *onerauit se*, hinc *portauit*, *baiulauit*.

uit. Verbum *Praegnans*, vt synonymum נטל. Praet. cum Affixo סְבָלָם *baiulauit eos*, Ies. 53, 4. pl. סָבָלְנוּ *baiulauimus*, Thren. 5, 7. Infin. constr. סְבֹל *baiulare*, Gen. 49, 15. Fut. אֶסְבֹּל *portabo*, *baiulabo*, Ies. 46, 4. יִסְבֹּל *baiulabat*, Ies. 53, 11. pl. cum Affixo יִסְבְּלֻהוּ *baiulabunt eum*, Ies. 46, 7. Pyh. part. pl. מְסֻבָּלִים *onerati*, *onusti*, *oneribus trahendis occupati*; sed BOCHARTO *onus vteri gestantes*, *grauidae*, (de *vaccis*,) Ps. 144, 14. Hithpah. fut. יִסְתַּבֵּל (pro יִתְסַבֵּל) *onerabit se*, Eccles. 12, 5.

סְבַל Chald. id. vnde Pahel part. מְסוֹבַל *portans*, pl. מְסוֹבְלִין *portantia*, *sustinentia*, scil. aedificium, Esr. 6, 3.

סֵבֶל m. *onus*, quod *portatur*, 1 Reg. 11, 28. Ps. 81, 7. Neh. 4, 17.

סַבָּל m. *portator*, *baiulus*, 2 Chron. 2, 1. 17. Neh. 4, 10. נֹשֵׂא סַבָּל 1 Reg. 5, 29. *portans et baiulus*, per *Asyndeton*, vel *portans baiulus*, per *Appositionem*, vt Gen. 21, 20. pl. סַבָּלִים *baiuli*, 2 Chron. 34, 13.

סֹבֶל m. (Verbale ex Pyhal,) *onus graue*, vnde cum Affixo סֻבֳּלוֹ *onus eius*, Ies. 9, 3. c. 10, 27. c. 14, 25.

סְבָלָה f. *onus*, pl. סְבָלוֹת *onera*, in regim. סִבְלוֹת Exod. 6, 6. 7. cum Affixo סִבְלֹתָם *onera eorum* vel *sua*, Exod. 1, 11. c. 2, 11. c. 5, 5.

סִבֹּלֶת f. ex dialecto Ephraimitarum pro שִׁבֹּלֶת *fluuius*, *fluentum*, Iud. 12, 6. vid. שִׁבֹּלֶת.

סְבַר Chald. *cogitauit*, *existimauit*. Fut. יִסְבַּר *cogitabit*, Dan. 7, 25.

סָגַד *humiliauit se*, *procubuit adorandi causa*: *adorauit*. Fut. אֶסְגּוֹד *procumbam*, *adorabo*, Ies. 44, 19. יִסְגָּד *adorat*, Ies. 44, 17. pl. יִסְגְּדוּ *adorant*, Ies. 46, 6.

סְגִד Chald. id. Dan. 2, 46. Part. praes. סָגֵד, pl. סָגְדִין *adorantes*, *adorant*, Dan. 3, 7. 12. 14. fut. יִסְגֻּד *adorabit*, Dan. 3, 6. 10. 11. pl. נִסְגֻּד *adorabimus*, Dan. 3, 18. תִּסְגְּדוּן *adorabitis*, *adoretis*, Dan. 3, 5. 15. יִסְגְּדוּן *adorarent*, Dan. 3, 28.

סְגֻלָּה f. *peculium*, Exod. 19, 5. Deut. 7, 6. 1 Chron. 29, 3. Malach. 3, 17. vel à rad. Chald. סגל *acquisiuit*, vel ab Arab. סגל in 2 Coniug. *signauit*: vt *peculium* sit, *sigillo* possessoris *signatum*. In regim. סְגֻלַּת Eccles. 2, 8. cum Affixo סְגֻלָּתוֹ *peculium suum*, Ps. 135, 4.

סָגָן m. *magnas*, *primas*, *princeps*, cum terminatione *augmentatiua*, à שׂגה, Chald. et Syr. סגא *magnus fuit* vel *euasit*. Plur.

Plur. סְגָנִים *magnates, proceres, principes*, Ies. 41, 25. Ier. 51, 23. Ezech. 23, 6. etc. cum Affixo סְגָנֶיהָ *proceres, principes eius*, Ier. 51, 28. 57.

סְגַן m. Chald. id. pl. סִגְנִין *proceres*, Dan. 2, 48. in Statu Emphat. סִגְנַיָּא Dan. 3, 2. 27. c. 6, 8.

סָגַר *clausit, occlusit, conclusit, inclusit*. Praet. f. cum Vau Conuers. וְסָגַרְתְּ *et occludes, occludas*, 2 Reg. 4, 4. pl. סָגְרוּ *clauserunt, occluserunt*, Ps. 17, 10. 2 Chron. 29, 7. in pausa סָגָרוּ Gen. 19, 10. Ios. 2, 7. Part. praes. סֹגֵר *claudens*, Ies. 22, 22. foem. סֹגֶרֶת *claudens*, scil. *se* vel *portas suas*, Ios. 6, 1. part. Pahul סָגוּר *clausus, clausum*, Ezech. 44, 1. 2. c. 46, 1. Hiob. 41, 7. Alibi de *auro* dicitur, vt 1 Reg. 6, 2. 21. 49. c. 7, 49. 50. c. 10, 21. 2 Chron. 20, 22. c. 9, 20. quomodo סָגוּר *rubrum* significat siue *rutilum*, ex significatione radicis Arab. סגר *rubuit*, alias fere סרג *rubefecit*, it. *coruscauit*, et סקר *rubuit*. Infin. constr. סְגוֹר *claudere*, Ios. 2, 5. Imp. סְגֹר *claude*, Ies. 26, 2. Aliud סְגוֹר vid. inter Nomina. Fut. יִסְגֹּר *claudet, claudat, occludit, includit*, Hiob. 12, 14. Malach. 1, 10. pl. cum ה Parag. נִסְגְּרָה *claudamus*, Neh. 6, 10. Niph. praet. נִסְגַּר *clausus, conclusus, inclusus est*, 1 Sam. 23, 7. et reciproce, *inclusit se*. Imp. הִסָּגֵר *include te*, Ezech. 3, 24. Fut. יִסָּגֵר *claudetur*, Ezech. 46, 2. תִּסָּגֵר *includatur*, Num. 12, 14. etc. Pih. praet. סִגַּר *concludendum dedit* siue *tradidit*, 1 Sam. 26, 8. 2 Sam. 18, 28. it. *clausit, inclusit*. Fut. יְסַגֵּר, cum Affixo יְסַגֶּרְךָ *tradet te*, 1 Sam. 17, 46. Pyh. praet. סֻגַּר *clausus, clausa est*, Ies. 24, 10. pl. סֻגְּרוּ *clausae sunt*, Ier. 13, 19. part. foem. מְסֻגֶּרֶת *clausa*, Ios. 6, 1. Hiph. praet. הִסְגִּיר id. quod Pih. Leuit. 14, 46. Ps. 78, 50. Thren. 2, 7. וְהִסְגַּרְתִּי *et tradam*, Amos. 6, 8. Infin. הַסְגִּיר *tradere*, Amos. 1, 6. Fut. תַּסְגִּיר *trades, tradas*, Deut. 23, 15. et תַּסְגֵּר Obad. 1, 14. יַסְגִּיר *tradet* vel *concludet*, SCHVLTENS סוגר שַׁו *inclusum tradet*, Hiob. 11, 10. sed וַיַּסְגֵּר *et tradidit*, Ps. 78, 48. 62. pl. יַסְגִּירוּ *tradent*, Ios. 20, 5. 1 Sam. 23, 12. Part. מַסְגֵּר (cum (..) pro (ִי), ad Formam מַהְלֵם Ier. 29, 8. מַעְזֵר 2 Chron. 28, 23. etc. idque ex Aramaeismo,) *claustrarius, claustra faciens*, 2 Reg. 24, 14. 16. Ier. 24, 1. c. 29, 2. Aliud vid. inter Nomina.

סְגַר (pro סִגַּר,) Chald. id. Dan. 6, 23.

סְגוֹר m. 1) *clausura*, Hos. 13, 8. vbi *clausura cordis* dicitur pro *pericardio* siue *praecordiis*. 2) *aurum rubrum* siue *rutilum*, Hiob. 28, 15. vid. antea in rad. 3) Ps. 35, 3. plerisque Hebraeis genus est *armorum*, scil. *sagaris*, *gladius Persicus*, Arab. שגיר, cuius rad. est שגר *confodit*.

סוּגַר m. Ezech. 19, 9. vulgo *clauſtrum* vel *cauea*, rectius ſec. KIMCHIVM, PAGNINVM aliosque, *compes*, vel ſec. Chaldaeum et SCHVLTENSIVM, *vinculum colli*, *collare*, Graec. κλοιός, *habens* (vi Formae) *continuas clauſuras* ſiue *ligaturas*, coll. rad. Arab. סגר *collum ligauit*, *clauſit collari iniecto*. Conf. *Arcan. Form.* p. 207.

סַגְרִיר m. *imber*, *effuſio aquae copioſa*, Prou. 27, 15. ex ſignificatione rad. Arab. סגר *aquâ impleuit*, *aquam effudit*.

מַסְגֵּר m. *clauſtrum*, *carcer*, *locus*, *in quo* quis *concluſus tenetur*, Ieſ. 24, 22. c. 42, 7. Pſ. 142, 8. Aliud vid. ſupra in rad.

מִסְגֶּרֶת f. 1) id. vnde pl. cum Affixis מִסְגְּרוֹתָם *clauſtra ſua*, 2 Sam. 22, 46. et מִסְגְּרוֹתֵיהֶם id. Pſ. 18, 46. Mich. 7, 17. 2) *taenia*, *qua* aliquid *includitur* ſiue *circumcluditur*, *clauſura*, pl. מִסְגְּרוֹת *taeniae*, *clauſurae*, 1 Reg. 7, 28. 29. 32. 2 Reg. 16, 17. cum Affixo מִסְגְּרֹתֶיהָ *taeniae*, *clauſurae eius*, 1 Reg. 7, 35. 36. in quo poſteriore loco Kethibh praefixum habet ו plane otioſum, quod ex Cholem plene ſcripto, מִסְגְּרוֹתֶיהָ, in hunc locum à Maſorethis traiectum videtur, quale quid etiam factum HILLERO videtur in חַסְדְּ Neh. 9, 17. ſec. Kethibh legendum חַסְדּוֹ *miſericordia eius*.

מִסְגֶּרֶת f. *taenia*, Exod. 25, 25. 27. c. 37, 12. 14. cum Affixo מִסְגַּרְתּוֹ *taenia eius*, Exod. 25, 25.

סַד m. *cippus*, *compes*, quo pedes *conſtringuntur* et *ligantur*, Hiob. 13, 27. c. 33, 11. à rad. Arab. شدّ *durius accepit*, it. *conſtrinxit*, *ligauit*.

סָדִין m. *ſindon*, proprie *veſtis laxa* et *longe dimiſſa*: *interulam* ſiue *induſium* in ſpecie intelligunt Celeb. SCHROEDERVS de *Veſt. mulier. Hebr.* c. 19. CLERICVS ad Iud. 14, 12. aliique, coll. Marc. 14, 51. à rad. Arab. סדן *laxauit*, *dimiſit veſtem ſuam*. In regim. סְדִין Prou. 31, 24. pl. סְדִינִים *ſindones*, *induſia*, Iud. 14, 12. 13. Ieſ. 3, 23.

סָדַר radix Hebraeis inuſit. Chald. *diſpoſuit*, *ordinauit*. Inde ſunt

סֶדֶר m. *diſpoſitio*, *ordo*. Pl. סְדָרִים *ordines*, Hiob. 10, 22. vbi tamen per *lumina* ex Arab. exponunt THEOD. HASAEVS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. VIII. p. 716. ſeq. et SCHVLTENS in *Animaduerſ.* ad h. l. quomodo et LXX reddiderunt.

שְׂדֵרָה f. id. vid. ſuo loco.

מִסְדְּרוֹן m. (cum terminatione *augmentatiua*,) *locus ordinum amplior*, ſec. quosdam, *ſatellitum* vel *conſiliariorum*, cum ה *Lo-*

cali,

cali, מִסְדְּרֹנָה Iud. 3, 23. Sed ex contextu colligitur, fuiſſe *locum ſolitarium*, adeoque vel *coenaculum aeſtiuum*, coll. rad. Syr. סדר *ſtrauit menſam;* vel *locus velis contra ſolis aeſtum bene opertus*, coll. Chald. cognat. סרדין *cortinae, vela:* quomodo conueniunt Arab. plurilittera סרדאב *frigidarium*, et סרדק *velo operuit domum* vel *aream eius*, vt contra ſolis aeſtum fieri ſolet.

סָהַר. Hebraeis inuſit. ſenſum *circumeundi* et *rotunditatis* habuiſſe videtur, vt cognatum סחר. Inde ſunt

סַהַר m. *rotunditas*, Cant. 7, 3.

סֹהַר m. *turris rotunda*, (Syr. per ח, ܣܘܚܪܐ,) Gen. 39, 20-23. c. 40, 3. 5. ABEN ESRA et ANDR. MÜLLERVS in *Gloſſario S.* p. 48. *Aegyptiacum* eſſe volunt, ob additam eius interpretationem Gen. 39, 20. alii deriuant ab Arab. סהר *vigilauit*.

שַׁהֲרֹן m. *ornamenti genus*, vid. in littera ש.

סוּג *retrocedere, recedere, auertere ſe*, Chald. et Syr. *ſepire*, pro Hebr. שׂוּךְ. Praet. סָג *retroceſſit*, Pſ. 53, 4. Part. Pahul סוּג *retrouerſus, auerſus*, Prou. 14, 14. ſed foem. סוּגָה *ſepta*, Cant. 7, 3. Fut. pl. נָסוֹג *recedemus*, Pſ. 80, 19. Niph. praet. נָסוֹג *retrouerſus, auerſus eſt, auertit ſe*, Pſ. 44, 19. pro quo recurrit נָשׂוֹג (per ש,) 2 Sam. 1, 22. נְסוּגֹתִי (cum Schureck,) *auerti me*, Ieſ. 50, 5. pl. נָסֹגוּ *retrouerſi, auerſi ſunt*, Ieſ. 42, 17. Ier. 38, 22. Part. נָסוֹג, pl. נְסוֹגִים *retrouerſi, auerſi*, Ier. 46, 5. Zephan. 1, 6. Fut. pl. יִסֹּגוּ *retrouertentur*, Pſ. 35, 4. Pſ. 40, 15.

סִיג m. *ſcoria*, quae à metallis *receſſit*, ſec. Kri Ezech. 22, 18. vbi Kethibh habet סוג, aliâ Formâ. Plur. סִיגִים *ſcoriae*, Pſ. 119, 119. Prou. 25, 4. c. 26, 23. Ieſ. 1, 22. et defectiue סִגִים Ezech. 22, 18. 19. ſed in tribus poſterioribus locis quidam codices habent סִגִּים, tanquam à rad. סגג, vnde cum Affixo סִגַּיִךְ *ſcoriae tuae*, Ieſ. 1, 25.

שִׂיג m. *receſſio, diſceſſio, abitio*, 1 Reg. 18, 27. huc referri poteſt, quod vulgo exponitur *inſectatio*, et ad נשׂג refertur; quod tamen nullib. ſenſum *inſectandi* habet.

סוֹד m. 1) *arcanum, res tecta* et *ſecreta*, Pſ. 25, 14. Prou. 11, 13. c. 20, 19. c. 25, 9. etc. ſpecialiter *conſilium tectum* et *ſecretum*, Pſ. 64, 3. Pſ. 83, 4. Prou. 15, 22. Hiob. 15, 8. à rad. שׂוד, Chald. סוד, in genere *tegere*; *obducere*, ſpec. *calce, gypſo* etc. Cum Affixo סודו *conſilium ſecretum ſuum*, Amoſ. 3, 7. 2) *congreſſus tectus* et *ſecretus*, Pſ. 55, 15. Pſ. 89, 8. Pſ. 111, 1. Ier. 6, 11. c. 15, 17. c. 23, 18. Ezech. 13, 9. cum Affixis סודי *congreſſus ſecretus meus*, Hiob. 19, 19.

19, 19. Ier. 23, 22. סודו *congressus secretus eius*, Prou. 3, 32. סֹדָם *congressus secretus eorum*, Gen. 49, 6.

סָוָה radix Hebraeis inusit. Chald. *laetatus est*, Arab. סוי *aequatus est*, (vt Hebr. שוה,) in 2 Coniug. *aequauit*, *aequale fecit*, Syr. שוא in Pahel *strauit*. Ex Arabia vna cum re, vt videtur, ad Hebraeos transiit Nomen

מַסְוֶה m. *tegumentum*, *stragula*, *velum*, proprie quod *integitur ad aequandum* et *complanandum*, (vt Arab. سوية,) Exod. 34, 33. 34. 35. Conf. pluribus de h. n. Celeb. VENEMA in *Dissert. S.* L. I. c. 7.

סִיוָן m. (cum terminatione *augmentat.* et pro סִוָן, vt אֵיתוֹן pro אֵתִיוֹן, etc.) nomen *mensis*, ex parte Maio nostro respondentis, Esth. 8, 9. ab *intensa laetitia*: quia *omnia tunc rident*, *tunc formosissimus annus*; quomodo et veteribus Germanis *Maius* dictus est Wunne-Monat siue Wonne-Monat, i. e. *laetitiae mensis*.

סוּחַ radix inusit. eiusdem significationis fuisse videtur cum cognat. סחה *expurgauit*, *euerrit*, vnde סְחִי *purgamentum*, *sordes*.

סוּחָה f. id. cum סְחִי *purgamentum*, *sordes*, cum כ, כַּסּוּחָה, *sicut purgamentum* siue *sordes*, Ies. 5, 25. Sunt tamen, quibus כ radicale est, et radix כסח *excidit*, Arab. *euerrit domum*, *purgauit limo*: vt כְּסוּחָה idem sit cum Arab. cosahhaton *purgamentum*, *quod euerrendo eiicitur*, siue *sordes*, Aethiop. ጕሐሣ፡ *stercus*.

סוּךְ *vngere*, et intransitiue, *vngere se*. Praet. foem. cum Vau Conuers. וְסַכְתְּ *et vnges*, *vngas te*, Ruth. 3, 3. סַכְתִּי *vnxi me*, Dan. 10, 3. Infin. סוֹךְ *vngendo*, ibid. Fut. אָסוּךְ, vnde cum Affixo et Vau Conuers. וָאֲסֻכֵךְ *et vnxi te*, Ezech. 16, 9. תָסוּךְ *vnges te*, Deut. 28, 4. Mich. 6, 15. foem. תָסוּכִי *vngas te*, 2 Sam. 14, 2. pl. יָסוּכוּ, vnde cum Vau Conuers. et Affixo, וַיְסֻכוּם *et vnxerunt eos*, 2 Chron. 28, 15. Hiph. fut. יָסֶךְ, vnde cum Vau Conuers. וַיָּסֶךְ *et vnxit se*, 2 Sam. 12, 20. Sed Pih. סִכְסֵךְ vid. in rad. סכך.

סָךְ m. *turba*, *populus*, vid. sub rad. סכך.

אָסוּךְ m. *lecythus*, quia habet (ָ) immutabile sub א, sicut sub מ Heemantico Deriuatorum à Verbis *Defectuis* secunda radicali, malumus referre ad idem סכך.

מְסוּכָה f. *sepes*, vid. sub rad. שוך.

סוּמְפֹּנְיָה f. Chald. Dan. 3, 5. 15. et cum א, סוּמְפֹּנְיָא sec. Kri Dan. 3, 10.

3, 10. sed Kethibh habet סוּפֹּנְיָא, omisso מ. Vulgo idem esse putatur cum Graeco συμφωνία: *Symphoniam* autem ISIDORVS describit vt *lignum ex vtraque parte cauum, pelle extensa, quod virgulis hinc inde Musici feriunt, fitque in ea, ex concordia grauis et acuti, gratissimus cantus.* Sed SERVIVS ad VIRGIL. *Aeneid.* XI. dicit esse *tibiam obliquam.* Et certe hodienum Syris *Sambonja* vel *Sombonja* instrumentum *Musicum* dicitur ex arundine confectum, Graecis et Italis *Sampogna* siue *Zampogna.* Alii contra ex Babylonia in Graeciam nomen illud deuenisse putant, quod IRHOVIO in *Coniectaneis de Psalmorum Titulis* p. 69. idem est cum Talmud. סַמְפּוֹן *fistula*; HILLERVS autem in *Arcano Kri et Kethibh* p. 324. deriuat à Graeco σίφων *fistula.*

סוּס m. 1) *equus*, Gen. 49, 16. Exod. 14, 9. Deut. 17, 16. Iud. 5, 22. etc. ab *exsultatione* et *hilaritate*, à rad. שׂוּשׂ *exsultare prae gaudio, hilarem esse*, conf. Hiob. 39, 21. 25. inque eum locum BOCHARTVS in *Hieroz.* P. I. p. 129. seq. et BOOTIVS in *Animaduers. S.* L. III. c. 8. §. 7. seq. vt eadem de causa Arab. *equus* dicitur خيل, conf. SCHVLTENSII *Animaduers.* in Hiob. 6, 10. *Hilaritatem* inter generosi *equi* notas refert COLVMELLA L. VII. c. 28. vnde *ad lituos hilaris* dicitur STATIO *Thebaid.* L. XII. Plura vid. apud MAIVM in *Histor. anim.* p. 381. Plur. סוּסִים *equi*, Deut. 17, 16. 1 Reg. 4, 26. et סֻסִים 2 Sam. 15, 1. in regim. סוּסֵי 1 Reg. 22, 4. 2 Reg. 2, 11. cum Affixo סוּסָיו *equi eius* vel *sui*, Deut. 11, 4. Ies. 5, 28. et sine Iod, סוּסָו 2 Reg. 5, 9. 2) *hirundo*, Ies. 38, 14. et sec. Kethibh Ier. 8, 7. vbi Kri habet סִיס. Sic vero mere est ὀνοματοποιητικὸν, quo *hirundinis* ψιθυρισμὸν vtcunque imitari voluerunt Hebraei.

סוּסָה f. *equa*, cum Affixo סֻסָתִי *equa mea*, et *collectiue*, *equae meae*, vulgo *equitium meum*, Cant. 1, 9. vt Graec. ἡ ἵππος est *equitatus*, et apud Arabes quoque Nomina foem. *collectiue* sumi solent.

סוּף *deficere, desinere, cessare, finiri, consumi.* Fut. יָסוּף *deficiet*, Esth. 9, 28. pl. יָסֻפוּ *consumentur*, Ies. 66, 17. Hiph. fut. אָסֵף *cessare faciam, consumam*, Zeph. 1, 2. 3. sed cum Affixo אֲסִיפֵם *consumam eos*, Ier. 8, 13.

סוּף Chald. id. Praet. foem. סָפַת *finitum est*, Dan. 4, 30. Aphel fut. foem. תָּסֵף *consumet*, Dan. 2, 44.

סוֹף m. *finitio, finis, terminus*, Eccles. 3, 11. c. 7, 2. c. 12, 13. 2 Chron. 12, 13. cum Affixo סֹפוֹ *terminus eius*, Ioël. 2, 20.

סוֹף m. Chald. id. Dan. 4, 8. 19. in Statu Emphat. סוֹפָא Dan. 6, 27. c. 7, 26. 28.

סוּף m. *alga* vel potius *iuncus:* vnde denominatur *mare Suph* siue *rubrum*, Exod. 2, 3. 5. Ies. 19, 6. Ps. 106, 7. 9. 22. etc. Formam habet à סוּף, sed significationem à יסף *adiunxit, coniunxit:* sicut synonymum אָחוּ et Lat. *iuncus*, dicitur à *iungendo*; nisi per Aphaeresin dictum sit pro יְסוּף. Conf. *Onomast. V. T.* p. 58. et 614.

סוּפָה f. *turbo*, q. d. *abreptio* pulueris, stipularum, foliorum etc. Prou. 1, 27. Hiob. 21, 18. Ies. 5, 28. Ier. 4, 13. etc. Formam habet à סוּף, sed significationem ab אסף vel ספה *auferre, abripere, disperdere*, vnde Chald. ספסף *dispersit, disiecit*, Arab. ספא *abripuit dispersitque ventus puluerem.* Cum ה Paragog. *Intensiuo*, סוּפָתָה *turbo vehementissimus*, Hos. 8, 7. cum Affixo סוּפָתְךָ *turbo tuus*, Ps. 83, 16. pl. סוּפוֹת *turbines*, Ies. 21, 1.

סוּר *recedere, discedere, secedere, diuertere.* Praet. סָר *recessit, diuertit*, Exod. 3, 4. Num. 12, 10. סַרְתִּי *recessi*, Ps. 119, 102. Part. praes. סָר *recedens*, Prou. 14, 16. Hiob. 1, 1. 8. foem. סָרָה id. in regim. סָרַת Prou. 11, 22. Aliud vid. inter Nomina, et sub rad. סרר. Pahul סוּר *auersus*, scil. à bona indole: *degener, apostata*, pl. סוּרִים *auersi, degeneres, apostatae*, in regim. סוּרֵי Ier. 2, 21. (vbi *degeneres vitis* sunt *palmites, quae à vitis* tanquam matris generosae *natura et indole in deterius degenerarunt*,) cum Affixo סוּרַי *degeneres* (filii) *mei*, sec. Kri Ier. 17, 13. vbi Kethibh habet יְסוּרַי *castigati mei*, (à יסר,) sed foem. סוּרָה *remota, abducta*, Ies. 49, 21. Infin. absol. סוֹר *recedendo*, Dan. 9, 5. 11. infin. constr. סוּר *recedere*, Deut. 17, 20. Ios. 23, 6. cum Affixo שׂוּרִי, pro סוּרִי, τὸ *recedere meum*, Hos. 9, 12. Imp. סוּר *recede*, 2 Sam. 2, 22. Ps. 34, 15. cum ה Parag. סוּרָה *diuerte*, Iud. 4, 18. Ruth. 4, 1. Fut. אָסוּר *recedam*, Deut. 2, 27. 2 Sam. 22, 23. cum ה Parag. אָסֻרָה *diuertam*, Exod. 3, 3. יָסוּר *recedet*, Gen. 49, 10. Deut. 17, 17. *diuertat*, 2 Reg. 4, 10. et יָסֻר Prou. 9, 4. 16. *diuertebat*, 2 Reg. 4, 8. sed cum Vau Conuers. וַיָּסַר *et recessit, diuertit*, Exod. 8, 27. Iud. 4, 18. Ruth. 4, 1. aliud vid. in Hiph. Pl. יָסוּרוּ *recedent, recedant*, Deut. 4, 9. it. *rebellant, refragantur*, (petita significatione à סרר,) Hos. 7, 14. et יָסֻרוּ Exod. 25, 15. etc. Pih. praet. סוֹרֵר *recedere fecit, auertit*, Thren. 3, 11. Hiph. praet. הֵסִיר *recedere fecit, remouit, amouit, abstulit, auertit, abduxit*, Ios. 11, 15. 1 Sam. 28, 3. cum Affixis הֱסִירָהּ *remouit, amouit eam*, 2 Chron. 15, 16. הֱסִירְךָ *auerterit te*, 2 Sam. 5, 6. הֲסִירֹתִי *amoui*, 2 Sam. 7, 15. Ps. 81, 7. pl. הֵסִירוּ *remouerunt*, 2 Chron. 30, 14. Part. מֵסִיר *remouens*,

uens, auertens, Prou. 28, 9. Ief. 3, 1. Infin. abfol. הָסֵר *remouendo*, Gen. 30, 32. Ief. 5, 5. infin. conftr. הָסִיר *remouere, amouere, auferre, abducere*; Gen. 48, 7. 2 Sam. 6, 10. cum Affixo הֲסִירְכֶם τὸ *remouere veftrum*, Iof. 7, 13. Imp. הָסִיר *remoue*, Ezech. 21, 31. et הָסֵר Ecclef. 11, 10. foem. הָסִירִי id. 1 Sam. 1, 14. Fut. אָסִיר *remouebo, amouebo*, 2 Reg. 23, 27. Pf. 18, 23. cum ה Parag. אָסִירָה Iud. 9, 29. Ief. 1, 25. יָסִיר *remouebit*, Exod. 34, 34. Leuit. 4, 31. 35. et יָסֵר *remoueat*, Exod. 8, 4. Num. 21, 8. וַיָּסַר *et remouit, amouit*, Gen. 8, 13. Exod. 14, 25. et femel per שׂ, וַיָּשַׂר *et recedere, diuertere fecit*, 1 Chron. 2, 3. ex mente DANZII in Differt. de *Dauidis in Ammonitas mitigata crudelitate* §. 37. feq. et aliorum, vid. tamen rad. שׂור. Foem. תָּסֵר *remoueat*, Hof. 2, 4. fed וַתָּסַר *et remouit*, Gen. 38, 14. 19. etc. Hoph. praet. הוּסַר *remotus, um, eft*, Leuit. 4, 31. Dan. 12, 11. part. מוּסָר *remotus, amotus*, Ief. 17, 1. Hof. 5, 2. pl. מוּסָרִים *remoti, ablati*, 1 Sam. 21, 7. fut. יוּסַר *remouebitur*, Leuit. 4, 35.

סַר vid. fub rad. סרר.

סִיר com. 1) *fpina*, q. d. *auerfio* ab acceffu et tactu, in pl. סִירִים *fpinae*, Ief. 34, 13. Hof. 2, 8. Nah. 1, 10. Ecclef. 7, 6. et סִירוֹת Amos. 4, 2. 2) *olla*, in qua res coctiles *feruefiunt*, Exod. 16, 3. 2 Reg. 4, 38. 39. 40. 41. Pf. 60, 10. etc. fec. MAIVM à rad. Arab. سار *efferbuit vehementer*. Pl. סִירוֹת *ollae*, Exod. 38, 3. 1 Reg. 7, 45. cum Affixo סִירֹתָיו *ollae eius*, Exod. 27, 3.

סָרָה f. *receffio*, Ief. 14, 6. Aliud vid. fub rad. סרר.

סות *feducere, abducere*, fiue *phyfice*, vt 2 Chron. 18, 31. Hiob. 36, 16. fiue *moraliter*, *perfuadendo* fcil. et *inftigando*; German. verleiten, idque vel ad rem *indifferentem*, vt Iof. 15, 28. Iud. 1, 14. vel ad rem *malam*, vt alibi. Sed in Kal non occurrit. Hiph. praet. הֵסִית, vnde cum Affixo הֱסִיתְךָ *feduxit, inftigauit te*, 1 Sam. 26, 19. fed הֲסִיתְךָ *abducet te*, (vbi in voc. praeced. וְאַף *et etiam*, Vau vt *Conuerfiuum* fumendum eft,) Hiob. 36, 16. foem. הֵסַתָּה *feduxit, inftigauit*, 1 Reg. 21, 25. Formam habet tanquam à סתת; quemadmodum etiam praet. pl. הֵסִיתוּ, part. מֵסִית et fut. יַסִּית rectius ad נסת referuntur, vbi vid. Fut. תָּסִית, cum Affixo et ו Conuers. וַתְּסִיתֵנִי *et inftigafti me*, Hiob. 2, 3. יָסִית, cum Affixis יְסִיתְךָ *feducet, feducat te*, Deut. 13, 6. Hiob. 36, 18. וַיְסִיתֵהוּ *et inftigauit eum*, 2 Chron. 18, 2. וַיְסִיתֵם *et abduxit eos*, 2 Chron. 18, 31. fed וַיָּסֶת *et inftigauit, feduxit*, 2 Sam. 24, 1. 1 Chron. 21, 1. foem. וַתְּסִיתֵהוּ *et inftigauit eum*, Iof. 15, 18. Iud. 1, 14.

סוּת f. Gen. 49, 11. vid. fupra fub rad. כסה.

סָחַב *traxit, raptauit, distraxit.* Praet. pl. cum Vau Conuers. וְסָחַבְנוּ *et trabemus*, 2 Sam. 17, 13. infin. absol. סָחוֹב *trabendo*, Ier. 22, 19. infin. constr. סְחֹב *trabere, raptare*, Ier. 15, 3. fut. pl. cum Affixo יִסְחָבוּם *trabent, raptabunt eos*, Ier. 49, 20.

סְחָבָה f. in pl. סְחָבוֹת *distractiones:* vnde *veteramenta* סְחָבוֹת *distractionum*, i. e. partes vestium *trabendo* per terram *laceratae et attritae.*

סָחָה in Kal inusit. Pih. סִחָה *expurgauit, euerrit, auerrit.* Praet. cum Vau Conuers. וְסִחֵיתִי *et euerram, auerram*, Ezech. 26, 4.

סְחִי m. *purgamentum, sordes verrendo congestae*, Thren. 3, 45.

סָחַף proprie *abrasit, abstraxit*, vt apud Arab. Part. praes. סֹחֵף *abradens, auerrens*, Prou. 28, 3. de *pluuia* dicitur, quo cum conf. Arab. sohhâfon *torrens*, et sahhifaton *pluuia vebementior*, res obuias *asportans.* Niph. praet. נִסְחַף *abstractus* et quasi *auerritus est*, Ier. 46, 15.

סָחַר *circumiuit, obiit*, spec. *negotiandi causa.* Praet. pl. סָחֲרוּ *circumiuerunt negotiandi causa*, Ier. 14, 18. Part. praes. סֹחֵר *circumiens negotiandi causa, negotians*, et substantiue, *negotiator, mercator*, Gen. 23, 16. Prou. 31, 14. pl. סֹחֲרִים *negotiatores*, Gen. 37, 28. Ezech. 27, 36. in regim. סֹחֲרֵי 1 Reg. 10, 28. 2 Chron. 1, 16. cum Affixo סֹחֲרֶיהָ *mercatores eius*, Ies. 23, 8. foem. סֹחֵרָה similiter *substantiue* sumitur pro *aspide* siue *clypeo rotundiore*, Ps. 91, 4. quo cum conuenit Syr. סכרא *clypeus*, per כ. Sed סֹחֶרֶת 1) *negotiatrix*, cum Affixo סֹחַרְתֵּךְ *negatiatrix tua*, Ezech. 27, 12. 16. 18. 2) genus *marmoris*, vt plurimis interpretibus videtur, à *rotunditate* dictum, Esth. 1, 6. quod scil. *circulis* siue *verticibus rotundis* variegatum sit: quale *marmor* fuit *Augustum* illud, *undatim crispum in vortices*, apud PLINIVM L. XXXVI. c. 7. vel *marmor nigrum, maculis venisque albis variegatum:* quale Itali vocant *Biancho è nigro anticho*, coll. Arab. سحار *albedo rei nigrae inducta.*

סָחִישׁ m. 2 Reg. 19, 29. et litteris transpositis, שָׁחִיס Ies. 37, 30. Arab. شخيس *rem variam* et *discrepantem* denotat, à rad. شخس *diuersus fuit, diuersimode se babuit.* Sic ergo סָחִישׁ et שָׁחִיס vocatur, *quod anno tertio à sementi sponte prouenit*, et τῷ סָפִיחַ opponitur. Vt enim סָפִיחַ dicitur, *quod anno à sementi secundo sponte crescit*, tanquam *aggregatum* et *accessorium* quid, (vid. infra סָפִיחַ,) ex granis scil. deciduis: ita סָחִישׁ vel שָׁחִיס est aliquid

sponte

sponte nascens, sed *varium, discrepans* et *degenerans* à primi seminis natura.

סֵט vid. sub rad. שׂוט.

סִיג vid. supra sub rad. סוג.

סִירְן vid. sub rad. סוה.

סִיס vid. supra in סוּס.

סִיפֹּנְיָא vid. supra סוּמְפֹּנְיָה.

סִיר vid. sub rad. סור.

סָכַךְ *texit, operuit, obtexit, protexit.* Construitur cum accusat. vel cum ב, עַל et ל. Praet. סַכּוֹתָ *texisti, obruisti*, Thren. 3, 34. et cum ה Parag. סַכּוֹתָה *obtexisti*, Ps. 140, 8. Thren. 3, 44. וְסַכֹּתִי *et obtegam*, Exod. 33, 22. Part. praes. סוֹכֵךְ *obtegens, protegens*, Ezech. 28, 14. 16. Nah. 2, 6. pl. סֹכְכִים *obtegentes*, Exod. 25, 20. 1 Chron. 28, 18. Fut. יָסֹךְ, vnde cum Affixo תְּסֻכֵּנִי *obtegebas, protegebas me*, Ps. 139, 13. pl. cum Vau Conuers. וַיָּסֹכּוּ *et obtexerunt*, 1 Reg. 8, 7. cum Affixo יְסֻכֻּהוּ *tegunt eum*, Hiob. 40, 22. Pih. geminatis radicalibus, סִכְסֵךְ, vulgo ad סוּךְ, *vngere*, referunt, et per *miscuit, commiscuit*, exponunt; sed sensu longius petito et ad loca, vbi occurrit, aegre applicabili: vnde mallem cum SCHVLTENSIO conferre rad. Arab. شكّ *totum se operuit armis*, it. *transfixit*, (vnde et שִׂכִּים *spinae*, et שֻׂכּוֹת *missilia, tela*,) vel شاك *transfixit*, it. *fortitudinem et strenuitatem in bello ostendit;* quo cum conuenit sacsacaton *audacia, strenuitas*. Sic ergo סִכְסֵךְ significat *armare* vel *strenuum facere:* vnde praet. cum Vau Conuers. וְסִכְסַכְתִּי *et armabo* vel *strenuum reddam*, Ies. 19, 2. fut. יְסַכְסֵךְ *armabit, strenuos reddet*, Ies. 9, 11. Sed Pih. שׂוֹכֵךְ vid. in rad. שׂוּךְ. Hiph. part. מֵסִךְ *tegens*, Iud. 3, 24. infin. הָסֵךְ *tegere*, 2 Sam. 1, 24. in quo vtroque loco *tegere pedes* per Euphemismum dicitur pro *exonerare aluum;* quamuis HASAEVS in *Bibliotb. Brem.* Class. IV. p. 757. seq. SCHARBAU in *Parerg.* P. III. p. 54. et Celeb. WOLLE in Dissert. de *Euphemismo S.* p. 13. seq. cum IOSEPHO et CHRYSOSTOMO id intelligant de *decubitu ad dormiendum*. Fut. תָּסֵךְ *obteges, proteges*, Ps. 5, 12. יָסֵךְ, et retracto accentu יָסֶךְ *obteget, proteget*, Ps. 91, 4.

סָךְ m. *turba, multitudo hominum*, Ps. 42, 5. q. d. *tectio terrae*, i. e. cuius *copiâ* terrae superficies *tegitur*, conf. Exod. 8, 2. c. 10, 5. 15. c. 16, 13. Num. 22, 5. 11. Ies. 60, 6. Ier. 46, 8. Iudith. 2, 11. et suo loco גּוֹי, עַם, et Verbum לבשׁ Ps. 65, 14. Plura vid. in *Arcano Form.* p. 190.

סֹךְ m. 1) *latibulum*, q. d. *tectio*, Pf. 10, 9. Ier. 25, 38. 2) *tugurium*. Cum Affixo סֻכּוֹ *latibulum ſuum*, Ier. 25, 38. pro quo recurrit סוּכּוֹ *tugurium eius*, Pf. 76, 3. et סֻכָּה Pf. 10, 9. Pf. 27, 5. ſed שֻׂכּוֹ à שׂוּךְ vid. ſub rad. שׂכך.

סֻכָּה f. id. vt in priori ſignificatione Hiob. 38, 40. in poſteriore Pf. 31, 21. Hiob. 27, 18. Ief. 1, 8. c. 4, 6. Ion. 4, 5. In regim. סֻכַּת Amoſ. 9, 11. cum Affixo סֻכָּתוֹ *tugurium eius* vel *ſuum*, Pf. 18, 12. Hiob. 36, 29. pl. סֻכּוֹת *tuguria*, *latibula*, Gen. 33, 17. 2 Sam. 22, 12.

סִכּוּת f. *tugurium*, *tabernaculum*, Amoſ. 5, 26.

אָסוּךְ m. (cum א Heemant. firmae *Conſiſtentiae* nota,) *vaſculum operculo firmiter tectum* et *clauſum*, 2 Reg. 4, 2. vbi addito שֶׁמֶן ad *lecythum* reſtringitur. Conf. ſuo loco אַגָּן et כּוֹס.

מָסָךְ m. *tegumentum*, *velum*, *quo tegitur*, Exod. 26, 36. 37. Num. 3, 31. 1 Sam. 17, 19. Pf. 105, 39. in regim. מָסַךְ Exod. 35, 15. 17. Num. 3, 16. 25. et Ief. 22, 8. quem locum poſtremum egregie ex Arab. illuſtratum dedit b. SCHVLTENS de *Defect. ling. Hebr.* §. 262. ſeq.

מוּסָךְ m. *tegmen*, in regim. מוּסַךְ ſec. Kri 2 Reg. 16, 18. ſed Kethibh habet מֵיסַךְ, tanquam à יסך.

מְסֻכָּה f. *operimentum*, vnde cum Affixo in pauſa מְסֻכָתֶךָ *operimentum tuum*, Ezech. 28, 13. Sed מְסוּכָה vid. ſub rad. שׂוּךְ, et מְשֻׂכָּה ſub rad. שׂכך.

סָכַל *ſtupidus*, *ſtultus fuit*, vt כסל, in Kal inuſit. Niph. נִסְכַּל vulgo *ſtolide egit*, proprie *ſtolidus factus*, *infatuatus eſt*. Praet. נִסְכַּלְתָּ *infatuatus es*, 1 Sam. 13, 13. 2 Chron. 16, 19. נִסְכַּלְתִּי *infatuatus ſum*, 1 Sam. 24, 10. 1 Chron. 21, 8. Pih. imper. סַכֵּל *ſtultum effice*, 2 Sam. 15, 31. fut. יְסַכֵּל *infatuabit*, *ſtolidam reddet*, Ief. 44, 25. Hiph. הִסְכִּיל *ſtulte fecit* ſiue *egit*. Praet. הִסְכַּלְתָּ *ſtulte egiſti*, Gen. 31, 28. הִסְכַּלְתִּי *ſtulte egi*, 1 Sam. 26, 21.

סָכָל m. *ſtupidus*, *ſtolidus*, *ſtultus*, Ier. 5, 21. Eccleſ. 2, 19. c. 7, 17. c. 10, 3. 14. pl. סְכָלִים *ſtulti*, Ier. 4, 22.

סֶכֶל m. id. Eccleſ. 10, 6.

סִכְלוּת f. *ſtatus ſtupidi* ſiue *ſtulti* : *ſtultitia*, Eccleſ. 2, 3. 12. 13. c. 7, 25. c. 10, 1. 13. pro quo ſemel ſcribitur שִׂכְלוּת Eccleſ. 1, 17. coll. c. 2, 12.

סָכַן proprie *ita ad manus fuit*, *vt facile eo vti queas*, hinc *vtilis fuit*, *profuit*, Arab. *familiaris fuit*. Part. praeſ. סֹכֵן *promus condus*, *theſaurarius*; Ief. 22, 15. per Metatheſin dicitur pro כנס, à כָּנַס, *collegit*, *repoſuit*, Arab. כנז *recondidit*, *theſaurarizauit*, vnde et ſeq. Nomen מִסְכְּנוֹת. Sed f. סֹכֶנֶת *miniſtra familiaris* et *conſuetudina-*

dinaria, 1 Reg. 1, 2. 4. Fut. יִסְכָּן *vtilis, e, erit, proderit*, Hiob. 15, 3. c. 22, 2. c. 34, 9. c. 35, 3. Niph. fut. יִסָּכֵן *periclitabitur*, (ex significatione radicis Chald.) Eccles. 10, 9. Pyh. part. מְסֻכָּן *familiaris factus, assuetus*, vel potius *ad inopiam redactus*, (vt formatum sit à seq. Nomine מִסְכֵּן,) Ies. 40, 20. Hiph. הִסְכִּין *familiarem fecit, familiariter fecit* siue *egit, consueuit, solitus est*. Praet. cum ה Paragog. הִסְכַּנְתָּה *familiares, notas tibi fecisti*, Ps. 139, 3. הַהַסְכֵּנְתִּי *familiariter egi, consueui, solitus sum*, Num. 22, 30. imper. הַסְכֶּן *familiariter age, consuesce*, Hiob. 22, 21. infin. הַסְכֵּן *consuescendo*, q. d. *solendo*, Num. 22, 30.

מִסְכֵּן m. *pauper, miser*, Eccles. 4, 13. c. 9, 15. 16. proprie *quo facile ad operas tuas vti potes*, quem scil. penuria et necessitas ad inseruiendum aliis cogit; nisi potius compositum sit ex מסה vel מסס *dissolutus est*, (conf. מָס Hiob. 6, 14.) et ex נֶכֶס, pl. נְכָסִים *opes*, (pro כְּנָסִים,) q. d. *dissolutus opibus*.

מִסְכֵּנוּת et pro eo מִסְכֵּנֻת f. *status pauperis: paupertas, penuria*, Deut. 8, 9.

מִסְכְּנוֹת foem. pl. *loca, in quae colligitur* siue *in quibus reponitur* ∴ *penuaria*, (per Metathesin pro מִכְנְסוֹת,) Exod. 1, 11. 1 Reg. 9, 19. 2 Chron. 8, 4. c. 16, 4. c. 17, 12. c. 32, 28.

סָכַר *clausit, occlusit, conclusit*, in Kal inusit. Particip. enim pl. סֹכְרִים Esr. 4, 5. scriptum est pro שֹׂכְרִים *mercede conducentes*. Niph. fut. יִסָּכֵר *occludetur*, Ps. 63, 12. pl. cum Vau Conuers. וַיִּסָּכְרוּ *et occlusi sunt*, Gen. 8, 2. Pih. praet. cum Vau Conuers. וְסִכַּרְתִּי *et concludendum dabo, tradam*, Ies. 19, 4. Conf. cognatum סגר.

סָכַת in Kal inusit. Hiph. הִסְכִּית *auscultauit, attendit*, proprie *siluit*, vt Arab. Imper. הַסְכֵּת *ausculta, attende*, Deut. 27, 9.

סַל vid. infra sub rad. סלל.

סָלָא *aestimauit*, in Kal inusit. Pyh. part. pl. מְסֻלָּאִים *aestimati*, Thren. 4, 2. fut. תְּסֻלֶּה *aestimabitur*, Hiob. 28, 16. 19. mutuata Forma à Quiescentibus tertia radicali ה.

סָלַד in Kal inusit. Pih. סִלֵּד, vnde fut. cum ה Parag. אֲסַלְּדָה Hiob. 6, 10. quod varie exponitur. Putauerim ego, post aliorum sententias, סלד idem esse cum Arab. סרל *laxauit, dimisit, libere ire permisit*, (qualis Metathesis litterarum in deriuatione vocum Arab. ex Hebr. frequentissima est,) vt sensus l. c. sit: *Et erit* (vel *sit*) *adhuc solatium meum, vt laxem* siue *libere ire permittam dolorem, non parcat* vel *parceret*, scil. Deus. ב in בְּחִילָה est ב *Ob-iecti*,

iecti, vt post synonymum פטר Ps. 22, 8. post פער Hiob. 16, 10. et alibi saepissime.

סָלָה *prostrauit*, Chald. et Syr. *reiecit, respuit, spreuit, auersatus, abominatus est*. Praet. סָלִיתָ *prostrauisti*, aliis *reiecisti, respuisti*, Ps. 119, 118. Pih. praet. סִלָּה *prostrauit*, Thren. 1, 15. Sed fut. Pyh. תְּסֻלֶּה vid. antea in rad. סלא.

סֶלָה m. cum ה Paragog. סֶלָּה, excluso sic ה radicali, vel, vt habet Cl. VRIEMOET in *Annot. ad Dicta Classica* T. II. p. 186. סְלָה, ad Formam סְאָה, vnde, retracto accentu, factum סֶלָה *prostratio*, scil. *vocis*, qualis fieri solet in pausa, Ps. 3, 3. 5. 9. Ps. 4, 3. 5. Ps. 7, 6. Ps. 9, 17. 21. Habac. 3, 3. 9. 13. etc. Qui deriuant ab Arab. סלא *tranquillo animo fuit, quieuit*, non perpendunt, Arab. סלא originem ducere ab Hebr. שלה. Plura de h. n. dabunt NOLDIVS ad *Concordant. Partic.* not. (1877.) CALMETVS in Differt. de voc. למנצח et סלה, (cuius tamen sententia exploditur in *Miscellan. Groning.* T. III. p. 355. seq.) CRENIVS in Praefat. ad Fascem V. *Exercitat. Philol. Histor.* p. 10. seq. IRHOVIVS de *Psalmorum Titulis* p. 123. seq. I. C. BIEL in *Nov. Miscell. Lips.* Vol. III. p. 14. seq. SONTAGIVS de *Titulis Psalmorum* p. 720. seq. FOURMONT in *Memoires de litterature* T. VI. p. 175. seq. I. C. KOERNER, A. C. WERNERVS et IOH. PASCHIVS in pec. Differt. de h. n. PEVCERVS in Progr. de *Hebr. Sela*, Celeb. HEVMANNVS in *Poecile* T. III. p. 471. seq. Doctiss. WOLLE in Differt. de *Inuocatione Patris in nomine Messiae* p. 19. 20. etc. Singularis sententia est MARCI MEIBOMII in *Interpretat. Nou. Specim.* I. p. 87. seq. et H. G. REIMII in *Miscellan. Lipsiens.* T. III. p. 61. seq. סלה non esse vocem *significatiuam*, sed per ראשי תיבות siue *Abbreuiaturas* singulas litteras notare integras voces: ex mente quidem MEIBOMII סֹב לְמַעְלָה הַשָּׁר *redi sursum, cantor!* sec. REIMIVM autem סְלַח לִי הַשֵּׁם *propitius esto mihi, o Deus!* vel סְלַח לָנוּ הַשֵּׁם *propitius esto nobis, o Deus!* quem recte refutatum dedit H. I. BÜTEMEISTER in iisdem *Miscellan.* Tom. IX. p. 214. seq.

סִלּוֹן m. (cum terminatione augmentatiua,) genus *spinae maioris*, Ezech. 28, 24. dictum ab *auersatione*, (vt synonyma סְנֶה et קוֹץ,) Chald. סִלְוָא et סִלְּתָא, Arab. *sollaon* h. e. *aculeus rami palmae*, à rad. Chald. et Syr. סלא *reiecit, auersatus est*.

סַלּוֹן m. id. vnde pl. סַלּוֹנִים *spinae*, Ezech. 2, 6.

סָלַח *propitius fuit, condonauit*. Praet. סָלַחְתָּ *condonasti*, Thren. 3, 42. סָלַחְתִּי *condonaui*, Num. 14, 20. part. praes. סֹלֵחַ *condonans*,

nans, Pſ. 103, 3. infin. conſtr. סְלֹחַ *condonare*, 2 Reg. 24, 4. Ieſ. 55, 7. imper. סְלַח *condona*, Num. 14, 19. Amoſ. 7, 2. cum ה Parag. et in pauſa, סְלָחָה Dan. 9, 19. fut. אֶסְלַח *condonabo*, Ier. 5, 1. 7. (vbi Kethibh habet אֶסְלוֹחַ,) 2 Chron. 7, 14. יִסְלַח *condonabit*, Num. 30, 6. 9. 13. 2 Reg. 5, 18. Niph. praet. cum Vau Conuers. וְנִסְלַח *et condonabitur*, Leuit. 4, 20. 26. 31. 35. Num. 15, 25.

סַלָּח m. *condonator*, Pſ. 86, 5.

סְלִיחָה f. *condonatio*, Pſ. 130, 4. pl. סְלִיחוֹת *condonationes*, Dan. 9, 9. Neh. 9, 17.

סָלַל in genere *extulit*, *eleuauit*, *exaltauit*, Exod. 9, 17. Prou. 4, 8. ſpec. *aggeſſit*, *aggerauit*: vt *aceruos*, Ier. 50, 26. et *viam*. Part. Pahul foem. סְלוּלָה *aggeſta*, Prou. 15, 19. et סְלֻלָה Ier. 18, 15. imper. pl. סֹלּוּ *aggerite*, ſcil. viam, Pſ. 68, 5. Ieſ. 57, 14. c. 62, 10. cum Affixo et deducto accentu, סָלּוּהָ *aggerite eam*, Ier. 50, 26. fut. pl. cum Vau Conuers. וַיָּסֹלּוּ *et aggeſſerunt*, Hiob. 19, 12. c. 30, 12. Pih. imperat. סַלְסֵל *extolle*, cum Affixo סַלְסְלֶהָ *extolle eam*, Prou. 4, 8. Hithpah. part. מִסְתּוֹלֵל (pro מִתְסוֹלֵל) *extollens ſe*, Exod. 9, 17.

סַל m. *caniſtrum*, *corbis*, Gen. 40, 17. Exod. 29, 3. 23. 32. Leuit. 8, 2. 26. 32. Num. 6, 15. 17. 19. etc. ſic dicta, quod ſupra caput *attolli* ſoleat, coll. Gen. 40, 16. vel à *contexendo*, vt ſeq. סַלְסִלּוֹת. Pl. סַלִּים *corbes*, Gen. 40, 18. in regim. סַלֵּי Gen. 40, 16.

סִלָּא f. (pro סִלָּה, cum א pro ה,) *via aggeſta*, 2 Reg. 12, 21. Quibusdam eſt Nomen *Propr*.

סַלְסִלּוֹת pl. foem. *corbes ex viminibus varie coniunctae et contextae*, Ier. 6, 9. ab Arab. סלסל *coniunxit*, *concatenauit*.

סֹלְלָה f. (Verbale ex Pihel ſiue Pohel,) *aggeſtio terrae*, i. e. *agger*, 2 Sam. 20, 15. 2 Reg. 19, 32. Ieſ. 36, 33. Ier. 6, 6. etc. pl. סֹלְלוֹת *aggeres*, Ier. 32, 24. c. 33, 4.

סֻלָּם m. (cum Mem *Intenſiuo* ſiue *Comprehenſiuo*,) *ſcala*, (Amhar. *mäslâl*,) q. d. *elatio ſumma*, vel potius *elationum* i. e. *graduum multitudo*, Gen. 28, 12.

מַסְלוּל m. *via aggeſta*, propriè *locus aggeſtus*, Ieſ. 35, 8.

מְסִלָּה f. id. Num. 20, 19. Iud. 21, 19. 1 Sam. 6, 12. Ieſ. 62, 10. etc. in regim. מְסִלַּת 2 Reg. 18, 17. Ieſ. 7, 3. cum Affixo מְסִלָּתוֹ *via aggeſta ſua*, Ioël. 2, 8. pl. מְסִלּוֹת *viae aggeſtae*, Iud. 20, 31. 32. 45. Pſ. 84, 6. cum Affixo מְסִלּוֹתָם *viae aggeſtae eorum* vel *ſuae*, Iud. 5, 20. Ieſ. 59, 7.

סְלוֹן et סַלּוֹן vid. ſupra ſub rad. סלה.

סֶלַע m. *petra*, Iud. 15, 8. 11. 1 Sam. 23, 28. Pſ. 40, 3. Ieſ. 32, 2. etc. proprie *petra fiſſa* ſiue *fiſſuras habens:* deriuant enim à rad. Arab. סלע *fidit*, it. *fiſſuris laborauit.* Cum Affixo סַלְעוֹ *petra eius*, Ieſ. 31, 9. pl. סְלָעִים *petrae*, 1 Sam. 13, 6. 1 Reg. 19, 11.

סָלְעָם m. ſpecies *locuſtae voraciſſimae*, Leuit. 11, 22. à rad. Chald. סלעם *abſumſit*, *deglutiuit.* HILLERO eſt pro עָלְסָם, ab עלס *aſſiliit*, cum Mem *Augmentat.*

סָלַף *peruerſus fuit*, al. *intricatus fuit*, in Kal inuſit. Pih. סִלֵּף *peruerſum reddidit*, *peruertit*, vel *intricauit.* Part. מְסַלֵּף *peruertens*, Prou. 21, 12. fut. יְסַלֵּף *peruertit*, al. *intricat*, Exod. 23, 8. Hiob. 12, 19. foem. תְסַלֵּף id. Prou. 13, 6. c. 19, 3.

סֶלֶף m. *peruerſitas*, Prou. 11, 3. c. 15, 4.

סְלֵק et סְלִק Chald. *aſcendit.* Praet. foem. סִלְקַת *aſcendit*, Dan. 7, 20. et cum (ָ), סִלְקָת Dan. 7, 8. pl. סְלִקוּ *aſcenderunt*, Dan. 2, 29. Eſr. 4, 12. part. praet. foem. plur. סָלְקָן *aſcendentia*, *aſcendebant*, Dan. 7, 3.

סֹלֶת com. *ſimila*, *farina ſelecta*, Gen. 18, 6. Exod. 29, 2. 40. Leuit. 2, 1. 4. 5. 7. Num. 6, 15. etc. à rad. Arab. سال *ſegregauit*, conf. *Arcan. Form.* p. 190. Alii deducunt à rad. Arab. סלת *abſterſit*, *mundauit*, vt ת ſit *radicale.* Cum Affixo סָלְתָּהּ *ſimila eius*, Leuit. 2, 2.

סַם m. *aroma*, ab *olfaciendo*, à rad. Arab. شم *olfecit;* vel potius à rad. Arab. נסם *ſuauem odorem ſpirauit*, per Aphaereſin primae radicalis Nun. Plur. סַמִּים *aromata*, Exod. 25, 6. Leuit. 4, 7. Num. 4, 16.

סְמָדַר m. *uva florens* vel *flos vitis odoratus*, Cant. 2, 13. 15. c. 7, 13. compoſ. ex eodem Arab. נסם *ſuauem odorem ſpirauit*, (vnde naſamon *odor ſuauis*,) ſimili Aphaereſi, et ex הדר Arab. *conſpicuos flores habuit. Vitium* pubeſcentium ſiue florentium *odori* nullam *ſuauitatem* praeferri, teſtis eſt PLINIVS L. XIV. c. 2.

סָמַךְ proprie *impoſuit*, rei ſcil. conſiſtenti et firmae, vt ei *incumberet* et *inniteretur*, e. g. manum capiti victimae: hinc *fulciuit*, *ſuſtentauit*, et intranſit. *impoſuit ſe*, *incubuit*, vt Exod. 24, 2. Pſ. 88, 8. Praet. foem. סָמְכָה *impoſuit ſe*, *incubuit*, Pſ. 88, 8. cum Affixo סְמָכָתְנִי *fulciuit*, *ſuſtentauit me*, Ieſ. 63, 5. pl. cum Vau Conuers. וְסָמְכוּ *et imponent*, Exod. 29, 15. Leuit. 4, 15. Part. praeſ. סוֹמֵךְ *ſuffulciens*, *ſuſtentans*, Pſ. 37, 17. 24. Ieſ. 63, 8. pl. סמכים

סֹמְכִים *sustentantes*, in regim. סֹמְכֵי Ezech. 30, 6. Ps. 54, 6. part. Pahul סָמוּךְ *fultus, suffultus*, Ies. 26, 3. Ps. 112, 8. pl. סְמוּכִים *fulta*, i. e. *firma*, Ps. 111, 8. Imp. סְמֹךְ, vnde cum Affixo סְמָכֵנִי *sustenta me*, Ps. 119, 116. Fut. cum Vau Conuers. וַיִּסְמֹךְ *et imposuit*, Leuit. 8, 14. Num. 27, 23. cum Affixo יִסְמְכֵנִי *sustentat me*, Ps. 3, 6. etc. Niph. נִסְמַךְ *fultus, innixus est*. Praet. נִסְמַכְתִּי *innixus sum*, Ps. 71, 6. pl. in pausa נִסְמָכוּ *innixi sunt, innituntur*, Ies. 48, 2. fut. יִסָּמֵךְ *innititur*, 2 Reg. 18, 21. Ies. 36, 6. Pih. imper. pl. cum Affixo סַמְּכוּנִי *fulcite me*, i. e. *recreate me*, Cant. 2, 5. coll. synonym. סעד Gen. 18, 5. Ps. 104, 15.

סֶמֶל m. *simulacrum, imago*, Deut. 4, 16. 2 Chron. 33, 7. 15. Deriuari potest à rad. Arab. סמל *concinnauit, composuit, vt conueniret et consentiret*. Quidam conferunt rad. משל *assimilauit*, et Lat. *similis*. Conuenit quoque צֶלֶם.

סֵמֶל m. id. Ezech. 8, 3. 5.

סָמַן Arabibus idem est cum Hebr. שמן *pinguis fuit*, vnde deducunt part. Niph. נִסְמָן *pinguedine imbutum*, de eximia quadam *hordei* specie, Ies. 28, 25. quae fortassis vna cum nomine, peregrine enunciato, ab exteris primum Iudaeae illata fuit. Conf. שׂוֹרָה sub rad. שׂור: Vulgo referunt ad סמן, quod Talmudicis *signare, insignire*, denotat: vt נִסְמָן sit *insignitum* siue *insigne*; sed quis non videt, illud סמן esse aetatis recentioris et originis Graecae, à σημαίνω, hoc autem à σῆμα?

סָמַר *horruit, horripilauit*, Ps. 119, 120. Pih. fut. תְּסַמֵּר *horrere faciebat, horrificabat*, al. intransit. *vehementer horripilabat*, Hiob. 4, 15.

סָמָר m. Ier. 51, 27. epitheton יֶלֶק, BOCHARTO ὀρθόθριξ *horripilans*; nisi potius sit ab Arab. סמר *depastus est herbas*.

מַסְמֵר m. vnde pl. מַסְמְרִים *claui, quibus res configuntur et firmantur*, 1 Chron. 22, 3. à סמר Chald. et Arab. *firmauit*, proprie *clauis*, Aethiop. *fixit, confixit*, alias צמר.

מַסְמֵר m. id. vnde pl. מַסְמְרִים *claui*, Ies. 41, 7.

מַסְמְרוֹת pl. foem. id. Ier. 10, 4. 2 Chron. 3, 9.

מַשְׂמְרוֹת pl. foem. id. (cum שׂ pro ס,) Eccles. 12, 11.

סְנֶה m. *rubus*, Exod. 3, 2. 3. 4. Deut. 33, 16. deriuo à rad. שׂנא, Chald. et Syr. סנא *odio habuit, auersatus est*, (vnde Syr. sanjo *exosus, odiosus*, et *rubus*,) coll. סִלּוֹן et קוֹץ. De singulari sententia G. VERESTOI, סְנֶה esse *palmam*, vid. *Museum Bremens.*

menſ. Vol. II. p. 99. ſeq. quem refutauit THEOD. HASAEVS in *Sylloge Diſſert.* num. 5. ipſe vero in ſpecie *ſpinam Aegyptiacam* ſiue *acaciam* intelligit, quem etiam ſequitur Celeb. SEBALD. RAV in Diſſ. de *iis, quae ex Arabia in vſum Tabernaculi fuerunt petita,* p. 22.

סַנְוֵר m. in pl. סַנְוֵרִים *excoecationes,* q. d. *elucificationes,* (prout *elucificare* LABERIVS dixit pro *oculis priuare,*) Gen. 19, 11. 2 Reg. 16, 18. à Chald. סַנְוֵר *excoecauit,* quod compoſitum videtur ex inuſit. סַן, Arab. سنا *lux, lumen,* (à rad. סנא *luxit, ſplenduit,*) et ex עַוֵּר *excoecauit,* media ſyllaba extrita.

סַנְסַן vel סַנְסֶן m. vnde pl. סַנְסִנִּים *cacumina palmae in plures ramos diuiſa;* vel potius, *ſpathae, ſpathulae,* quae Leuit. 23, 40. vocantur כַּפּוֹת תְּמָרִים, vbi LXX verterunt κάλλυνθρα, vel, vt alii legunt, κάλλυντρα, i. e. *ſcopae,* (à καλλύνω *verro,*) quod *palmarum ſpathulae* pro *ſcopis* adhiberentur, vid. *Horat. Satyr.* II. 4. 83. MARTIALIS *Epigram.* L. XIV. 82. ſicut hodienum *palma* Arabibus, et *palma ſylueſtris* Siculis ac Senenſibus eundem vſum praeſtat, conf. OL. CELSII *Hierobotan.* P. II. p. 509. MARTINII *Lex. Philol.* ſub voc. *ſpathula,* et PAVLI *à* S. TRINIT. *Itinerar. Orient.* L. VII. c. 8. Id vero me eo ducit, vt credam, סַנְסִנִּים dici à rad. Chald. et Arab. סנן *perpurgauit, emundauit.* Cum Affixo סַנְסִנָּיו *ſpathae eius,* Cant. 7, 9.

סְנַפִּיר m. *pinna piſcium,* Leuit. 11, 9. 10. 12. Deut. 14, 9. 10. compoſitum putem ex Chald. סנף *coniunxit,* et אֵבֶר *ala,* q. d. *penna* ſiue *ala coniuncta,* oppoſite ad *alas auium,* quae ex *pennis ſeparatis* conſtant.

סָס m. *tinea,* Ieſ. 51, 8. pannos et veſtes *deſtruens,* à rad. Arab. شوش *conturbauit,* vt Chald. כסס, in 2 Coniug. *deſtruxit.* Vulgo deducunt ab Arab. ساس *tineis laborauit;* ſed hoc potius à סָס formatum eſt.

סָעַד *fulciuit, ſuffulſit, ſuſtentauit,* metaphorice, vbi de *cibo* et *potu* ſermo eſt, *refecit, recreauit.* Praet. cum ו Conuers. וְסָעַד *et fulciet,* Prou. 20, 28. Infin. conſtr. סְעֹד, vnde cum Affixo סַעֲדָהּ *fulcire illud,* Ieſ. 9, 6. Imp. סְעָד (irregulariter pro סְעַד,) *fulci, ſuſtenta, refice,* Iud. 19, 5. et סְעֹד, cum Makkeph סְעָד־ Iud. 19, 8. cum ה Paragog. in pauſa סְעָדָה (cum Scheua Compoſito inſolito,) quod *intranſitiue* ſumitur, *refice te,* 1 Reg. 13, 7. cum Affixo סְעָדֵנִי *ſuffulci me,* Pſ. 119, 117. pl. סַעֲדוּ *fulcite, reficite,* Gen. 18, 5.

Fut. יִסְעַר *reficit*, Pſ. 104, 15. cum Affixis et Nun Epenthet. יִסְעָדֶנּוּ *ſuſtentabit, recreabit eum*, Pſ. 41, 4. יִסְעָדֶךָ *fulciet te*, Pſ. 20, 3. etc.

סְעַד Chald. id. vnde Pahel part. pl. מְסַעֲדִין *ſuffulcientes, ſuſtentantes*, Eſr. 5, 2.

מִסְעָד m. *fulcimentum, fulcrum*, 1 Reg. 10, 12.

סָעָה *inceſſit, cucurrit*, vt נסע et Arab. סעא. Inde eſt Part. praeſ. foem. סֹעָה *currens, celeriter incedens*, Pſ. 55, 9. conf. SCHVLTENS in *Animaduerſ.* ad h. l.

סְעִף m. proprie et in genere *diuiſio*, coll. rad. Arab. شعب *diuiſit, propagauit*, et intranſit. *diuiſit ſe*, in 2 Coniug. *diuiſit in ramos, ramos produxit arbor*, ב et פ permutatis. Hinc ſpec. 1) *cogitatio*, q. d. *diuiſio animi*; ſicut Graec. μέριμνα dicitur ἀπὸ τῦ μερίζειν τὸν νῦν, et Lat. *diuidia*, i. e. *cura ſollicita*, à *diuido*: *animum diuidere nunc huc, nunc illuc*, dixit VIRGILIVS *Aeneid.* IV. 285. *mentes diuidere* CATVLLVS LX. 15. Plur. (reſoluto Chirek longo in breue et Dageſch Forte,) סְעִפִּים *cogitationes*, 1 Reg. 18, 21. et per שׂ, שְׂעִפִּים Hiob. 4, 13. cum Affixo שְׂעִפַּי *cogitationes meae*, Hiob. 20, 2. 2) *ramus*, q. d. *diuiſio, propagatio arboris*, pl. סְעִפִּים *rami*, cum Affixo סְעִפֶּיהָ *rami eius*, Ieſ. 17, 6. c. 27, 10. Inde formatum eſt part. Pih. מְסָעֵף *ramos auferens et amputans*, Ieſ. 10, 33. 3) *ſcopulus*, vel potius *fiſſura*, Iud. 15, 8. 11. idem eſt cum Arab. شعبة *ramus arboris*, et *fiſſura in monte*. Plur. סְעִפִּים *fiſſurae*, in regim. סְעִפֵּי Ieſ. 2, 21.

סְעַפֹּת pl. foem. *rami*, cum Affixo סַעֲפֹּתָיו *rami eius*, Ezech. 31, 6. 8.

סֵעֵף m. (Formae dageſſandae,) vnde plur. סֵעֲפִים *homines animo nunc huc, nunc illuc diuiſi*, b. LVTHERO Flattergeiſter, Pſ. 119, 113.

סָעַר et per שׂ, שָׂעַר *vehementer commouit, exagitauit, propulit, abripuit*, Pſ. 58, 10. et intranſit. *vehementer ſe commouit, commotus, exagitatus, conturbatus eſt*. Part. praeſ. סֹעֵר *commouens ſe, exagitatum*, Ion. 1, 11. 13. foem. סֹעֲרָה *exagitata, conturbata*, Ieſ. 54, 11. Fut. יִשְׂעַר, cum Affixo et Nun Epenthet. יִשְׂעָרֶנּוּ *propellet, abripiet eum*, SCHVLTENSIO *comburet eum*, (ex ſignificat. rad. Arab.) Pſ. 58, 10. pl. יִסְעֲרוּ *vehementer commouebunt ſe*, Habac. 3, 14. Niph. praet. foem. נִשְׂעֲרָה *commotio facta eſt*, vel in fut. (ob ו, praecedenti voci praefixum,) *commotio fiet*, Pſ. 50, 3. fut. וַיִּסָּעֵר *et commotum, conturbatum eſt*, 2 Reg. 6, 11. Pih. fut. אֲסַעֲרֵם, (cum

(cum Tzeri sub א, ex Syrismo,) vnde cum Affixo אֲסָעֲרֵם *propellam, abripiam eos*, Zach. 7, 14. sed in 3 perf. יְשָׂעֵר, (Dagesch Forti non compensato,) cum Affixo יְשָׂעֲרֵהוּ *exagitabit, abripiet eum*, Hiob. 27, 21. Pyh. fut. יְסֹעַר (cum Tzeri pro Patach,) *exagitatur, propellitur*, Hos. 13, 3. quod tamen ex Coniug. Pohel esse potest, sensu *intransit*. et *intensiuo* exponendum. Hithpah. fut. יִשְׂתָּעֵר (pro יִתְשָׂעֵר,) *commouebit se*, Dan. 11, 40.

סַעַר m. *procella, turbo, vehemens aëris commotio*, Ps. 55, 9. Ier. 23, 19. c. 25, 32. c. 30, 23. Ion. 1, 4. 12. et per שׂ, שַׂעַר Ies. 28, 2. cum Affixo in pausa סַעֲרֶךָ *procella tua*, Ps. 83, 16. Aliud שַׂעַר vid. infra suo loco.

סְעָרָה f. id. 2 Reg. 2, 11. Ps. 107, 28. 29. Hiob. 38, 1. Ies. 29, 6. etc. pro quo semel sec. plurimos codices recurrit סָעָרָה 2 Reg. 2, 1. et per שׂ, שְׂעָרָה Hiob. 9, 17. Nah. 1, 3. In regim. סַעֲרַת Ier. 23, 19. c. 30, 23. plur. סְעָרוֹת *procellae*, Ezech. 13, 11. 13. in regim. סַעֲרוֹת Zach. 9, 14.

סַף vid. infra p. 664.

סָפָא, vnde מִסְפּוֹא *pabulum*, quod vid. infra sub ספה.

סָפַד *planxit*. Praet. pl. cum Vau Conuers. וְסָפְדוּ *et plangent*, 1 Reg. 14, 13. Zach. 12, 10. Part. praes. pl. סֹפְדִים *plangentes*, Ies. 32, 12. Eccles. 12, 5. Infin. absol. סָפוֹד *plangendo*, scil. planxistis, Zach. 7, 5. infin. constr. סְפֹּד *plangere, plangendi*, Gen. 23, 2. Eccles. 3, 4. Imper. pl. סִפְדוּ *plangite*, 2 Sam. 3, 31. Ier. 4, 8. foem. סְפֹדְנָה id. Ier. 49, 3. Fut. cum ה Parag. אֶסְפְּדָה *plangam*, Mich. 1, 8. תִּסְפֹּד *planges, plangas*, Ezech. 24, 16. pl. יִסְפְּדוּ *plangent*, Ier. 16, 6. Niph. fut. pl. יִסָּפְדוּ *plangentur*, Ier. 16, 4. c. 25, 33.

מִסְפֵּד m. *planctus*, Gen. 50, 10. Esth. 4, 3. Ier. 48, 38. Amos. 5, 16. 17. etc. in regim. מִסְפַּד Ier. 6, 26. Mich. 1, 11. cum Affixo מִסְפְּדִי *planctus meus*, Ps. 30, 12.

סָפָה *consumsit, absumsit, perdidit*, et intransit. *consumtus est, defecit*, et petita significatione à יסף, *addidit, adiunxit*. Praet. foem. סָפְתָה *defecit*, Ier. 12, 4. pl. סָפוּ *consumti sunt; defecerunt*, Ps. 73, 19. Infin. constr. סְפוֹת *addere*, Num. 32, 14. Ies. 30, 1. it. *consumere, absumere*, cum Praefixo ל, לִסְפוֹת *vt consumat*, al. *vt consumatur*, Deut. 29, 18. cum Affixo סְפוֹתָהּ *consumere, perdere eam*, Ps. 40, 15. Imper. pl. סְפוּ *addite*, Ies. 29, 1. Ier. 7, 21. Fut. תִּסְפֶּה *absumes, perdes*, Gen. 18, 23. 24. foem. תִּסְפֶּה *absumet, auferet*, Ies. 7, 20. Niph. praet. cum Vau Conuers. וְנִסְפָּה *et absumetur*,

metur, *absumatur*, *pereat*, 1 Sam. 26, 10. part. נִסְפָּה *qui absumitur*, *periens*, Prou. 13, 23. 1 Chron. 21, 12. Ies. 13, 15. in quo posteriore tamen loco vulgo exponitur *adiunctus*, *associatus*. Fut. אֶסָּפֶה *consumar*, *absumar*, *perdar*, 1 Sam. 27, 1. תִּסָּפֶה *absumaris*, *perdaris*, *pereas*, Gen. 19, 15. 17. Hiph. fut. אַסְפֶּה *addam*, vel *consumam*, *absoluam*, (coll. סוף *finiri*,) Deut. 32, 23.

מִסְפּוֹא m. *pabulum*, *de quo consumitur*, Gen. 24, 25. 32. c. 42, 27. c. 43, 24. Iud. 19, 19. Formam habet tanquam à ספא.

ספח *adiunxit*, *associauit*, *aggregauit*. Imperat. סְפַח, vnde cum Affixó סְפָחֵנִי *adiunge me*, *associa me*, 1 Sam. 2, 36. Niph. praet. pl. cum Vau Conuers. וְנִסְפְּחוּ *et associabuntur*, Ies. 14, 1. Pih. part. מְסַפֵּחַ *adiungens*, *admouens*, Habac. 2, 15. Pyh. fut. pl. in pausa יְסֻפָּחוּ *aggregabantur*; al. *scabie afficiebantur*, (petita significatione à seq. Nomine סַפַּחַת,) i. e. ita *exulcerabantur*, vt *scabies* exinde oriretur, Hiob. 30, 7. Hithpah. הִסְתַּפֵּחַ (pro הִתְסַפֵּחַ) *adiungere*, *associare se*, *adhaerere*, 1 Sam. 26, 19.

סָפִיחַ m. *sponte natum* siue *crescens*, q. d. *associatum* et *accessorium* quid ad sementim superioris anni, 2 Reg. 19, 29. Ies. 37, 30. in regim. סְפִיחַ Leuit. 25, 5. pl. סְפִיחִים *sponte nata*, cum Affixo סְפִיחֶיהָ *sponte nata eius* vel *sua*, Leuit. 25, 11. Hiob. 14, 19. in quo posteriore tamen loco SCHVLTENS exponit *effusiones*, *fluxus eius*, ex significat. rad. Arab. quo ille etiam refert Pih. Habac. 2, 15. Eum quoque sequitur SCHROEDERVS de *Vest. mulier. Hebr.* p. 397. vid. tamen infra שׁפח. Conf. supra סָחִישׁ.

סַפַּחַת f. *scabies*, *porrigo*, Leuit. 13, 2. c. 14, 56. quod tenaciter cuti *adhaereat*, vt יַלֶּפֶת.

מִסְפַּחַת f. id. vel potius *locus* siue *pars corporis scabie affecta*, Leuit. 13, 7. 8.

מִשְׂפָּח m. (cum שׂ pro ס,) id. Ies. 5, 7. sed SCHVLTENS intelligit *effusionem sanguinis*, coll. Arab. ספח *effudit*, spec. *sanguinem*. Inde formatum est Pih. praet. cum Vau Conuers. וְשִׂפַּח *et scabie* siue *porrigine afficiet*, Ies. 3, 17. et sec. quosdam Pyh. fut. in pausa יְסֻפָּחוּ *scabie afficiebantur*, Hiob. 30, 7. vid. supra in rad.

עוד. Arab. *redire, reuerti*, in 3 Coniug. *reuerti ad primum ictum*. Aethiop. *circumire, circumdare*, Hebr. *teſtari*, it. *conteſtari*, i. e. adhibitis teſtibus aliis *teſtari:* quia *teſtis* ad eundem ſemper ſermonem, quo ſemel rem auditam vel viſam enunciauit, *redit* ſicque eam confirmat. Sed in Kal non occurrit, praeter in Kethibh Thren. 2, 13. vbi tamen Maſorethae pro אֲעוּדֵךְ legendum praecipiunt אֲעִידֵךְ *conteſtabor te*, ex Hiph. Pih. praet. pl. עִוְּדוּ, vnde cum Affixo עִוְּדֻנִי *circumiugrunt*, *circumdederunt me*, Pſ. 119, 61. Hiph. הֵעִיד *teſtari* ſiue *atteſtari fecit*, *teſtes adhibuit*, Ieſ. 8, 2. Ier. 32, 10. 25. 44. *teſtes prouocauit*, Deut. 4, 26. c. 30, 19. c. 31, 28. et ſimpliciter, *teſtatus*, *teſtificatus eſt*, *teſtimonium perbibuit*, idque vel *pro* aliquo, vt Hiob. 29, 11. vel *contra* aliquem, vt 1 Reg. 21, 10. 13. it. *obteſtatus*, *conteſtatus eſt:* quomodo fere cum ב conſtruitur, vt Gen. 43, 3. Exod. 19, 21. 23. Deut. 8, 19. 1 Reg. 2, 42. etc. Praet. הַעִידֹתָ *conteſtatus es*, Neh. 9, 34. et הַעֵדֹתָה Exod. 19, 23. הַעִידֹתִי *teſtes prouocaui*, Deut. 4, 26. c. 30, 19. *obteſtatus*, *conteſtatus ſum*, Deut. 8, 19. Ier. 11, 7. c. 42, 19. pl. הֵעִידוּ *conteſtati ſunt*, Neh. 9, 26. Part. מֵעִיד *conteſtans*, Deut. 32, 46. Infin. הָעֵד *conteſtando*, Gen. 43, 3. 1 Sam. 8, 9. Ier. 11, 7. Imper. הָעֵר *atteſtari fac*, Ier. 32, 25. 44. it. *conteſtare*, Exod. 19, 21. pl. הָעִידוּ *conteſtamini*, Amos. 3, 13. Fut. cum Vau Conuers. וָאָעִיד *et conteſtatus ſum*, 1 Reg. 2, 42. Neh. 13, 15. ſed וָאָעֵד *et atteſtari feci*, Ier. 32, 10. cum ה Paragog. אָעִידָה *atteſtari faciebam*, Ieſ. 8, 2. *teſtes prouocabo*, Deut. 31, 28. *teſtabor*, *conteſtabor*, Pſ. 50, 7. Pſ. 81, 9. Ier. 6, 10. cum Affixo אֲעִידֵךְ *conteſtabor te*, ſec. Kri Thren. 2, 13. (ſed Kethibh habet אֲעוּדֵךְ, ex Kal,) תָּעִיד *conteſtaberis*, *conteſteris*, 1 Sam. 8, 9. ſed וַתָּעַד *et conteſtatus es*, Neh. 9, 29. 30. ſic וַיָּעַד *et conteſtatus eſt*, 2 Reg. 17, 13. Zach. 3, 6. וַתְּעִידֵנִי *et teſtimonium mihi perbibuit*, Hiob. 29, 11. pl. cum Affixo יְעִדֻהוּ *teſtabuntur*, *teſtentur contra eum*, 1 Reg. 21, 10. ſic v. 13. Hoph. praet. הוּעַד *conteſtatio facta eſt*, Exod. 21, 29.

עֵד m. *teſtis*, Gen. 31, 50. Exod. 23, 1. Leuit. 5, 1. Deut. 17, 6.

1 Sam. 12, 8. etiam de rebus *inanimatis* dicitur, (vbi tamen commode per *testimonium* reddi poteſt, ſicut foem. עֵדָה,) vt Gen. 31, 48. 52. Deut. 31, 19. 21. 28. Ioſ. 22, 28. 34. Hiob. 10, 17. quo etiam referri poteſt Exod. 20, 16, c. 22, 12. Deut. 5, 20. etc. Cum Affixo עֵדִי *teſtis meus*, Hiob. 17, 19. pl. עֵדִים *teſtes*, Num. 35, 30. Deut. 17, 6. 7. in regim. עֵדֵי Pſ. 35, 11. et cum Iod, עֵידֵי Pſ. 27, 12. cum Affixo עֵדֵיהֶם *teſtes eorum* vel *ſui*, Ieſ. 43, 9. c. 44, 9. Sed עֵדֶיךָ Hiob. 10, 17. SCHVLTENS exponit *incurſus hoſtiles tuos*, à rad. Arab. عدا *odit*, in 3 Coniug. *hoſtis, inimicus fuit*.

עֵדָה f. *teſtimonium*, Gen. 21, 30. ſic c. 31, 52. Ioſ. 24, 27. vbi tamen per *teſtem* (ſub ſexu foem.) redditur. Pl. עֵדוֹת *teſtimonia*, Deut. 4, 45. c. 6, 20. cum Affixo עֵדֹתֶיךָ *teſtimonia tua*, Pſ. 93, 5. Pſ. 119, 22. Aliud vid. ſub rad. יעד.

עֵדוּת f. 1) id. quod in ſpecie de *lege* ſiue *tabulis legis* dicitur Exod. 26, 33. c. 27, 21. Leuit. 16, 13. Num. 1, 53. etc. pro quo eſt עֵדֻת Exod. 16, 34. c. 20, 16. Leuit. 24, 3. Num. 1, 50. etc. pl. עֵדְוֹת (cum ו mobili ex Syriſmo,) *teſtimonia*, vnde cum Affixo עֵדְוֹתֶיךָ *teſtimonia tua*, Pſ. 119, 14. Neh. 9, 34. 1 Chron. 29, 19. 2) *cantio*, quae fit *cithara* vel *pſalterio*, *Denominatiuum* ab inuſit. עֵד, Arab. عود, quod in Verſione V. T. Arab. paſſim occurrit pro Hebr. כִּנּוֹר. Hinc שׁוּשַׁן עֵדוּת *cymbalum*, vel collectiue, *cymbala cantionis citharae*, i. e. cantioni citharae adhiberi ſiue cum illa coniunctim pulſari ſolita, Pſ. 60, 1. pro quo ſeparatim recurrit שֹׁשַׁנִּים עֵדוּת *cymbala, cantio citharae*, Pſ. 80, 1. Vid. שׁוּשַׁן.

עֵדֹת f. ſing. *teſtimonium*, vnde cum Affixo עֵדֹתִי *teſtimonium meum*, Pſ. 132, 12.

עוֹד m. proprie *reditus continuus ad eundem actum: continuatio, duratio*, vnde cum Praefixo et Affixo בְּעוֹדִי *in duratione mea*, i. e. *dum adhuc viuo*, Pſ. 104, 33. Pſ. 146, 2. מֵעוֹדִי *à duratione mea*, i. e. *ab eo tempore, quo fui* ſiue *duraui*, Gen. 48, 15. ſic מֵעוֹדְךָ Num. 22, 30. Sed ſaepius in Particulam abit, notans *continuo, diu, ſaepius, inſuper, iterum, porro, amplius, adhuc*, etc. vt Gen. 4, 25. c. 24, 20. c. 29, 7. c. 46, 29. Iud. 20, 25. 1 Sam. 23, 4. Pſ. 84, 5. Ruth. 1, 14. Ieſ. 23, 12. Hiob. 29, 5. etc. Cum Praefixo בְּעוֹד *dum adhuc*, q. d. *in adhuc*, Gen. 40, 13. Ioſ. 1, 11. 2 Sam. 12, 22. Ier. 28, 3. etc. cum Affixis עוֹדֶנִּי *adhuc ego*, Ioſ. 14, 11. 1 Sam. 20, 14. עוֹדְךָ *adhuc tu*, Gen. 46, 30. עוֹדֶנּוּ *adhuc ille*, Gen. 18, 22. c. 43, 27. 28. עוֹדָם *adhuc illi*, Exod. 4, 18. etc. Flectitur quoque in plur. עוֹדִים, vnde

vnde cum Affixo עוֹדֵינוּ *durationes noſtrae, durantibus nobis,* i. e. *dum adhuc eramus*, ſec. Kri Thren. 4, 17. ſed Kethibh habet עוֹדֵיבָה *dum adhuc illa*, ſcil. erant vel fiebant, cum Affixo 3 perſ. foem. ad Formam קִרְבֶּנָה Gen. 41, 21. et Iod otioſo, vt Exod. 25, 31.

עוֹד Chald. *adhuc*, Dan. 4, 28.

תְּעוּדָה f. (cum ת Heemantico *Continuitatis* indice,) *teſtimonium firmum* et *conſtans*, Ieſ. 8, 16. 20. Ruth. 4, 7.

עָוָה *peruerſus, iniquus fuit*, proprie *inflexus, curuus, tortuoſus fuit*, coll. Arab. עוי *torſit, diſtorſit, inflexit*, in 7 Coniug. *inflexus, curuatus fuit*. Praet. foem. עָוְתָה *peruerſa, iniqua fuit*, Eſth. 1, 16. pl. עָוִינוּ *peruerſi, iniqui fuimus*, Dan. 9, 5. Niph. praet. נַעֲוֵיתִי *curuus factus, incuruatus ſum*, Ieſ. 21, 3. Pſ. 38, 7. part. נַעֲוֶה *peruerſus*, in regim. נַעֲוֵה Prou. 12, 8. Pih. praet. עִוָּה *incuruauit, inflexit, diſtorſit*, Thren. 3, 9. *inuertit*, 2 Reg. 18, 34. c. 19, 13. Ieſ. 37, 13. ſcil. *ſuperficiem vrbium* et *terrae*, quod additur Ieſ. 24, 1. Vulgo locis cit. pro *Proprio* ſumitur, vt הֵנַע ibid. Hiph. praet. הֶעֱוָה *curuum, peruerſum fecit, peruertit*, it. *peruerſe, inique fecit* ſiue *egit*, 2 Sam. 19, 20. הֶעֱוֵיתִי *peruerſe, inique egi*, 2 Sam. 24, 17. Hiob. 33, 27. pl. הֶעֱווּ *peruerterunt*, Ier. 3, 21. etc. infin. more Chald. הַעֲוֵה *peruerſe agendo*, Ier. 9, 5. et regulariter הַעֲווֹת, vnde cum Affixo בְּהַעֲוֹתוֹ *peruerſe agere eius*, 2 Sam. 7, 14.

עַוָּה f. *peruerſio, inuerſio*, Ezech. 21, 32.

עֲוָיָא vel עֲוָיָה f. (mutata tertia radicali in Iod,) Chald. *peruerſitas, iniquitas*, pl. עֲוָיָן, vnde cum Affixo עֲוָיָתָךְ *peruerſitates, iniquitates tuae*, Dan. 4, 24.

עָוֹן m. (cum terminatione *augmentatiua*,) *peruerſitas* ſiue *iniquitas magna*, Exod. 28, 43. Num. 5, 15. Deut. 19, 15. metonymice eius *poena* ſiue *reatus poenae*, Gen. 4, 13. c. 19, 15. Pſ. 31, 11. Pſ. 32, 5. Prou. 5, 22. etc. quod tamen negat Doctiſſ. OEDERVS in *Obſeruat. S.* n. 15. In regim. עֲוֹן Gen. 15, 16. Exod. 20, 5. cum Affixis עֲוֹנֵךְ *iniquitas tua*, Ier. 2, 22. Thren. 2, 14. et cum Affixo Chald. עֲוֹנֵכִי Pſ. 103, 3. עֲוֹנָהּ *iniquitas eius* vel *ſua*, Leuit. 7, 18. Num. 5, 31. et excidente Mappik עֲוֹנָה Num. 15, 31. Pl. עֲוֹנִים *peruerſitates, iniquitates*, cum Affixis עֲוֹנֵינוּ *iniquitates noſtrae*, Ieſ. 64, 6. Ier. 14, 7. Dan. 9, 13. et ſine Iod עֲוֹנֵנוּ Ieſ. 64, 5. עֲוֹנֶיךָ *iniquitates tuae*, Ezech. 28, 18. pl. foem. עֲוֹנוֹת Leuit. 16, 21. Pſ. 65, 4. cum Affixo עֲוֹנֹתֵיכֶם *iniquitates veſtrae*, Num. 14, 34. Ieſ. 59, 2.

עועים

עִוְעִים m. pl. *peruerſitates ſummae* et *omnimodae*, Ieſ. 19, 14. geminatis radicalibus, pro עִוְעָוִים vel עִוְעָיִים, tanquam à ſing. עִוְעַו, altero ו omiſſo; vt alterum ר in שַׁרְשָׁה *catena*, pro שַׁרְשְׁרָה etc.

עוז vulgo *congregare ſe*, rectius *fugere*, *confugere*, vt Arab. عاذ. Sed in Kal non occurrit. Hiph. praet. הֵעִיז, *confugere fecit*, *recepit*, et intranſitiue, *fugit*, *confugit*. Praet. pl. הֵעִיזוּ *fugerunt*, Ieſ. 10, 30. imper. הָעֵז *fugere*, *confugere fac*, *recipe*, Exod. 9, 19. coll. הֵנִים v. 20. ſed pl. הָעִיזוּ *fugite*, *confugite*, Ier. 4, 6. c. 6, 1.

עוט vel **עִיט** *inuolare*, *irruere*, *inuehi*, *cum impetu ferri*, Arab. *fodere*, in Kal inuſit. Hiph. fut. וַיַּעַט *et inuolauit*, *inuectus eſt*, 1 Sam. 14, 33. quod tamen aliis eſt fut. Kal. Sed וַיַּעַט 1 Sam. 25, 14. et וַתַּעַט 1 Sam. 15, 19. vid. in rad. עטה.

עַיִט m. *auis rapax*, *in praedam inuolans*, Gen. 15, 11. Hiob. 25, 7. Ieſ. 18, 6. c. 46, 11. in regim. עֵיט Ieſ. 18, 6. עֵיט צִפּוֹר *rapax auis volucris* ſiue *volucrium*, i. e. *inter volucres*, Ezech. 39, 4. Sed Ier. 12, 9. BOCHARTVS *feram rapacem* intelligit.

עֵט m. *ſtylus ſcriptorius*, à *fodiendo* et *exarando*, Pſ. 45, 2. Hiob. 19, 24. Ier. 8, 8. c. 17, 1.

עול *lactare*; ſed עָוַל *iniquus*, *iniuſtus fuit*, vt Arab. عال: quae diuerſae tamen radices in Deriuatis Formas ſuas permutant. Part. praeſ. foem. pl. עָלוֹת *lactantes*, Gen. 33, 13. 1 Sam. 6, 7. 10. Pſ. 78, 71. Ieſ. 40, 11. quo GVSSETIVS et SCHVLTENS quoque referunt Gen. 49, 4. Sed Pih. part. מְעַוֵּל *iniquum faciens*, *iniuſte agens*, Pſ. 71, 4. fut. יְעַוֵּל *iniuſte aget*, Ieſ. 26, 10.

עוּל m. *infans*, proprie *qui adhuc lactatur*, Ieſ. 65, 20. cum Affixo עוּלָהּ *infantem ſuum*, Ieſ. 49, 15.

עוֹלָל et **עוֹלֵל**, quae quidam huc referunt, vid. ſub rad. עלל.

עֲוִיל m. *paruulus*, *puer*, vi Formae, *qui lactatus fuit adeoque lactari deſiit*. Pl. עֲוִילִים *paruuli*, *pueri*, Hiob. 19, 18. cum Affixo עֲוִילֵיהֶם *paruulos*, *pueros ſuos*, Hiob. 21, 11.

עֲוִיל m. *iniuſtus*, *iniquus*, Hiob. 16, 11.

עַוָּל m. *inique*, *iniuſte agens*, q. d. *actor iniquitatis*, Hiob. 18, 21. c. 27, 7. c. 29, 17. c. 31, 3. Zephan. 3, 5.

עָוֶל m. *iniquitas*, Leuit. 19, 15. 35. Pſ. 7, 4. Hiob. 34, 32. Ezech. 18, 8. etc.

עָוֶל m. id. Ezech. 28, 18. cum Affixo עַוְלוֹ *iniquitas ſua*, Ezech. 18, 26. c. 33, 13.

עולה

עַוְלָה f. id. 2 Sam. 3, 34. Pf. 37, 1. Hiob. 6, 29. 30. Ief. 59, 3. etc. pro quo per Metathefin recurrit עַלְוָה Hof. 10, 9. quod tamen ab Arab. علا (per *Gain*) *modum exceſſit*, *ſeſe extulit*, deducit et per *inſolentiam ferocemque proteruiam* exponit SCHVLTENS in *Notis* ad HARIRIVM p. 15. Cum ה Paragog. *Intenſiuo* עַוְלָתָה *iniquitas enormis*, Pf. 125, 3. Ezech. 28, 15. Hof. 10, 13. fic fec. Kri Pf. 92, 16. vbi Kethibh habet עֹלָתָה, ex feq. Forma.

עוֹלָה f. id. (à praeced. mafc. עָוֶל,) vnde cum fimili ה *Intenſiuo* עֹלָתָה *iniquitas enormis*, Hiob. 5, 16. fic fec. Kethibh Pf. 92, 16. pl. עולות *iniquitates*, Pf. 58, 3. Pf. 64, 7. Aliud vid. fub rad. עלה.

עָוֹן vid. infra עָוֹן. Sed

עון radix inufit. *commorari*, *habitare*, *cohabitare*, Arab. alia Forma غني *commoratus eſt*, it. *vxorem duxit;* quo cum conuenit عان *marito iuncta eſt*, et Syr. ענא *conſortium habuit*. Inde funt

עוֹנָה f. *cohabitatio*, proprie *maritalis*, vnde cum Affixo עֹנָתָהּ *cohabitatio eius* vel *cum ea*, Exod. 21, 10. Aliud vid. fub rad. ענה in עָנָה.

עַיִן vid. infra fub rad. עין.

מָעוֹן m. *locus, in quo habitatur: habitaculum*, 1 Sam. 2, 29. 32. Pf. 71, 3. Pf. 90, 1. in regim. מְעוֹן Pf. 26, 8. Ier. 9, 10. cum Affixo מְעוֹנוֹ *habitaculum ſuum*, 1 Chron. 4, 41.

מְעוֹנָה f. id. Deut. 33, 27. cum Affixo מְעוֹנָתוֹ *habitaculum eius* vel *ſuum*, Pf. 76, 3. Amos. 3, 4. pl. מְעוֹנוֹת *habitacula*, Hiob. 38, 40. Cant. 4, 8. cum Affixo מְעוֹנוֹתֵינוּ *habitacula noſtra*, Ier. 21, 13.

עוֹנֵן vid. infra in rad. ענן.

עִרְעִים pl. vid. fupra fub rad. עוה.

עוף *celeriter ferri* fiue *moueri*, Ief. 6, 6. Ezech. 32, 10. Dan. 9, 21. hinc *volare*, *aduolare*, *inuolare*, *auolare*, metaphorice *euaneſcere*, Hiob. 20, 8. Hof. 9, 11. Pf. 90, 10. it. Syr. *inuolvere*, hinc Hebr. *inuolvi*, *obuelari*, *obſcurari*, alias עוב. Praet. pl. cum Vau Conuers. וְעָפוּ *et inuolabunt*, Ief. 11, 14. part. praef. foem. עָפָה *volans*, Zach. 5, 1. 2. pl. עָפוֹת *volantes*, Ief. 31, 5. infin. abfol. עוף *auolando*, fcil. auolat, fec. Kethibh Prou. 23, 5. (vbi Kri habet יָעוּף *auolat*, in fut.) infin. conftr. עוף *volare*, Prou. 26, 2. Hiob. 5, 7. fut. cum ה Parag. אָעוּפָה *auolarem*, Pf. 55, 7. fed תָעֻפָה *obſcuraberis*, *obſcuratus fueris*, fubintellecto אִם, Hiob. 11, 17. יָעוּף *auolabit*, *auolat*, *euaneſcit*, Pf. 91, 5. Hiob. 20, 8. et fec. Kri Prou. 23, 5. cum Vau

Vau Conuers. וַיָּעַף *et volauit, celeriter latus est*, Ief. 6, 6. in paufa וַיָּעֹף 2 Sam. 22, 11. Pf. 18, 11. Nah. 3, 16. foem. תָּעוּף *volat*, Deut. 4, 17. pl. cum ה Parag. וַנָּעֻפָה *et auolauimus, euanuimus*, Pf. 90, 10. תְּעוּפֶינָה *volant, aduolant, celeriter feruntur*, Ief. 60, 8. Pih. part. מְעוֹפֵף *volitans*, (fenfu *frequentatiuo*,) Ief. 15, 2. c. 30, 6. fed infin. עוֹפֵף *volare facere, celeriter mouere*, cum Affixo עוֹפְפִי *τὸ celeriter mouere* fiue *vibrare meum*, Ezech. 32, 10. fut. יְעוֹפֵף *volitabit, volitet, volitabat*, Gen. 1, 20. Ief. 6, 2. Hiph. fut. תָּעִיף *innolare facies, vibrabis* (oculos tuos), fec. Kri Prou. 23, 5. vbi Kethibh habet תָּעוּף *innolabis* (oculis tuis). Sed וַיָּעַף vid. in rad. יָעַף. Hoph. part. מֻעָף *volare iussus*, vel *celeriter latus*, Dan. 9, 21. fed מיעף vid. inter Nomina. Hithpah. fut. יִתְעוֹפֵף *fe celeriter proripiet*, Hof. 9, 11.

עוֹף m. *auis, volucris*, et collectiue, *aues*, Gen. 1, 29. 30. Leuit. 17, 13. Deut. 14, 20. Pf. 50, 11. etc.

עוֹף m. Chald. id. Dan. 2, 38. c. 7, 6.

עֵיפָה f. *obfcuratio, obfcuritas*, Amos. 4, 13. cum ה Paragog. *Intenfiuo* עֵפָתָה *obfcuratio, obfcuritas fumma*, Hiob. 10, 22. fine Iod.

עַפְעַף m. geminatis radicalibus, vnde dual. עַפְעַפַּיִם *palpebrae vtriusque oculi*, à *continuo motu* et *vibratione*, in regim. עַפְעַפֵּי metaphorice de *aurora*, Hiob. 3, 9. c. 41, 10. quomodo *noctis palpebram* dixit EVRIPID. in *Phoeniss.* v. 546. *diei palpebram* SOPHOCLES in *Antig.* v. 100. et *palpebras* foli tribuunt Arabes. Cum Affixo עַפְעַפֶּיךָ *palpebrae tuae*, Prou. 4, 25. c. 6, 4.

מָעוּף m. *obfcuratio, obfcuritas*, in regim. מְעוּף Ief. 8, 22.

מוּעָף m. id. Ief. 8, 23.

עוּץ *confulere*, vt יָעַץ, vnde imper. pl. עֻצוּ *confulite*, Iud. 19, 30. Ief. 8, 11.

עוּק Syr. et Chald. *premi, arctari*, vt Hebr. צוּק, mutato צ in ע, vt alibi faepius: hinc Hebr. in Hiph. part. מֵעִיק *premens*, Amos. 2, 13. fut. תָּעִיק *premit*, ibid.

עָקָה f. *preffio, preffura, arctatio*, in regim. עָקַת Pf. 55, 4.

מוּעָקָה (Verbale ex Hoph.) f. id. Pf. 66, 11.

עוּר *excitare*, (Graec. voce cognata ἐγείρειν,) i. e. *commouere, vt furgat, qui iacet*, fiue *erigere*: fic femel *tranfitiue*, Hiob. 41, 2. alibi *intranfitiue, excitare fe*, proprie *ex fomno*, hinc *vigilare, excitari, expergifci, euigilare*, it. petita fignificatione ab עָרָה, *nudare fe, nudari*, Aethiop. *coecum effe*, Arab. *lufcum*,

uſcum, monoculum eſſe. Coecitatis tamen notionem commode ab Arab. غار altius depreſſus fuit in cauitate ſua oculus, deriuant SCHVLTENS in Commentar. ad Prou. 20, 13. et VRIEMOET ad Dicta Claſſ. V. T. T. II. p. 271. Part. praeſ. עֵר excitatus ex ſomno, vigilans, (ad Formam מֵת moriens,) Cant. 5, 2. Malach. 2, 12. Imper. cum ה Paragog. עוּרָה excita te ex ſomno, euigila, Pſ. 7, 7. Pſ. 44, 24. et ſec. quosdam עֹרָה nuda te, Ieſ. 52, 11. foem. עוּרִי Iud. 5, 12. Cant. 4, 16. Fut. cum Affixo et Nun Epenthet. יְעוּרֶנּוּ excitabit eum, Hiob. 41, 2. vbi tamen quidam codices habent Kri יְעִירֶנּוּ, ex Hiph. Niph. praet. נֵעוֹר excitatus eſt, Zach. 2, 17. irregulariter pro נֵעַר; ſed quidni potius ſit fut. pl. excitamur, ſcil. ad audiendum Deum ex habitaculo ſancto eius. Fut. יֵעוֹר excitabitur, Ier. 6, 22. Zach. 4, 1. ſed foem. תֵּעוֹר nudabitur, Habac. 3, 8. Pih. praet. עוֹרֵר excitauit, Ieſ. 14, 9. commouit, vibrauit, 2 Sam. 23, 18. 1 Chron. 11, 11. 20. עוֹרַרְתִּיךָ excitaui te, Cant. 8, 5. pl. עוֹרְרוּ excitarunt, i. e. exſtruxerunt, erexerunt, Ieſ. 23, 13. vt Graec. ἐγείρειν τρόπαιον exſtruere, erigere tropaeum, apud HERODIAN. ἔγερσις τῶν τειχῶν exſtructio murorum, apud HERODOT. Lat. excitare aedificium, ſepulcrum, vrbem, pro exſtruere ſiue erigere. Infin. עֹרֵר excitare, Hiob. 3, 8. Imper. cum ה Parag. עוֹרְרָה excita, Pſ. 80, 3. Fut. foem. תְּעוֹרֵר excitat, Prou. 10, 12. pl. תְּעוֹרְרוּ excitabitis, Cant. 2, 7. c. 3, 5. c. 8, 4. ſed in יְעֹעֵרוּ (in pauſa) excitabunt, Ieſ. 15, 5. loco tertiae radicalis geminatur prima, pro יְעֹרֵרוּ, qua cacophonia fragroſam et inconditam tumultuantium vocem inſinuari, obſeruat BVXTORFFIVS in Lex. Sed עַרְעָר vid. in rad. ערה. Aliud eſt Pih. praet. עִוֵּר coecum fecit, excoecauit, 2 Reg. 25, 7. Ier. 39, 7. c. 52, 11. fut. יְעַוֵּר excoecat, Exod. 23, 5. Deut. 16, 19. Hiph. praet. הֵעִיר excitauit, Ieſ. 41, 20. Ier. 51, 11. et intranſitiue, euigilauit. הַעִירוֹתִי excitaui, Ieſ. 41, 25. Part. מֵעִיר excitans, Ieſ. 13, 17. Ier. 50, 9. ſic ſec. quosdam 2 Sam. 18, 3. Infin. הָעִיר, vnde cum Praefixo ל, excluſa Praeformante ה, לָעִיר ad excitandum, ſec. quosdam, Mich. 6, 9. Imper. cum ה Parag. הָעִירָה euigila, Pſ. 35, 23. ſed pl. הָעִירוּ excitate, Ioël. 4, 9. Fut. cum ה Parag. אָעִירָה euigilabo, Pſ. 57, 9. Pſ. 108, 3. יָעִיר excitabit, Ieſ. 42, 13. Dan. 11, 2. excitat, Deut. 32, 11. Ieſ. 50, 4. excitabat, concitabat, Pſ. 78, 38. euigilabit, SCHVLTENSIO aemulabitur, (coll. rad. Arab. غار aemulatus eſt,) Hiob. 8, 6. ſed יָעֵר excitabit, Dan. 11, 25. cum Vau Conuerſ. וַיָּעַר et excitauit, 1 Chron. 5, 26. Hagg. 1, 14. ſed cum Affixo וַיְעִירֵנִי et excitauit me, Zach. 4, 1. etc. Hithpah. praet. הִתְעֹרַרְתִּי exci-

excitaui me, Hiob. 31, 29. part. מִתְעוֹרֵר *excitans se*, Ies. 64, 6. imp. foem. הִתְעוֹרְרִי *excita te*, Ies. 51, 17. fut. יִתְעֹרָר *excitabit se*, specialiter, obseruante SCHVLTENSIO, *ad zelum*, Hiob. 17, 8. Sed הִתְעֹרְעֵר vid. in rad. ערה,

עוֹר m. *cutis*, proprie *nuda*, et vbi sermo est de *animalibus*, *pellis*, Gen. 3, 21. Exod. 34, 30. Leuit. 4, 11. etc. Sed Hiob. 19, 20. SCHVLTENS intelligit partem *oris*, *cauitates*, *in quibus dentes haerent*, Arab. غور. Cum Affixo עוֹרִי *cutis mea*, Hiob. 7, 5. Thren. 3, 4. pl. עוֹרוֹת *pelles*, Gen. 27, 16. Exod. 26, 14. cum Affixo עֹרֹתָם *pelles eorum*, Leuit. 16, 27.

עוּר m. Chald. *gluma*, sic dicta, quod vento *excitetur* et *dispellatur*, Dan. 2, 35.

עִוֵּר m. *excoecatus*, *coecus*, Exod. 4, 11. Leuit. 19, 14. Deut. 15, 21. Ies. 42, 19. etc. pl. עִוְרִים *excoecati*, *coeci*, 2 Sam. 5, 6. Ps. 146, 8. foem. עִוְרָה, vnde pl. עִוְרוֹת de *oculis excoecatis* siue *coecis* Ies. 42, 7.

עִוָּרוֹן m. (cum terminatione *augmentatiua*,) *excoecatio totalis*, *coecitas intensa*, Deut. 28, 18. Zach. 12, 4.

עַוֶּרֶת f. *excoecatio*, *coecitas*, Leuit. 22, 22.

עַיִר m. *pullus asini*, *asellus*, *lalisio*, Hiob. 11, 12. Zach. 9, 9. sic dictus, quod parentibus multo *excitatior* sit et *alacrior*; vel à נער *rugire*, *rudere*, per Formarum Imperfectarum alternationem. Cum Affixo עִירֹה *asellum suum*, Gen. 49, 11. pl. עֲיָרִים *aselli*, Gen. 32, 15. Iud. 10, 4. c. 12, 14. Ies. 30, 24. pro quo semel recurrit עֲיָרִים (tanquam ab עַיָר,) sec. Kethibh Ies. 30, 6. vbi tamen Kri habet עֲיָרִים. Sed עָרִים *vrbes*, vid. in seq. Nom. עִיר.

עִיר f. *vrbs*, *ciuitas*, Gen. 4, 17. Leuit. 25, 29. Num. 20, 16. etc. sic sec. Kethibh Ios. 8, 12. 16. (vbi Kri habet עַי Nom. *Propr.*) ab *excitando* i. e. *exstruendo*, vid. supra in rad. Catachrestice vel metaphorice de *templo* dicitur 2 Reg. 10, 25. et sec. Kethibh c. 20, 4. vt מִגְרָשׁ, *suburbium*, de *pomoerio templi* Ezech. 45, 2. Cum ה Parag. *Locali*, עִירָה *in vrbem*, Gen. 44, 13. Ios. 6, 20. cum Affixo עִירוֹ *vrbs* siue *ciuitas eius* vel *sua*, Gen. 23, 10. 18. Deut. 19, 12. sed עִירֹה vid. in praeced. עַיִר. In plur. Iod suum mouet, עֲיָרִים *vrbes*, Iud. 10, 4. pro quo alibi semper dicitur עָרִים, quod vid. in seq. עָר. Sed Ier. 15, 8. עִיר à quibusdam exponitur *hostis*, alias עָר, à LXX *tumultus*, à SCHVLTENSIO *alienatio mentis*, ex Arab. Aliud quoque significare videtur Hiob. 24, 12. vbi ob connexio-

nexionem cum seq. optime conuenire putem Arab. غار *excurrit in hostem diripiendo, capiendo, populando*, vnde מֵעִיר l. c. *propter incursum hostilem* siue *depopulationem*: quae significatio etiam Ier. l. c. commode applicari potest.

עִיר m. Chald. vulgo *vigil*, nomen *angelorum*, Dan. 4, 10. 20. vnde ἐγρήγοροι, i. e. *vigiles*, Veteribus Patribus Graecis *angeli* vocantur. Sed potius cum LVD. *de* DIEU et CLOPPENBVRGIO in *Collat. Crit. S.* p. 284. crediderim, עִיר idem esse cum Hebr. צִיר *nuncius*, mutato צ in ע, vt alibi; sicut et Graec. ἄγγελος *nuncium* significat. Plur. עִירִין *nuncii, angeli*, Dan. 4, 14.

עַר m. vid. supra in rad.

עָר 1) id. quod praeced. עִיר; sed in sing. non occurrit, nisi in *Proprio*, de quo vid. *Onomast. V. T.* p. 123. Plur. עָרִים *vrbes, ciuitates*, Num. 35, 2. 11. Deut. 1, 28. etc. in regim. עָרֵי Gen. 19, 20. Exod. 1, 11. cum Affixo עָרֵיהֶם *vrbes eorum* vel *suae*, Leuit. 25, 34. 1 Chron. 19, 7. 2) *inimicus, hostis*, quibusdam sic dictus videtur, quod in alterius malum *vigilans* sit et *intentus*; aliis rectius ex Chaldaismo pro צַר, mutato צ in ע, vel ab *aemulando*, coll. rad. Arab. غار (media *Ie*,) *aemulatus est, inuidus fuit*. Cum Affixo in pausa עָרֶךָ *inimicus tuus*, 1 Sam. 28, 16. pl. עָרִים *inimici, hostes*. cum Affixo עָרֶיךָ *inimici tui*, sec. plurimos, Ps. 139, 20.

עָר m. Chald. *inimicus, hostis*, pl. עָרִין, vnde cum Affixo עָרָיךְ *hostes, inimici tui*, Dan. 4, 16.

עָרָה f. vulgo *papyrus*, vid. sub rad. ערה.

עֲרָעָר m. *plane nudus*: vt homo aliorum *auxilio nudus* et *desertus*, (coll. rad. Arab. ערא *deseruit, destituit*,) Ps. 102, 18. arbor *fructibus* et *foliis nuda*, Ier. 17, 6. vulgo *iuniperum* intelligunt, Arab. عرعر, quae in locis arenosis, herbis et gramine *nudatis*, crescere solet. Sic עֲרוֹעֵר Ier. 48, 6. quod compositum est ex 2 synonymis ערה et עור *nudum esse*.

עֵירֹם (cum ם Heemantico *augmentatiuo*,) et sine Iod, עֵרֹם m. *nuditas summa* et *omnimoda*, Deut. 28, 45. metonymice eius *Subiectum*: *plane nudus, a*, Gen. 3, 10. 11. Ezech. 6, 7. 22. 39. c. 18, 7. 16. c. 23, 29. pl. עֵירֻמִּים *plane nudi*, Gen. 3, 7. Sed עָרוֹם id. vid. sub rad. ערה.

מַעֹר m. vnde plur. מְעוֹרִים *loca* vel *partes* (corporis) *nudae*, cum Affixo מְעוֹרֵיהֶם *partes* vel *membra eorum nuda*, Habac. 2, 15.

מְעָרָה f. *cauerna*, vid. sub rad. ערה.

עוּשׁ *congregare se, conuenire*, vnde imper. pl. עוּשׁוּ *congregate vos*, Ioël. 4, 11.

עַיִשׁ f. Hiob. 38, 32. idem putatur esse cum seq. עָשׁ.

עָשׁ m. Hiob. 9, 9. et sec. quosdam c. 27, 18. vulgo *arcturum* vel *plaustrum*, sidus coeleste, q. d. *congregatio stellarum*. Sed BOCHARTO in *Hieroz.* P. II. p. 113. seq. idem est cum Arab. نعش *feretrum:* quo nomine Arabes vocant sidus *vrsae maioris*, prima Nun sic per *Aphaeresin* aojecta, pro בְּעָשׁ. Conf. *Arcan. Form.* p. 191. et CLODII *Lex. Hebr. Select.* in rad. עיש. *Stellarum fixarum asterismum* siue *systema* in genere, per *filias* autem eius *planetas* eiusmodi systematis intelligit AD. BECKIUS in *Specim. Theoricae Iobeae* §. 7. *Aliud* vid. sub rad. עשש.

עִוַּת vid. infra in עתת. *Aliud* est

עָוַת *curuus, inflexus, inuersus, peruersus fuit*, fere vt עוה, in Kal inusit. Niph. part. נַעֲוַת, vnde in regim. נַעֲוַת *peruerse!* (rebellione,) 1 Sam. 20, 30. Pih. praet. עִוֵּת *curuum fecit, incuruauit, inuertit, peruertit*, cum Affixis עִוְּתַנִי *incuruauit, inuertit me*, Hiob. 19, 6. עִוְּתוֹ *curuauit illud*, Eccles. 7, 13. pl. cum Affixo עִוְּתוּנִי *incuruarunt me*, Ps. 119, 78. infin. עַוֵּת *curuare, peruertere*, Thren. 3, 36. Amos. 8, 5. fut. יְעַוֵּת *peruertet, peruertit*, Hiob. 8, 3. c. 34, 12. Ps. 146, 9. Pih. part. מְעֻוָּת *curuatum, peruersum*, Eccles. 1, 15. Hithpah. praet. pl. cum Vau Conuers. וְהִתְעַוְּתוּ *et incuruabunt se*, Eccles. 12, 3.

עַוָּתָה f. *incuruatio*, vnde cum Affixo עַוָּתָתִי *incuruatio mei*, Thren. 3, 59.

עֵז f. *capra*, Gen. 15, 9. Leuit. 3, 12. c. 17, 3. Num. 15, 27. etc. vulgo dicta putatur ab עזז *robustus fuit*, ob frontis et cornuum *robur*, vel sec. BOCHARTVM in *Hieroz.* P. I. p. 620. quod, dicente ARISTOTELE *Histor. animal.* VIII. 10. oue sit *robustior;* qui tamen in *Canaan* p. 438. id nominis deriuat ab *asperitate pilorum:* quod עזז sensum habeat *asperitatis*. Syr. et Arab. pro עֵז dicitur עִנְז, עִנְזָא *caprarius*, et Verbum in Ethpah. אתענז *caprarius fuit:* quare DANZIVS *capram* sic dictam vult à rad. Arab. עִנְז *declinauit, deflexit:* quod ex viis et à gregibus *deflectat* perque dumos et saxa *diuagetur;* vnde *caprae vagae* apud VIRGILIVM in *Culice:* quomodo עֵז contractum foret ex עֵנֶז, vt חֵךְ ex חֵנֶךְ etc. Plur. עִזִּים *caprae*, Gen. 27, 9. Exod. 26, 7. cum Affixo עִזֶּיךָ *caprae tuae*, Gen. 38, 38.

עז

עֵז f. Chald. id. in pl. עִזִּין caprae, Esr. 6, 17.

עֹז, עָז etc. vid. infra sub rad. עזז.

עֲזָאזֵל m. nomen hirci, qui in desertum mittebatur, Leuit. 16, 8. 10. 26. compos. ex עֵז et אזל, q. d. hircus abiens: qua nulla regularior compositio, iudice HILLERO in Onomast. S. p. 292. Aliorum varias compositiones recensui in Arcano Form. p. 659. id. et Onomast. V. T. p. 642. et add. S. R. CARPZOVII Apparat. Antiquit. S. Codicis p. 437. seq. PERINGERI Dissert. de Asasele, HACKMANNI Praecidanea S. p. 252. seq. De neglectione Dagesch Fortis Compensatiui vid. Arcan. Form. p. 638. et conf. REIMARI Dissert. de Histor. et Antiq. Iud. fide p. 16.

עָזַב reliquit, misit, lassen, zurück lassen, deseruit, dereliquit, verlassen, omisit, intermisit, unterlassen, commisit, überlassen. Praet. cum Affixo עֲזָבַנִי deseruit, dereliquit me, Ps. 38, 11. Ies. 49, 14. pl. עָזְבוּ reliquerunt, deseruerunt, Gen. 50, 8. Deut. 29, 25. in pausa עָזָבוּ Ier. 16, 11. Ezech. 20, 8. cum Affixo עֲזָבוּנִי deseruerunt me, 1 Reg. 11, 33. Ps. 27, 10. Part. praes. עֹזֵב relinquens, deserens, omittens, Prou. 10, 17. c. 15, 10. c. 28, 13. cum Iod Parag. עֹזְבִי Zach. 11, 17. pl. עֹזְבִים deserentes, Prou. 2, 13. in regim. עֹזְבֵי Ps. 119, 53. Prou. 28, 4. cum Affixo עֹזְבָיו deserentes eum, Esr. 8, 22. foem. עֹזֶבֶת deserens, Prou. 2, 17. part. Pahul עָזוּב derelictus, desertus, Deut. 32, 36. 1 Reg. 14, 10. f. עֲזוּבָה deserta, derelicta, Ies. 54, 6. Ier. 4, 29. in regim. עֲזוּבַת relictum, Ies. 17, 9. pl. עֲזוּבוֹת desertae, derelictae, a, Ies. 10, 14. c. 17, 2. Infin. absol. עָזוֹב deserendo, Exod. 23, 5. Ier. 14, 8. infin. constr. עֲזֹב relinquere, deserere, Gen. 44, 22. Ios. 24, 16. cum Affixo עָזְבֵךְ τὸ deserere tuum, Ier. 2, 17. 19. it. deserere te, Ruth. 1, 16. Imper. עֲזֹב omitte, missum fac, Ps. 37, 8. cum ה Paragog. עִזְבָה relinque, Ier. 49, 11. Fut. אֶעֱזֹב deseram, 1 Reg. 6, 13. cum ה Parag. אֶעֶזְבָה deseram, omittam, Hiob. 9, 27. Ier. 9, 1. cum Affixo אֶעֱזָבְךָ deseram te, Gen. 28, 15. Ios. 1, 5. in pausa cum Nun Epenthet. אֶעֶזְבֶךָּ 2 Reg. 2, 2. תַּעֲזֹב relinques, relinquas, deseras, Exod. 23, 5. (cuius loci sensus est: deserendo deseras עִמּוֹ illo praesente, conf. quoque in h. l. BOCHARTI Hieroz. P. I. p. 399. 400.) Leuit. 19, 10. Num. 10, 31. foem. cum Vau Conuers. וַתַּעַזְבִי et reliquisti, Ruth. 2, 11. יַעֲזֹב relinquet, relinquit, committit, deserit, Ps. 10, 14. Ps. 37, 28. Ies. 55, 7. pl. יַעַזְבוּ deserent, Ps. 89, 31. relinquent, al. permittent, Neh. 3, 34. in pausa יַעֲזֹבוּ deserunt, omittunt, Ion. 2, 9. cum Vau Conuers. וַיַּעַזְבוּ et reliquerunt, deseruerunt, Ios.

 8, 17.

8, 17. Iud. 2, 12. *et reliquerunt*, al. *et omiserunt*, Neh. 3, 8. etc. Niph. praet. נֶעֱזַב *desertus*, *derelictus est*, Neh. 13, 11. foem. in pausa נֶעֱזָבָה *deserta est*, Ies. 62, 12. part. נֶעֱזָב *desertus*, *derelictus*, Ps. 37, 28. Ies. 27, 10. foem. pl. נֶעֱזָבוֹת *desertae*, Ezech. 36, 4. fut. foem. תֵּעָזֵב *deseretur*, *deseratur*, Leuit. 26, 43. et retracto tono, תֵּעָזֶב Hiob. 18, 4. pl. יֵעָזְבוּ *relinquentur*, Ies. 18, 6. Pyh. praet. עֻזַּב *derelictus est*, Ies. 32, 14. foem. עֻזָּבָה *deserta*, *derelicta est*, Ier. 49, 25.

עִזָּבוֹן m. *venditio mercium multa*, *mercatura*, *nundinatio*, qua merces venditoribus *relinquuntur* siue *traduntur*. Sic עזב *tradere* est et *vendere*. Nisi potius compositum sit ex עזז Arab. *carus*, *pretiosus fuit*, et זבן Chald. Syr. Samar. et Arab. *emit*, it. *vendidit*, q. d. *rerum pretiosarum emtio et venditio*. Plur. עִזְבוֹנִים, excidente Dagesch Forti, vnde cum Affixo עִזְבוֹנַיִךְ *mercaturae*, *nundinationes tuae*, Ezech. 27, 12. 16. 19. 22. 27. 33.

עָזַז *durus*, *firmus*, *robustus*, *fortis fuit* vel *factus est*; *firmatus*, *roboratus*, *corroboratus est*, *inualuit*. Praet. defect. in pausa עָז *dura*, *vehemens fuit*, Gen. 49, 7. Infin. constr. עֱזוֹז, vnde בַּעֲזוֹז *in τῷ firmari* vel *inualescendo*, h. e. *cum firmarentur* vel *inualescerent*, Prou. 8, 28. et defect. עוז *roborari*, *corroborari*, Ies. 30, 2. imper. עֹז, cum ה Paragog. עוּזָה (pro עֻזָּה) *fortis esto*, Ps. 68, 29. fut. יָעֹז *inualescet*, *inualescebat*, *inualescat*, Ps. 9, 20. Ps. 52, 9. Dan. 11, 12. תָּעֹז *valida*, *robusta est*, Ps. 89, 14. Eccles. 7, 19. cum Vau Conuers. וַתָּעָז *et inualuit*, Iud. 3, 10. c. 6, 2. Hiph. praet. הֵעֵז *durum*, *firmum fecit*, *indurauit*, *obfirmauit*, Prou. 21, 29. foem. הֵעֵזָה id. Prou. 7, 13. pro הֵעֵזָּה, omisso Dagesch Forti, ad insinuandam *obfirmationis diuturnitatem* et *obstinationem*. Conf. *Introduct.* nostra *in ling. Hebr.* p. 160.

עַז, in pausa עָז m. 1) *robur*, Gen. 49, 3. 2) *durus*, *asper*, *saeuus*, Deut. 28, 50. Ies. 19, 4. c. 25, 3. Dan. 8, 23. 3) *firmus*, *robustus*, *fortis*, *validus*, Num. 13, 28. c. 21, 25. Iud. 14, 18. etc. Pl. עַזִּים *validi*, *robusti*, *duri*, *vehementes*, *obfirmati*, Ies. 43, 16. Ezech. 7, 24. Ps. 59, 4. in regim. עַזֵּי Ies. 56, 11. Foem. עַזָּה *robusta*, *valida*, *dura*, *saeua*, *vehemens*, Exod. 14, 21. Prou. 21, 14. Cant. 8, 6. pl. עַזּוֹת *dura*, *aspera*, Prou. 18, 23.

עֹז m. et cum Cholem pleno, עוֹז Prou. 24, 5. c. 31, 17. 25. sequente Makkeph עָז־ Ies. 21, 1. *robur*, *potentia*, *vires*, *vehementia*, *firmitas*, *obfirmatio*, Iud. 5, 21. c. 9, 51. 1 Sam. 2, 10. 2 Sam. 6, 14. Ies. 51, 9. Eccles. 8, 1. Sed Ps. 8, 3. (coll. Matth. 21, 16.) Ps. 89, 1.

9, 1. Pf. 96, 7. 2 Chron. 13, 21. potius *laudem* fignificat, vt Arab. عزّ. Cum Affixis עֻזִּי *robur meum*, Exod. 15, 2. Pf. 118, 14. Ief. 12, 2. et עֻזִּי Pf. 28, 7. Pf. 59, 18. Pf. 62, 8. etc. עֻזְּךָ *robur tuum*, Exod. 15, 13. Pf. 21, 2. Pf. 74, 13. et עֻזֶּךָ Pf. 63, 3. Pf. 66, 3. Pf. 86, 16. etc. עֻזּוֹ *robur eius* vel *fuum*, Pf. 59, 6. Prou. 10, 15. Ief. 62, 8. et עֻזֹּה Habac. 3, 3. (ad quem locum conf. חֶבְיוֹן fub rad. חבה,) עוזנו (pro עֻזֵּנוּ) *robur noftrum*, Pf. 81, 2. עֻזָּמוֹ *robur eorum*, Pf. 89, 18. etc.

עֱזוּז m. *robur*, Ief. 42, 25. Pf. 145, 6. cum Affixo עֱזוּזוֹ *robur eius*, Pf. 78, 4.

עִזּוּז m. *valde robuftus*, *fortiffimus*, Pf. 24, 8. Ief. 43, 17.

מָעוֹז m. (vi Formae) *locus firmus: munimentum*, Pf. 27, 1. Prou. 10, 29. Ief. 23, 4. Ezech. 30, 15. etc. etiam Ief. 30, 3. vbi vulgo per *robur* exponitur. Cum Affixis מָעֻזִּי *munimentum meum*, Ief. 27, 5. Ier. 16, 19. Pf. 43, 2. et מָעוּזִּי Pf. 31, 5. et fine Dagefch 2 Sam. 22, 33. (vt fupra in Verbo,) מָעֻזּוֹ *munimentum eius* vel *fuum*, Ief. 17, 9. vel מָעוּזּוֹ Pf. 52, 9. et מָעֻזֹּה Dan. 11, 10. מָעֻזָּם *munimentum eorum*, Ezech. 24, 25. et מָעוּזָּם Pf. 37, 39. Pl. מָעֻזִּים *munimenta*, Dan. 11, 38. 39. et מָעוּזִּים, vnde in regim. מָעוּזֵּי Dan. 11, 19. et refoluto Dagefch Forti ex Chaldaifmo in Nun, מָעֻזְנִים, vnde cum Affixo מָעֻזְנֶיהָ *munimenta eius*, Ief. 23, 11.

עָזְן m. Nomen inufit. procul dubio idem fignificauit cum Arab. غُرْن *aquila*, quo cum conuenit transpof. عنز *foemella aquilae:* vnde cum terminatione quafi *gentilitia* fiue *patronymica* fit עָזְנִי, et porro in foem. עָזְנִיָּה *aquilae* fpecies, Leuit. 11, 13. Deut. 14, 12. q. d. (vi Formae) *quae eft ex genere aquilarum* fiue *nata ex aquilis:* vulgo *haliaetus* intelligitur, ex diuerfo *aquilarum* coitu natus, tefte PLINIO L. X. c. 3.

עזק vulgo *circumfepfit*, rectius *fodit*, vt Syr. et Arab. in Kal inufit. Pih. fut. יְעַזֵּק, vnde cum Vau Conuers. et Affixo וַיְעַזְּקֵהוּ *et fodit eam*, Ief. 5, 2. Inde eft

עִזְקָא f. Chald. *annulus fignatorius*, vel ipfum *figillum annulo infoffum* fiue *infculptum:* vnde in regim. עִזְקַת Dan. 6, 18. cum Affixo עִזְקְתֵהּ *annulus fuus* vel *figillum fuum*, ibid.

עָזַר *adiuuit*, *auxiliatus eft*, Arab. *inclufit*, *conclufit*, *continuit*, *cohibuit*, vt Hebr. עצר. Praet. cum Affixo עֲזָרְךָ *adiuuit te*, *auxiliatus eft tibi*, 2 Chron. 18, 31. pl. עֲזָרוּךָ *auxiliati funt*, Zach. 1, 15.

1 Chron. 12, 21. cum Affixo עֲזָרוּם *adiuuerunt eos*, 1 Chron. 12, 19. Esr. 10, 15. Part. praes. עוֹזֵר *auxilians*, *auxiliator*, 1 Reg. 20, 16. Ps. 10, 14. sed Hiob. 30, 15. SCHVLTENSIO est *reprehendens*, *redarguens*, ex Arab. in *Commentar*. tamen communem sententiam sequitur et ex Arab. illustrat. Pl. עוֹזְרִים *auxiliatores*, in regim. עֹזְרֵי Hiob. 9, 13. 1 Chron. 12, 1. cum Affixo עֹזְרֶיךָ *auxiliatores tui*, 1 Chron. 12, 18. Part. Pahul עָזוּר *adiutus*, Ies. 31, 3. Infin. constr. עֲזוֹר *auxiliari*, Ios. 10, 33. 1 Chron. 15, 26. vnde cum Praefixo לַעֲזֹר *ad auxiliandum*, Ios. 10, 33. 1 Chron. 18, 5. et לַעְזוֹר 2 Sam. 8, 5. 2 Chron. 14, 10. sic sec. Kri 2 Sam. 18, 3. (vbi Kethibh habet לַעְזִיר vel לְעֲזִיר ex Hiph. exclusa Praeformante ה,) cum Affixo עָזְרוֹ *auxiliari eis*, 1 Chron. 12, 22. Imper. cum Affixo עָזְרֵנִי *auxiliare mihi*, Ps. 109, 26. Ps. 119, 86. pl. cum Affixo עִזְרֻנִי *auxiliamini mihi*, Ios. 10, 4. Fut. יַעֲזֹר *auxiliabitur*, Ies. 50, 7. 9. sed cum Affixis יַעְזֹר dicitur, (cum Scheua Simplici,) vt Gen. 49, 25. Ies. 44, 2. sic in plur. וַיַּעְזְרוּ *et auxilio fuerunt*, 1 Reg. 1. 7. in pausa יַעְזֹרוּ *adiuuabunt*, Ies. 30, 7. c. 44, 6. Niph. praet. נֶעֱזָרְתִּי *adiutus sum*, Ps. 28, 7. infin. הֵעָזֵר *adiuuari*, 2 Chron. 26, 15. fut. pl. יֵעָזְרוּ *adiuuabuntur*, Dan. 11, 34. Hiph. part. מַעְזֵר (ex Chaldaismo pro מַעְזִיר,) vnde plur. מַעְזְרִים *auxiliantes*, 2 Chron. 28, 23.

עֵזֶר m. *auxilium*, metonymice eius *Causa Efficiens* siue *Medium*, Gen. 2, 18. 20. Deut. 33, 7. Ies. 30, 5. etc. cum Affixo עֶזְרוֹ *auxilium eius*, Ps. 146, 5. et עֶזְרֹה Ezech. 12, 14.

עֶזְרָה f. id. Ps. 46, 2. Ies. 10, 3. Ier. 37, 7. 2 Chron. 28, 21. in regim. עֶזְרַת Iud. 5, 23. cum ה Parag. *Intensiuo* עֶזְרָתָה *auxilium omnimodum*, Ps. 44, 27. Ps. 63, 8. Ps. 94, 17. cum Affixo עֶזְרָתִי *auxilium meum*, Ps. 27, 9. Hiob. 6, 13.

עֶזְרָת f. id. Ps. 60, 13. Ps. 108, 13.

עֲזָרָה f. proprie *clausura*, *cinctura*, qua aliquid *includitur*, hinc 1) *exterius Templi atrium*, quo interius et Templum ipsum *cingebatur* et *includebatur*, 2 Chron. 4, 9. c. 6, 13. 2) *crepido*, qua altare ab inferiore parte *cingebatur* et *includebatur*, Ezech. 43, 14. 17. 20. c. 45, 19.

עֵט *stylus*, vid. supra sub rad. עוט.

עָטָה *texit*, *operuit*, *amiciuit*, *induit*, (Arab. *accepit*, in 3 Coniug. *dedit*,) et intransitiue, *operuit* vel *amiciuit se*, *induit se*, *amictus*, *indutus est*, metaphorice *elanguit*, *deliquium animi passus est*. Verba enim *tegendi* ad *languorem* et *animi deliquium* referuntur,

runtur: cuius rei exempla dedi in *Arcano Form.* p. 64. conf. b. SCHVLTENS in *Animaduerſ. Philol.* ad Gen. 30, 42. et ad Cant. 1, 7. Simili modo HOMERVS *deliquium* deſcribit *Iliad.* V. 310. et 696. Petita ſignificatione ab עוט, etiam notat *cum impetu ferri, inuehi, volare, inuolare.* Praet. cum Vau Conuers. וְעָטָה *et teget, operiet*, Ier. 43, 12. pl. וְעָטוּ *et operient*, Mich. 3, 7. Part. praeſ. עֹטֶה *amiciens ſe, amictus, indutus*, 1 Sam. 28, 14. Pſ. 104, 2. ſed cum Affixo עֹטְךָ *amiciens te*, Ieſ. 22, 17. foem. עֹטְיָה (mutata tertia radicali ה in Iod,) *langueſcens, animi deliquium patiens, viribus deficiens*, Cant. 1, 7. Infin. abſol. עָטֹה *amiciendo*, Ieſ. 22, 17. Fut. תַּעְטֶה *operies, operiat*, Ezech. 24, 17. ſed וַתַּעַט *et cum impetu latus es, inuolaſti*, 1 Sam. 15, 19. יַעְטֶה *operiet, operiat*, Leuit. 13, 45. *induit*, Ier. 42, 12. *operiet* ſiue *amiciet ſe, amicietur*, Pſ. 84, 7. *aperit, amicit ſe*, Pſ. 109, 19. cum Vau Conuers. וַיַּעַט *et amiciuit ſe, amictus eſt*, Ieſ. 59, 17. it. *et cum impetu latus eſt, et inuolauit*, ſec. Kri 1 Sam. 14, 33. ſed Kethibh habet וַיַּעַשׂ, quod vid. in עשה. Pl. תַּעְטוּ *operietis*, Ezech. 24, 22. יַעֲטוּ *tegentur, operientur, operiantur*, Pſ. 71, 13. it. *amiciant ſe, amiciantur*, Pſ. 109, 29. Pyh. part. foem. מְעֻטָּה *manu acceptus* ſiue *apprehenſus*, vel *datus, traditus*, ex Arab. Ezech. 21, 20. Hiph. praet. 2 perſ. cum ה Parag. הֶעֱטִיתָה *operuiſti, texiſti*, Pſ. 89, 46.

מַעֲטֶה m. *amictus*, in regim. מַעֲטֵה Ieſ. 61, 3.

עֲטַלֵּף m. *veſpertilio*, Leuit. 11, 19. Deut. 14, 18. compoſ. ex 2 ſynonymis עטף et עלף *texit ſe*: quia interdiu *ſeſe abſcondit.* Aliorum compoſitiones vid. in *Arcano Form.* p. 660. Pl. עֲטַלֵּפִים *veſpertiliones*, Ieſ. 2, 20.

עֲטִין m. vulgo *mulctrale*, in quo lac *reponitur*, à rad. Chald. עטן *intulit, depoſuit, impoſuit, repoſuit.* Sed R. IONAE, ABEN ESRAE et SCHVLTENSIO eſt *locus, in quo cameli* vel *oues ad aquas procumbunt*, q. d. *procubitus camelorum* ſiue *ouium*, à rad. Arab. עטן *à potu in genua procubuit.* Vid. quoque BOCHARTI *Hieroz.* P. I. p. 457. ſeq. Plur. עֲטִינִים, vnde cum Affixo עֲטִינָיו *mulctralia eius*, Hiob. 21, 24.

עָטַף *obtexit, operuit*, et intranſit. *obtectus, opertus eſt*, metaphorice *elanguit, viribus defecit, animi deliquium paſſus eſt*, (vid. antea rad. עטה,) Arab. *inclinauit, deflexit.* Part. Pahul plur. עֲטוּפִים *viribus deſtituti, qui defecerunt*, verſchmachtet, Thren. 2, 19. et עֲטֻפִים Gen. 30, 42. vbi de *ouibus ſerotinis* adhibetur, quae *viribus* ſunt *debiliores.* Infin. conſtr. עֲטֹף *viribus deficere, langue*-

re,

re, Pſ. 61, 3. Fut. יַעֲטֹף *obtegit*, *operit*, al. intranſ. *obtegit ſe*, Pſ. 73, 6. *viribus deficit*, *languet*, Pſ. 102, 1. *deficeret*, Ieſ. 57, 16. et ex Arab. *declinat*, *deflectit*, Hiob. 23, 9. pl. יַעַטְפוּ *obteguntur*, *operiuntur*, Pſ. 65, 14. Niph. infin. הֵעָטֵף, vnde cum Praefixo ב, excluſo ה, בֵּעָטֵף *in τῷ deſtitui viribus* ſiue *langueſieri*, i. e. *dum langueſcunt*, *dum animi et virium deliquio afficiuntur*, Thren. 2, 11. Hiph. infin. הַעֲטִיף *languere*, *viribus deficere*, Gen. 30, 42. Hithpah. infin. הִתְעַטֵּף proprie *obtegere ſe*, metaphorice *deliquium animi et virium pati*, Pſ. 142, 4. Ion. 2, 8. cum Affixo הִתְעַטְּפָם τὸ *deficere* ſiue *deliquium animi pati*, *langueſcere eorum*, Thren. 2, 12. fut. foem. תִּתְעַטֵּף *deficit*, *langueſcit*, Pſ. 107, 5. et תִּתְעַטֵּף Pſ. 77, 4.

מַעֲטָפָה f. in pl. מַעֲטָפוֹת *operimenta*, *amicula*, Ieſ. 3, 22. *ſtolas* ſiue *tunicas* in ſpecie intelligit SCHROEDERVS de *Veſt. mulier. Hebr.* c. 15. coll. Arab. عطاف et معطف *pallium* vel potius *exterior veſtis*.

עָטַר *cinxit*, *circumdedit*, ſpec. *corona : coronauit*. Part. praeſ. pl. עֹטְרִים *cingentes*, 1 Sam. 23, 26. fut. cum Affixo et Nun Epenth. תַּעְטְרֶנּוּ *cingis*, *circumdas eum*, Pſ. 5, 13. Pih. praet. foem. עִטְּרָה *cinxit*, *coronauit*, Cant. 3, 11. עִטַּרְתָּ *coronaſti*, Pſ. 65, 12. vbi Deus dicitur *coronare annum bonitate ſua*, i. e. *ornare*, vel *largiter implere* et *cumulare*; quemadmodum Graec. ςέφω eſt *cingo*, *corono*, *redimio*, et *impleo*, *repleo*: τὸ ςέφειν πλήρωσίν τινα σημαίνει, inquit ARISTOTELES in *Sympoſio* apud ATHENAEVM L. XV. Sic part. מְעַטֵּר *coronans*, cum Affixo Chald. מְעַטְּרֵכִי *coronans te*, Pſ. 103, 4. Fut. cum Affixo תְּעַטְּרֵהוּ *coronabis eum*, Pſ. 8, 6. Hiph. part. foem. מַעֲטִירָה *coronam geſtans*, de *Tyro* Ieſ. 23, 8. niſi potius Nomen ſit eiusdem ſignificationis cum עֲטָרָה *corona*, *qua caput cingitur* et *redimitur*. Conf. qui hunc locum optime illuſtrauit, I. H. MAIVS F. in *Obſeruat.* S. L. III. p. 34. ſeq.

עֲטָרָה f. *corona*, Ezech. 21, 31. Cant. 3, 11. pl. עֲטָרוֹת *coronae*, Hiob. 31, 36. Zach. 6, 11. 14.

עֲטֶרֶת f. id. 2 Sam. 12, 30. Pſ. 21, 40. Prou. 4, 9. Eſth. 8, 15. Ieſ. 28, 5. etc.

עֲטִישָׁה f. *ſternutatio*, à rad. Arab. عطس *ſternutauit*. Pl. עֲטִישׁוֹת cum Affixo עֲטִישֹׁתָיו *ſternutationes eius*, Hiob. 41, 10.

עִי m. *aceruus*, *tumulus*, Hiob. 30, 24. Mich. 1, 6. ab *erigendo*, à rad. Arab. غبي *erexit*. Plur. עִיִּים *aceruì*, *tumuli*, Num. 33, 45. Pſ. 79, 1. et more Chald. עִיִּין Mich. 3, 12. in regim. עִיֵּי Num. 21, 12. c. 33, 44.

מְעִי m. quod vulgo huc referunt, vid. ſub rad. מעה.

עִים vid. ſub rad. עוט.

עָיֵם m. *ſitis, aeſtus, ardor*, vnde cum Praefixo בְּעָיֵם (pro בַּעְיָם) *aeſtu, ardore*, Ieſ. 11, 15. à rad. Arab. عام (media *Ie*,) *ſitiuit*, et per *Gain*, *ſitiuit, ſiticuloſus fuit*. Vid. *Arcan. Form.* p. 179.

עִין *vidit, aſpexit, reſpexit*, it. *obſeruauit, animaduertit*, (vt Chald. et Syr. in Pahel,) Aethiop. *explorauit*, Arab. media *Ie* quieſc. *manauit, fluxit*. Part. praeſ. עָיִן *oculis obſeruans, inſidians*, ſec. Kri 1 Sam. 18, 9. ſed Kethibh habet עוֹן, cum *Vau*; ſicut היה dicitur et הוה, חיה et חוה, ליה et לוה, etc. Inde ſunt

עַיִן m. (ad Formam Quieſcentium media radicali; ſicut ab אֵיב fit אֵיבָה, ab אֵים fit אֵימָה,) 1) *oculus*, Medium *viſus*, (quomodo gen. *com.* eſt,) Exod. 21, 24. Leuit. 24, 20. Num. 14, 14. Deut. 19, 21. etc. Per Synecdochen pro *tota facie* ſumi, vt Graec. ὢψ et ὄμμα, contendit LACKEMACHERVS in *Obſeruat. Philol.* P. II. Obſ. 1. §. 2. quo ille refert Gen. 20, 16. c. 29, 16. Ieſ. 1, 15. c. 59, 2. Ier. 4, 30. Metaphorice ſumitur pro *mente* eiusque *cognitione* et *indicio*, vt Deut. 15, 18. 19. 1 Sam. 15, 17. 2 Sam. 6, 22. Prou. 22. 9. c. 23, 6. etc. Metonymice pro *eo, quod videtur* et *in oculos cadit, viſus Obiecto: aſpectu, ſpecie*, Num. 11, 7. Ezech. 1, 4. 7. 16. 22. 27. c. 8, 2. c. 10, 9. Dan. 10, 6. etc. 2) *fons*, à *manando* ſiue *fluendo*, Gen. 16, 7. Num. 34, 11. 1 Sam. 29, 1. Neh. 2, 14. etc. 3) *prauitas, malitia*, τοῖς LXX ἀδικία, Zach. 5, 6. coll. רִשְׁעָה v. 8. ex ſignificatione radicis Arab. غان *prauus fuit*. In regim. עֵין *oculus*, Exod. 21, 26. 1 Sam. 11, 2. *aſpectus, ſpecies*, Num. 11, 7. Ezech. 1, 4. *fons*, Gen. 16, 7. Iud. 15, 19. cum ה Paragog. עַיְנָה *ad fontem*, Gen. 24, 16. 45. cum Affixo עֵינוֹ *oculus eius* vel *ſuus*, Exod. 21, 26. Deut. 28, 54. ſic ſec. Kri Eccleſ. 4, 8. (vbi Kethibh habet עֵינָיו *oculi eius*, i. e. *vnusquisque oculorum eius*,) *aſpectus, ſpecies eius*, Leuit. 13, 55. Num. 11, 7. Dual. עֵינַיִם *vterque oculus*, Gen. 20, 16. Leuit. 26, 16. quo etiam pertinet Zach. 3, 9. vbi עֵינַיִם per *fontes* exponunt VITRINGA in *Obſeruat. S.* L. I. c. 4. §. 7. ſeq. THEOPH. ALETHAEVS in Gründlichen Erläuterungen p. 125. et Cl. I. F. FISCHER in Diſſert. de *Meſſia ſeptem vulneribus conficiendo*; inuita tamen analogia. In regim. עֵינֵי Gen. 3, 7. Leuit. 13, 12. cum Affixis עֵינֵיכֶם *oculi veſtri*, Gen. 3, 5. Num. 15, 39. ſic ſec. Kethibh Ezech. 9, 5. *diſtributiue* intelligendum, (vbi Kri habet עֵינְכֶם *oculus veſter*, in ſing.) עֵינָיו *oculi eius* vel *ſui*, Gen. 13, 7. Leuit.

uit. 14, 9. et עֵינֵיהוּ Hiob. 24, 23. Pl. עֲיָנוֹת *fontes*, Deut. 8, 7. 2 Chron. 32, 3. in regim. עֵינוֹת Exod. 15, 27. Num. 33, 9. sed cum Affixo עֵינֹתָם *prauitates eorum*, sec. Kethibh Hos. 10, 10. vbi Kri habet עוֹנֹתָם, ex alia Forma, tanquam à sing. עוֹנָה. *Duae prauitates* l. c. sunt *vtrumque scelus*, Gibeae commissum, *stuprum* scil. et *caedes* vxoris Leuitae; KROMAYERO autem *duo vituli aurei*, Dane et Bethele positi, coll. Deut. 9, 21. 2 Reg. 10, 29.

עַיִן com. Chald. *oculus*, in regim. עֵין Esr. 5, 5. pl. עַיְנִין *oculi*, Dan. 7, 8. 20. in regim. עֵינֵי Dan. 7, 8. cum Affixo עַיְנַי *oculi mei*, Dan. 4, 31.

מַעְיָן m. *fons*, propfie vi Formae *locus, vbi aqua fontis profluit*, Leuit. 11, 36. Ps. 74, 15. Prou. 25, 26. Cant. 4, 12. Ioël. 4, 18. in regim. מַעְיַן Ios. 15, 9. 2 Reg. 3, 25. vnde cum ו Paragog. מַעְיְנוֹ Ps. 114, 8. sed cum Affixo מַעְיָנוֹ *fons eius*, Hos. 13, 15. pl. מַעְיָנִים *fontes*, Ps. 104, 10. in regim. מַעְיְנֵי 1 Reg. 18, 5. Ies. 12, 3. cum Affixo מַעְיָנַי *fontes mei*, Ps. 87, 7. plur. foem. מַעְיָנוֹת Prou. 8, 24. Ies. 41, 18. 2 Chron. 32, 4. in regim. מַעְיְנוֹת Gen. 7, 11. c. 8, 2. cum Affixo מַעְיְנֹתֶיךָ *fontes tui*, Prou. 5, 16.

עָיֵף *languit, viribus defecit, defatigatus est*, alias יָעֵף. Praet. foem. עָיְפָה *languit, defecit*, Ier. 4, 31. Sed in Hiph. fit media quiescens, vnde fut. cum Vau Conuers. וַיָּעַף *et elanguit, viribus defecit*, Iud. 4, 21. *et defatigatus est*, 1 Sam. 14, 28. 31. 2 Sam. 21, 15. quod tamen aliis est fut. Kal, cum (-) sub ע, vt differat à וַיָּעָף *et volauit*, ab עוף.

עָיֵף m. *languens, viribus deficiens, fatiscens, fessus*, Gen. 25, 29. 30. Deut. 25, 18. 2 Sam. 17, 29. Ies. 5, 27. pl. יְעֵפִים *viribus deficientes, fatiscentes, fessi*, Iud. 8, 4. 5. 15. 2 Sam. 16, 14. Foem. עֲיֵפָה *viribus deficiens, fatiscens*, Prou. 25, 25. Ies. 46, 1. Ier. 31, 25. metaphorice de *terra arida* dicitur, Ps. 63, 2. Ps. 143, 6. Ies. 32, 2. Sic *fatiscere* de *tellure* et *area, prae ariditate rimas agente*, dixit VIRGILIVS *Georg*. I. 180. et II. 249.

עֵיפָה f. vid. supra sub rad. עוף.

עַיִר et **עִיר** vid. sub rad. עור.

עַיִשׁ vid. sub rad. עוש.

עַכְבָּר m. *mus*, proprie *agrestis*, Leuit. 11, 29. Ies. 66, 17. sec. BOCHARTVM compos. ex עכל Chald. *comedit*, et בַּר *ager*. Sed עכל *comedit*, Hebr. scribitur אכל, et dura est elisio litterae ל, non sequente alia simili. Mallem itaque compositum dicere ex עך Arab.

Arab. *fricuit, contriuit*, it. *vorauit plantas animal*, et ex Hebr. בר *frumentum*, eliso priore ר. Pl. עַכְבָּרִים *mures*, in regim. עַכְבְּרֵי 1 Sam. 6, 4. 11. c. 7, 18. cum Affixo עַכְבְּרֵיכֶם *mures vestri*, 1 Sam. 6, 5.

עַכָּבִישׁ m. *araneus*, Hiob. 8, 14. Ief. 59, 5. compof. ex Arab. עכב *celeriter egit*, et עכש *telam texuit araneus*, q. d. *agilis textor*. Sic SCHVLTENS in *Claue Dialect.* p. 323. et in *Commentar.* ad Hiob. l. c.

עֶכֶס m. *compes*, Prou. 7, 22. q. d. *pedis vinculum*, à rad. Arab. עכס *inuertit*, it. *reuinxit*, proprie *rei extremitatem ad eius initium reduxit*, vnde عكاس *vinculum, funis, quo cameli pedes religantur*. Conf. BYNAEVS de *Calceis Hebr.* L. I. c. 8. MAIVS F. in *Obseruat. S.* L. II. p. 109. feq. S. R. C. B. MICHAELIS in Differt. qua *Ritualia quaedam S. Codicis ex Alcorano illustrantur* §. 7. Celeb. N. W. SCHROEDERVS de *Vestitu mulierum Hebr.* c. 1. et POL. LYSERVS in Differt. de h. n. Plur. עֲכָסִים *compedes, periscelides*, Ief. 3, 18. Inde formatum eft Verbum in Pih. fut. pl. foem. תְּעַכַּסְנָה *compedes, periscelides adhibent*, al. *compeditae incedunt*, Ief. 3, 16.

עָכַר *turbauit, conturbauit, perturbauit*. Praet. cum Affixo עֲכַרְתָּנוּ *conturbasti nos*, Iof. 7, 25. עֲכַרְתֶּם *perturbastis*, Gen. 34, 3. part. praef. עֹכֵר *perturbans, conturbans*, 1 Reg. 18, 17. Prou. 11, 17. 29. 1 Chron. 2, 7. pl. עֹכְרִים, cum Affixo עֹכְרָי *perturbantes me*, Iud. 11, 35. fut. יַעְכֹּר, vnde cum Affixo יַעְכָּרְךָ *perturbabit te*, Iof. 7, 25. Niph. part. נֶעְכָּר *turbatus*, de *dolore*, qui fedatus erat, denuo *turbato* et *commoto*, German. diceres wieder aufrührisch gemacht, Pf. 39, 3. foem. נֶעְכָּרֶת *conturbatum quid*, Prou. 15, 6.

עָכוֹר m. *conturbatus*: vnde *vallis* עָכוֹר *conturbati*, fcil. populi Ifraelitici, Iof. 7, 24. 26. coll. v. 25. et c. 6, 18.

עַכְשׁוּב m. *afpis*, Pf. 140, 4. compof. ex 2 fynonymis עכך Arab. *aestuauit, feruidus fuit*, et שוב Syr. *ardere*, it. *inflammare*, Arab. שבב *accendit*, vnde et Hebr. שְׁבִיב *flamma*, et forfitan quoque Verbum Pf. 60, 3. De *feruentiffimo afpidis veneno* vid. BOCHARTI *Hieroz. P.* II. L. III. c. 5. et CYPRIANI *Continuat.* FRANZII *Hiftoriae animal.* p. 3353. feq. vnde et שְׂרָפִים, genus *ferpentis*, nomen habent.

עַל et עַל vid. fub rad. עלה.

עֹל *iugum*, vid. fub rad. עלל.

עֵלָּא Chald. vid. fub rad. עלה.

עִלֵּג m. *balbus, balbutiens*, à rad. inusit. עלג *balbus fuit*, vnde Syr. fecerunt לעג, Arabes עלך *balbus fuit*, *balbutiuit*. Plur. עִלְּגִים *balbi*, Ief. 32, 4.

עֶרְוָה f. (mutata tertia radicali ה in ו, Arab. per Metathesin عورة,) in genere *nuditas*, Gen. 42, 9. 12. Exod. 28, 42. Ezech. 16, 8. Hof. 2, 11. specialiter *nuditas pudendorum* fiue *pudenda nuda*, Gen. 9, 22. 23. Exod. 20, 23. Leuit. 18, 7. 8. 18. 19. metonymice, quia *nuditas turpis* et *dedecorosa* est, cuius nos pudet, *turpitudo*, *foeditas*, Deut. 23, 15. c. 24, 1. In regim. עֶרְוַת Gen. 9, 22. 23. Leuit. 18, 7. cum Affixo עֶרְוָתוֹ *nuditas eius*, Leuit. 20, 17.

עַרְוָה f. Chald, id. vnde in regim. עַרְוַת Efr. 4, 14.

עַרְעָר et **עֲרוֹעֵר** vid. sub rad. עור.

עֵרֹם m. (cum ם Heemantico *Intensiuo*,) *nuditas summa* et *omnimoda*, Hiob. 24, 7. it. *plane nudus*, *summe nudus*, 1 Sam. 19, 24. Ief. 20, 3. 4. Amof. 2, 16. Hiob. 1, 21. pl. עֲרוּמִּים (pro עֲרֻמִּים) *plane nudi*, Gen. 2, 25. Hiob. 22, 6. foem. עֵרֻמָּה *plane nuda*, Hof. 2, 5. sed **עֵירֹם** vel **עָרוֹם** vid. fub rad. עור, עָרוּם autem sub seq. rad. ערם.

מַעֲרֶה m. *locus nudus et planus nec montibus tectus*: *planities*, coll. rad. Aethiop. ዐረየ *planus*, *aequalis fuit*. In regim. מַעֲרֵה Jud. 20, 33.

מַעֲרָה f. id. vnde plur. in regim. מַעֲרוֹת *loca plana, planities*, sec. Kethibh 1 Sam. 17, 23. vbi Kri habet מַעַרְכוֹת *acies*. Sed

מְעָרָה f. (Verbale Pihelicum,) *locus euacuatus* et *excauatus*, *cauerna, spelunca*, Gen. 19, 30. Ios. 13, 4. 1 Sam. 24, 3. 8. 1 Reg. 19, 9. 13. etc. Vulgo tamen deducunt ab Arab. غار *profundus, cauus fuit*, vnde et gâron *cauerna, spelunca*. In regim. מְעָרַת Gen. 23, 9. 1 Sam. 22, 1. pl. מְעָרוֹת *speluncae*, Iud. 6, 2. Ies. 32, 14.

מַעַר m. (per Apocopen pro מַעֲרֶה,) *locus nudus*, i. e. *spatium*, 1 Reg. 7, 36. spec. *locus* vel *pars corporis nuda: nuditas*, vnde cum Affixo מַעְרֵךְ *corporis pars nuda tua, nuditas tua*, Nah. 3, 5.

מַעֲרֹם m. *locus* siue *pars corporis plane nuda: nuditas*, vnde pl. cum Affixo מַעֲרֻמֵּיהֶם *nuditates eorum*, 2 Chron. 28, 15.

תַּעַר com. (cum ת sensus *reciproci*,) in genere aliquid *se nudans* et *euacuans*, spec. 1) *nouacula*, quae dum ex vagina extrahitur, *se denudat*, Num. 6, 5. c. 8, 7. Ps. 52, 4. Ies. 7, 20. Ezech. 5, 1. 2) *vagina*, quae extracto gladio *se euacuat*, cum Affixis תַּעְרֵךְ *vagina tua*, Ier. 47, 6. תַּעְרָהּ *vagina sua*, 1 Sam. 17, 51. 2 Sam. 20, 8. Ezech. 21, 8. 9. 10. 35.

עָרַךְ *struxit, ordinauit, disposuit, vnum alteri aptauit*, Gen. 22, 9. Exod. 40, 4. 23. Leuit. 1, 7. spec. de *ordinatione* et *dispositione aciei*, Iud. 20, 22. 1 Chron. 22, 33. 35. etc. sic sec. quosdam Hiob. 37, 19. et intransit. *disposuit se*, vt Ps. 5, 4. Hiob. 33, 5. per Metonymiam *aestimauit, taxauit*, Leuit. 27, 8. 12. 14. 2 Chron. 23, 35. Hiob. 36, 19. it. *comparauit*, Ies. 40, 18. Hiob. 28, 17. 18. et intransitiue, *comparauit se*, Ps. 89, 7. Hiob. 28, 17. 19. quia res, cum aliis *aestimandae* et *comparandae*, iuxta se *ponuntur* et *disponuntur*. Alii tamen significationem *aestimandi* et *comparandi* ex notione *ordinandi aciem* per Metaphoram deducunt, q. d. *duas res ita iuxta se ponere*, vt quasi cum invicem *de valore certent*. Praet. foem. עָרְכָה *disposuit, apparauit*, Prou. 9, 2. Part. praes. pl. עֹרְכִים *instruentes, apparantes*, Ies. 65, 11. in regim. עֹרְכֵי 1 Chron. 12, 8. 33. 35. part. Pahul עָרוּךְ *instructus, apparatus*, Ies. 30, 33. Ier. 6, 23. Ezech. 23, 41. in regim. עֲרוּךְ Ioël. 2, 5. foem. עֲרוּכָה *disposita, ordinata, um*, 2 Sam. 23, 5. pl. עֲרֻכוֹת *dispositae*, Ios. 2, 6. Infin. absol. עָרֹךְ *instruendo*, Ies. 21, 5. infin. constr. עֲרֹךְ *instruere, apparare*, Iud. 20, 22. Ps. 78, 19. Imper. cum

cum ה Parag. עֶרְכָה *instrue*, scil. *verba*, (vt c. 37, 19. sec. quosdam,) vel potius intransit. *dispone te*, Hiob. 33, 5. pl. עִרְכוּ *apparate, instruite*, Ier. 46, 3. c. 50, 14. Fut. אֶעֱרֹךְ *disponam, apparabo*, aliis intransitiue, *disponam, apparabo me*, Ps. 5, 4. cum ה Parag. אֶעֶרְכָה Ps. 50, 21. Hiob. 23, 4. תַּעֲרֹךְ *instruis, apparas*, Ps. 23, 5. יַעֲרֹךְ *disponet*, Exod. 27, 21. Leuit. 24, 3. 4. it. *aestimabit*, Hiob. 36, 19. *comparabit se*, Ps. 89, 7. cum Affixo et Nun Epenthet. יַעַרְכֶנָּה *comparabit se* vel *comparabitur cum illa*, Hiob. 28, 17. 19. pl. cum Affixo יַעַרְכוּנִי *instruunt*, scil. *aciem*, Vulg. *militant contra me*, Hiob. 6, 4. pro יַעַרְכוּ עָלַי etc. Hiph. praet. הֶעֱרִיךְ *taxauit*, 2 Reg. 23, 35. fut. יַעֲרִיךְ *taxabit, aestimabit*, Leuit. 27, 14.

עֵרֶךְ m. *comparatio: id quod comparatur*, Ps. 40, 6.

עֵרֶךְ m. 1) *dispositio, instructio*, Exod. 40, 4. 23. 2) *aestimatio, taxatio*, vnde *aestimatio* i. e. *pretium vestium*, Iud. 17, 10. cum Affixis עֶרְכְּךָ *aestimatio, taxatio tua*, Leuit. 5, 15. Num. 18, 16. עֶרְכָּהּ *aestimatio* h. e. *pretium eius*, Hiob. 28, 13. 3) *comparatio, aequiparatio*, vnde cum Affixo, (homo) עֶרְכִּי *comparationis, aequiparationis mei*, i. e. *mihi par* et *aequalis*, Ps. 55, 14. *amicus meus* exponitur à LVDOLFO in *Lex. Aethiop.* p. 655. coll. Aethiop. arc *amicus, socius*.

מַעֲרָךְ m. *dispositio*, pl. מַעֲרָכִים *dispositiones*, in regim. מַעַרְכֵי Prou. 16, 1.

מַעֲרָכָה f. id. Exod. 39, 37. Iud. 6, 26. specialiter *dispositio* et *instructio aciei*, vel ipsa *acies instructa*, 1 Sam. 4, 2. 12. 16. c. 17, 20. 21. 22. 48. pl. מַעֲרָכוֹת *dispositiones, strues*, Leuit. 24, 6. in regim. מַעַרְכוֹת *acies*, 1 Sam. 17, 10. 26. 36. 45. c. 23, 3. et sec. Kri 1 Sam. 17, 23.

מַעֲרֶכֶת f. *dispositio, strues*, Leuit. 24, 6. 7. 1 Chron. 9, 32. Neh. 10, 34. it. *acies*, 1 Sam. 17, 8.

עָרֵל m. *praeputiatus, incircumcisus*, Gen. 17, 14. Exod. 12, 48. 1 Sam. 17, 26. 36. metaphorice *profanus, impurus*, Exod. 6, 12. 30. Leuit. 26, 41. Ies. 52, 1. etc. in regim. עֲרַל Exod. 6, 12. 30. pl. עֲרֵלִים *praeputiati*, Leuit. 19, 23. Ios. 5, 7. in regim. עַרְלֵי Ier. 9, 25. Ezech. 44, 7. Foem. עֲרֵלָה *incircumcisa*, metaphorice Ier. 6, 10. Inde formatum est et significationem accepit Verbum

עָרַל *praeputiatum* i. e. *profanum* et *impurum habuit*. Praet. pl. cum Vau Conuers. וַעֲרַלְתֶּם *et praeputiatum* i. e. *impurum habebitis*, Leuit. 19, 23. Niph. imper. הֵעָרֵל *praeputiatus habetor* vel *agnoscitor*, Habac. 2, 16.

עָרֵל m. *praeputiatus*, Ezech. 44, 9.

עָרְלָה f. *praeputium*, Gen. 34, 12. Ier. 9, 24. metaphorice 1) *impuritas*, Deut. 10, 16. Ier. 4, 4. 2) *fructus primi triennii*, pro *impuro* et *profano* habendus, Leuit. 19, 23. In regim. עָרְלַת Exod. 4, 25. Deut. 10, 16. cum Affixis עָרְלָתוֹ *praeputium eius* vel *suum*, Gen. 17, 14. 24. 25. Leuit. 12, 3. עָרְלַתְכֶם *praeputium vestrum*, Gen. 17, 11. pl. עֲרָלוֹת (tanquam ab עֲרָלָה,) *praeputia*, Ios. 5, 3. in regim. עָרְלוֹת 1 Sam. 18, 25. Ier. 4, 4. cum Affixo עָרְלֹתֵיהֶם *praeputia eorum*, 1 Sam. 18, 27.

עָרַם *callidus fuit*, it. *pressit*, *compressit*, *coarctauit*, *colligauit*, petita significatione ab עמר. Part. Pahul עָרוּם *callidus*, tam in *bonam*, quam in *malam* partem sumitur, Gen. 3, 1. Prou. 12, 16. 23. c. 13, 16. c. 14, 5. etc. pl. עֲרוּמִים *callidi*, Prou. 14, 18. Hiob. 5, 12. c. 15, 5. Infin. absol. עָרֹם *callide agendo*, q. d. *callidus existendo*, 1 Sam. 23, 22. Niph. praet. pl. נֶעֶרְמוּ *compressae*, *coarctatae sunt*, vulgo *coacervatae sunt*, Exod. 15, 8. Hiph. fut. יַעְרִים *callidum facit*, *callide agit*, 1 Sam. 23, 22. Prou. 15, 5. c. 19, 25. pl. יַעֲרִימוּ *callidum faciunt*, Ps. 83, 4.

עָרֹם et **עֵירוֹם** vid. sub rad. עור, עָרוּם autem sub rad. ערה.

עֹרֶם m. *calliditas*, vnde cum Affixo עָרְמָם *calliditas eorum*, Hiob. 5, 13.

עָרְמָה f. id. Exod. 21, 14. Ios. 9, 4. Prou. 1, 4. c. 8, 5. 12.

עֲרֵמָה f. *aceruus*, q. d. *coarctatio* siue *compressio* rerum, Ruth. 3, 7. in regim. עֲרֵמַת Cant. 7, 3. Hagg. 2, 16. plur. masc. עֲרֵמִים *acerui*, Ier. 50, 26. pl. foem. עֲרֵמוֹת 2 Chron. 31, 6-9. Neh. 3, 34. c. 13, 15.

עַרְמוֹן m. *platanus* arbor, Gen. 30, 37. sec. HILLERVM in *Hierophyt*. P. I. p. 402. sic dicta, quod sua sponte *cortice se nudet*, ex significatione radicis Arab. ערם *cortice nudauit arborem*. Plur. עַרְמֹנִים *platani*, Ezech. 31, 8.

מַעֲרוֹם vid. sub rad. ערה.

עֲרִיסָה f. *massa*, q. d. *mixtio farinae cum aqua*: *farina aqua mixta*, à rad. Chald. ערס *commiscuit*. Plur. עֲרִיסוֹת *massae*, cum Affixis עֲרִיסוֹתֵינוּ *massae nostrae*, Neh. 10, 38. עֲרִיסֹתֵיכֶם *massae vestrae*, Num. 15, 20. 21. Ezech. 44, 30.

עָרַף *abscidit*, *resecuit*, *amputauit*, vt Arab. per *Gain*, specialiter *caput* siue *ceruicem*, Exod. 13, 13. c. 34, 20. Deut. 21, 4. 6. Ies. 66, 3. metaphorice *destruxit*, Hos. 10, 2. it. *fluxit*, *stillauit*,

Deut. 32, 2. c. 33, 28. petita significatione à רעף. Praet. 2 perf. עָרַפְתָּ, vnde cum Affixo et Vau Conuers. וַעֲרַפְתּוֹ *et decollabis eum*, Exod. 13, 13. c. 34, 20. pl. וְעָרְפוּ *et decollabunt*, Deut. 21, 4. part. praef. עֹרֵף *decollans*, Ief. 66, 3. part. Pahul foem. עֲרוּפָה *decollata*, Deut. 21, 6. fut. יַעֲרֹף *fluet, stillabit*, Deut. 32, 2. it. *destruet, diruet*, Hof. 10, 2. pl. יַעַרְפוּ *fluent, stillabunt*, Deut. 33, 28.

עֹרֶף m. *ceruix*, posterior colli pars, Gen. 49, 8. Exod. 23, 27. Deut. 9, 9. 13. 2 Reg. 17, 14. etc. fic dicta à *defluxu faliuae* vel potius *fucci neruei*, qui per illam è cerebro in reliquas corporis partes deriuatur. *Dare ceruicem*, est *fe auertere*, 2 Chron. 29, 6. fed *dare hostes* (cum) *ceruice*, est eos *in fugam conuertere*, Exod. 23, 27. 2 Sam. 22, 41. Pf. 18, 41. fic *obuertere* alicui *ceruicem*, est vel *fe* ab eo *auertere*, Ier. 2, 27. c. 18, 17. c. 32, 33. vel ab eo *fugere*, Lat. *vertere terga*, Iof. 7, 8. 12. Ier. 48, 39. Cum Affixo עָרְפִּי *ceruix mea*, Hiob. 16, 12.

עֲרִיפִים m. pl. *ruinae, destructa, diruta*, vnde cum Affixo עֲרִיפֶיהָ *ruinae eius, destructa eius*, Ief. 5, 30.

עֲרָפֶל m. *caligo maxima*, Exod. 20, 21. Deut. 4, 11. 2 Sam. 22, 10. 1 Reg. 8, 12. etc. fec. HILLERVM in *Onomast. S.* p. 411. et HOTTINGERVM in *Analyfi Iobi* c. 22, 13. compof. ex 2 fynonymis ערב *obtenebratus eft*, Arab. per *Gain, occidit fol*, et אפל id.

עָרַץ *validus, fortis, durus fuit, valuit, inualuit*, vt Arab. ערץ, Pf. 10, 18. Ief. 47, 12. it. *fregit, contriuit*, Hiob. 13, 25. petita fignificatione à רעץ: hinc metaphorice *terruit, perturbauit*, Ief. 2, 19. 21. Verba enim *frangendi* ad *metum* et *terrorem* referuntur: vt חתת; fic Graec. πλήσσω fiue πλήττω *frango*, cum Compofitis fuis, Lat. *frangi metu* etc. Alibi *intranfitiue* fumitur: *fractus eft metu, territus eft, conturbatus, perturbatus eft*, vt Arab. ערץ, Deut. 1, 29. Iof. 1, 9. Ief. 8, 12. Hiob. 31, 34. etc. Inf. construct. עֲרֹץ *terrere*, Ief. 2, 19. 21. it. *inualefcere*, fec. quosdam, (fi feq. אֱנוֹשׁ de *improbo* intelligatur,) vel potius *conturbari*, אֱנוֹשׁ intellecto de *homine mifero et afflicto*, Pf. 10, 18. Fut. אֶעֱרוֹץ *reformidabam*, Hiob. 31, 34. תַּעֲרֹץ *franges, conteres*, Hiob. 13, 25. it. *terrearis, expauefcas*, Deut. 7, 21. Iof. 1, 9. foem. in paufa תַּעֲרוֹצִי *inualefces*, Ief. 47, 12. pl. תַּעַרְצוּ *terreamini*, Deut. 20, 3. c. 31, 6. cum Nun Parag. תַּעַרְצוּן Deut. 2, 29. Niph. part. נַעֲרָץ *qui metuitur* vel *reformidatur: terribilis, formidabilis*, Pf. 89, 8. Hiph. fut. pl. תַּעֲרִיצוּ *reformidetis*, Ief. 8, 12. יַעֲרִיצוּ *metuent, timebunt*, Ief. 29, 23.

עָרוּץ m. *fractura, ruptura, fissura*, Hiob. 30, 16.

עָרִיץ (Formae *dagessandae*,) m. *valde validus, fortis, durus*, Ps. 37, 35. Ies. 29, 20. c. 49, 25. Ier. 20, 11. Hiob. 15, 20. pl. עָרִיצִים *validi, fortes, duri*, Ps. 54, 5. Ies. 13, 11. in regim. עָרִיצֵי Ezech. 28, 7. c. 30, 11.

מַעֲרִיץ m. *terror*, vel potius *id, quo* quis *terretur*, cum Affixo מַעֲרִיצְכֶם *terror vester*, Ies. 8, 13.

מַעֲרָצָה f. *fractio*, vel *fragor*, Ies. 10, 33.

עָרַק *fugit*. Part. praes. pl. עֹרְקִים *fugientes*, Hiob. 30, 3. et *substantiue*, vulgo *arteriae, venae*, coll. Arab. عِرْق *vena, arteria, neruus*, vnde cum Affixo עֹרְקַי *arteriae meae*, Hiob. 30, 17. Aliter SCHVLTENS in *Commentar*. cui et עֹרְקִים Hiob. 30, 3. *rodentes*, et עֹרְקַי *rodentes me*, ex significatione radicis Syr. et Arab.

עָרַר radix inusit. cui sensum *sterilitatis* tribuunt, conuenit cum עור et ערה *nudus fuit*, q. d. *nudus fuit liberis*. Inde est

עֲרִירִי m. (cum terminatione quasi *gentilitia*,) q. d. *qui est ex genere et classe sterilium*, (tanquam ab עָרִיר *sterilis, nudus liberis*,) Gen. 15, 2. Ier. 22, 30. pl. עֲרִירִים *steriles*, Leuit. 20, 20. 21.

עַרְעָר et עֲרוֹעֵר vid. sub rad. עור.

עֶרֶשׂ f. *sponda, lectus tecto instructus*, German. Himmel-Bett, Deut. 3, 11. Ps. 41, 4. Ps. 132, 3. Amos. 3, 12. à rad. Arab. عرش *opus pergulare struxit*, in 2 Coniug. *tecto instruxit*. Cum Affixo עַרְשִׂי *lectus meus*, Ps. 6, 7. Prou. 7, 16. plur. עֲרָשׂוֹת *lecti, spondae*, vnde cum Affixo עַרְשׂתָם *spondae suae*, Amos. 6, 4.

עָשׁ vid. supra sub rad. עוש, et aliud infra sub rad. עשש.

עֵשֶׂב m. *herba*, Gen. 1, 11. 12. 29. 30. Exod. 9, 22. 25. Deut. 11, 15. Ps. 92, 8. etc. à rad. Arab. عشب *germinauit*. Cum Affixo עֶשְׂבָּם *herba eorum*, Ies. 42, 15.

עֲשַׂב m. Chald. id. Dan. 4, 12. in Statu Emphat. עִשְׂבָּא Dan. 2, 30. c. 4, 22. 29.

עִשְּׂבָה f. (Verbale Pihelicum,) *productio herbae: herba à terra producta*, vnde pl. עִשְּׂבוֹת *herbae*, Prou. 27, 25.

עָשָׂה *fecit*, idque sensu pro substrata materia admodum diuerso, vt Lat. *facio*. Praeter consuetam enim *faciendi* significationem denotat 1) *operari, laborare*, Exod. 31, 5. Ruth. 2, 19. Neh. 4, 15. Prou. 13, 16. c. 31, 13. Ier. 8, 8. et *occupatum esse* in re, German.

man. zu thun haben, Exod. 5, 9. 1 Reg. 20, 40. 2) *restaurare*, q. d. *denuo facere*, 2 Reg. 12, 12. 3) *agere*, Prou. 13, 16. 4) *exercere*, ausüben: vt *strenuitatem*, Num. 24, 18. 1 Sam. 14, 48. Pf. 60, 14. *iustitiam*, Pf. 106, 3. *misericordiam*, Ier. 9, 24. *regiam potestatem*, 1 Reg. 21, 7. 5) *committere, perpetrare:* vt *mendacium*, 2 Sam. 18, 13. *fraudem*, Dan. 11, 23. ficut Lat. *facere adulterium, scelus* etc. 6) *exsequi, obseruare*, de *praeceptis* et *mandatis*, Leuit. 20, 22. Deut. 15, 5. Esth. 9, 1. 2 Chron. 34, 31. 7) *producere, proferre*, de *fructibus*, Gen. 1, 10. 11. c. 41, 45. Pf. 107, 37. Habac. 3, 17. etc. fic Lat. *prouentum facere*, pro *proferre*, dixit COLVMELLA. 8) *constituere, ordinare*, ad munus fcil. aliquod, 1 Sam. 12, 6. 1 Reg. 12, 31. 2 Chron. 13, 9. c. 33, 6. vt Lat. *facere magistratum.* 9) *acquirere, comparare*, Gen. 11, 4. c. 12, 5. c. 31, 1. Deut. 8, 17. 18. Ief. 19, 9. Ier. 17, 11. Ezech. 28, 4. c. 38, 12. vt Graec. ποιεῖν βίον *comparare victum*, et Lat. *facere pecuniam*, pró *acquirere:* quo et referri poteſt locutio: *facite* i. e. *comparate apud me benedictionem*, 2 Reg. 18, 31. 10) *parare, praeparare in cibum*, Gen. 18, 7. 8. 1 Sam. 25, 18. 2 Sam. 12, 4. aut *in sacrificium*, Iud. 6, 19. 1 Reg. 18, 23. 11) *in causa esse, facere, vt* aliquid *fiat*, Ier. 2, 18. c. 4, 18. 12) *facere* rem *in aliquid*, infert *mutationem* eius *in nouum statum* vel *vsum*, Gen. 12, 2. Num. 11, 8. Ier. 37, 15. et sec. quosdam Hof. 8, 10. 13) *facere festum*, eſt *celebrare festum*, Deut. 5, 15. c. 16, 10. Iof. 5, 10. Esth. 9, 27. 28. 14) *sacrificare*, Exod. 10, 25. Leuit. 16, 9. Num. 6, 17. Ezech. 45, 17. 22. Pf. 66, 15. vt Graec. δρᾷν, ἔρδειν, ποιεῖν et ῥέζειν, et Lat. *facere*. 15) *premere, contrectando comprimere*, Ezech. 23, 3. 8. 21. et sec. KIMCHIVM Pf. 139, 15. alias עסס, Chald. עסר vel עסא. De ipſo quoque *congressu venereo* fumendum eſſe Gen. 34, 31. coll. Arab. غشي *iniit mulierem*, contendit Cl. LETTE in *Symbolis Brem.* T. III, p. 579. quo fenſu et Graec. ποιεῖν fubinde venire, obſeruat ALOYS. NOVARINVS in *Electis S.* L. VI. c. 65. 16) *concinnare, adornare*, zurecht machen, *lauando, praecidendo* etc. Deut. 21, 22. 2 Sam. 19, 25. Sic Lat. *facere barbam*, eſt *radere barbam*, apud LAMPRIDIVM in *Heliogab.* conf. GATAKERI *Cinnus* L. II. c. 13. Aliquando per Pleonaſmum παρέλκει, vt Gen. 31, 26. Iud. 9, 16. 1 Reg. 8, 32. Dan. 8, 12. c. 11, 7. notat SCHVLTENS ad Gen. l. c. et Dan. 8, 12. Praet. cum Affixo עָשָׂהוּ *fecit illum* vel *illud*, Deut. 32, 15. Pf. 95, 5. foem. עָשְׂתָה *fecit*, Deut. 22, 21. Ruth. 2, 19. in pauſa עָשָׂתָה Gen. 27, 17. Esth. 2, 1. et ex Chaldaiſmo עָשָׂת Leuit. 25, 21. cum Affixo עָשָׂנִי *fecit me*, Hiob. 33, 4.

עָשִׂיתָ *fecisti*, Gen. 3, 14. Exod. 14, 11. cum ה Parag. עָשִׂיתָה 1 Sam. 14, 45. 2 Sam. 3, 24. foem. עָשִׂית id. Gen. 3, 13. Ier. 2, 34. et sec. Kethibh Ezech. 16, 59. (vbi Kri habet וְעָשִׂיתִי *et faciam*, in 1 pers. cum Vau Conuers.) et cum Iod Parag. sec. Kethibh, עָשִׂיתִי Ezech. 16, 31. 43. 47. 51. quod alias est 1 pers. *feci*, vt Gen. 7, 4. Exod. 19, 4. vnde cum Affixo עֲשִׂיתִנִי *feci mihi*, al. *feci me*, Ezech. 29, 3. Plur. cum Vau Conuers. וְעָשׂוּ *et facient*, sec. Kethibh Ezech. 46, 15. vbi Kri habet יַעֲשׂוּ *facient*, in fut. Part. praes. עֹשֶׂה *faciens*, *factor*, Gen. 1, 11. 12. Exod. 18, 14. 17. in regim. עֹשֵׂה Ps. 136, 4. 5. 7. cum Affixo עֹשׂוֹ *factor*, *creator eius*, Hiob. 40, 19. et עֹשֵׂהוּ Prou. 14, 31. Ies. 17, 7. pl. עֹשִׂים *facientes*, Gen. 24, 49. Exod. 5, 8, in regim. עֹשֵׂי Exod. 35, 35. 2 Reg. 12, 12. cum Affixo עֹשָׂיו *factores*, *creatores eius*, de *Deo triuno* Ps. 149, 2. foem. עֹשָׂה *faciens*, Deut. 20, 20. Ps. 118, 15. pl. עֹשׂוֹת *facientes*, Leuit. 18, 29. Ezech. 13, 18. Part. Pahul עָשׂוּי *factus*, *um*, Exod. 3, 16. Ezech. 40, 17. et sine Iod, עָשׂוּ Hiob. 41, 25. (vt צָפוּ c. 15, 22.) quod tamen aliis est praet. pl. *fecerunt*, scil. אֱלֹהִים *Deus triunus*; pl. עֲשׂוּיִם *facti*, *a*, Ps. 111, 8. et sec. Kri 2 Reg. 23, 4. vbi Kethibh עֲשׂוּוִם, mutata tertia radicali ה in ו, vt alibi quandoque. Foem. עֲשׂוּיָה *facta*, Ezech. 21, 2. Neh. 3, 16. et עֲשֻׂיָה Num. 28, 6. pl. עֲשׂוּיוֹת *factae*, *paratae*, sec. Kri 1 Sam. 25, 18. sed Kethibh habet עֲשׂוּוֹת, mutata tertia radicali ה in ו. Infin. absol. עָשֹׂה *faciendo*, Exod. 26, 25. 2 Sam. 9, 7. et עָשׂוֹ Ier. 7, 5. c. 22, 4. Ezech. 4, 18. c. 31, 11. infin. constr. עֲשׂה *facere*, Gen. 50, 20. Ps. 101, 3. עֲשׂוֹ Gen. 31, 28. et עֲשׂוֹת Gen. 2, 4. Leuit. 18, 30. it. *contrectando comprimere*, Ezech. 23, 21. cum Affixis עֲשׂהוּ *facere illud*, Exod. 18, 18. et עֲשׂתוֹ id. Gen. 41, 32. Exod. 12, 48. it. τὸ *facere eius*, Ier. 23, 20. Hiob. 23, 9. c. 28, 26. Imper. עֲשֵׂה *fac*, Gen. 6, 14. Exod. 32, 1. 23. foem. עֲשִׂי Gen. 16, 6. 1 Sam. 1, 23. sic sec. Kri Ies. 16, 3. vbi Kethibh habet עֲשׂוּ *facite*. Fut. אֶעֱשֶׂה *faciam*, Gen. 2, 18. Exod. 3, 20. sed cum Vau Conuers. et Apocope, וָאַעַשׂ *et feci*, Deut. 10, 3. Ezech. 12, 7. תַּעֲשֶׂה *facies*, *facias*, Gen. 6, 14. 15. 16. Exod. 4, 17. et ex Chaldaismo, תַּעֲשֵׂה Gen. 26, 29. Ios. 6, 9. sic sec. Kri Ier. 40, 16. (vbi Kethibh habet תַּעַשׂ, cum Apocope,) foem. תַּעֲשִׂי id. Gen. 20, 13. 1 Sam. 25, 17. et cum Nun Parag. תַּעֲשִׂין Ruth. 3, 4. יַעֲשֶׂה *faciet*, *faciat*, *facit*, Gen. 18, 25. Exod. 9, 8. sic sec. Kethibh Ruth. 1, 8. (vbi Kri habet יַעַשׂ, per Apocopen,) et sec. Kri 1 Sam. 20, 2. (vbi Kethibh habet עָשָׂה, in praet.) וַיַּעֲשֶׂה *et fecit*, 1 Reg. 16, 25. 2 Reg. 3, 2. et וַיַּעַשׂ Gen. 1, 7. 16, 25. Exod. 1, 21. sed 1 Sam. 14, 32. sec. Kethibh exponendum est: *et contendit*, ex significatione

ne radicis Arab. غشى *contendit ad aliquid*, vbi Kri habet ויעשו et; *inuolauit*, vid. rad. עטה. Pl. נעשה *faciemus, faciamus*, Gen. 1, 26. Exod. 19, 8. et cum terminatione Chald. ונעשה *et fecimus*, Ios. 9, 24. per Apocopen ונעש Ier. 35, 10. תעשו *facietis, faciatis*, Gen. 19, 8. Exod. 20, 23. cum Nun Parag. תעשון Exod. 4, 15. Num. 15, 20, 23. etc. Niph. praet. נעשה *factum est*, 1 Reg. 10, 20. 2 Reg. 23, 22. 23. sed foem. נעשתה Num. 15, 24. Deut. 13, 15. in pausa נעשתה Dan. 11, 36. pl. נעשו *facta sunt*, Leuit. 18, 30. Neh. 5, 18. part. נעשה *factum, paratum*, Neh. 5, 18. pl. נעשים *facta, quae fiunt*, Eccles. 4, 1. Esth. 9, 28. foem. נעשה *factum*, Leuit. 7, 9. pl. נעשות *facta, quae fiunt*, Ezech. 9, 4. Infin. העשות *fieri*, Esth. 9, 1. 14. Fut. יעשה *fiet, fiat, fit, fieri solet*, Gen. 29, 26. Exod. 2, 4. foem. תעשה id. Exod. 35, 2. Leuit. 2, 7. 11. et cum Iod Epenthet. תיעשה Exod. 25, 31. per Apocopen תעש Esth. 5, 6. c. 7, 2. c. 9, 12. etc. Pih. praet. pl. עשו *contrectando compresserunt*, Ezech. 23, 3. 8. Pyh. praet. עשיתי *factus sum*, KIMCHIO *compressus sum*, Ps. 139, 15. Quomodo *comprimendi* et *faciendi* siue *formandi* significationes conciliari queant, vid. in חבל, עצב et צור.

עשה f. *acquisitio: acquisitum*, (ad Formam מנה,) Ier. 48, 36. vt exponit VRIEMOET in *Obseruat. Miscell.* p. 240. (coll. rad. in sensu *acquirendi*,) qui etiam huc refert Ies. 15, 7. vbi tamen non fauet constructio.

מעשה m. *actio*, et *opus actione productum, factum*, Gen. 44, 15. Exod. 18, 20. 1 Sam. 20, 19. etc. *effectus*, Ies. 32, 17. *labor*, Gen. 8, 29. Exod. 5, 4. metonymice *labore paratum* et *acquisitum*, Gen. 33, 14. Exod. 23, 16. 1 Sam. 25, 2. Eccles. 5, 5. etc. it. *negotium* vel *vitae genus*, Handthierung, Gen. 46, 30. c. 47, 3. etc. In regim. מעשה Gen. 40, 17. Exod. 26, 1. cum Affixo מעשהו *opus, negotium eius*, Iud. 13, 12. 1 Sam. 25, 2. pl. מעשים *opera, facta*, Gen. 20, 9. 1 Sam. 8, 8. in regim. מעשי Ps. 107, 24. 2 Chron. 34, 25. cum Affixo מעשינו *opera nostra*, Ies. 26, 12. Esr. 9, 13.

עשן *fumauit*, metaphorice *iratus fuit, exarsit*. Praet. עשנת *fumasti, ira exarsisti*, Ps. 80, 5. fut. יעשן *fumabit, exardescet*, Deut. 29, 19. Ps. 74, 1. pl. in pausa יעשנו *fumant*, Ps. 104, 32. Ps. 144, 5.

עשן m. *fumans*, Exod. 20, 18. pl. עשנים *fumantes*, Ies. 7, 4.

עשן m. (Nomen *Effectus*,) *fumus*, Gen. 15, 17. Iud. 20, 40. metaphorice de *ira*, 2 Sam. 22, 9. Ps. 18, 9. Ies. 65, 6. etc. in regim. עשן Ios. 8, 20. 21. cum Affixo עשנו *fumus eius*, Exod. 19, 18.

עשן m. id. Exod. 19, 18.

עָשַׁק Verbum *Praegnans*, proprie *violentus*, *iniurius fuit*, *violenter egit*, hinc transitiue, *violenter tractauit*, *vi*, *iniuria* vel *dolo oppressit*, *defraudauit*. Conf. *Arcan. Form.* p. 15. 16. Praet. cum Affixo עֲשָׁקוֹ *oppressit eum*, Ies. 52, 4. Part. praes. עֹשֵׁק *opprimens*, *defraudans*, Ps. 72, 4. Prou. 14, 31. pl. עֹשְׁקִים *opprimentes*, *defraudantes*, in regim. עֹשְׁקֵי Malach. 3, 5. cum Affixo עֹשְׁקֵיהֶם *opprimentes eos*, Eccles. 4, 1. foem. pl. עֹשְׁקוֹת *opprimentes*, Amos. 4, 1. part. Pahul עָשׁוּק *oppressus*, Deut. 28, 29. 33. Hos. 5, 11. sed עָשֻׁק Prou. 28, 17. ex Verbi sensu *intransitiuo* exponendum est *violentus*, *iniurius*; alii tamen *actiue* explicant, intelligentes *oppressum* siue *vim passum* vel à propria conscientia, vel à vindicibus sanguinis profusi. Plur. עֲשׁוּקִים *oppressi*, Ps. 103, 6. Ier. 50, 33. et עֲשֻׁקִים Eccles. 4, 1. Aliud vid. inter Nomina. Infin. constr. עֲשֹׁק *opprimere*, Hos. 12, 7. cum Affixo עָשְׁקָם *opprimere eos*, 1 Chron. 16, 21. Fut. תַּעֲשֹׁק *opprimes*, *opprimas*, *defraudes*, Leuit. 19, 13. Deut. 24, 14. יַעֲשֹׁק *violenter aget*, *vi opprimet*, i. e. *exundabit*, de *flumine*, Hiob. 40, 23. in quem locum conf. SCHVLTENSII *Animaduers.* pl. in pausa תַּעֲשֹׁקוּ *opprimetis*, *opprimatis*, Ier. 7, 6. 10. Pyh. part. foem. מְעֻשָּׁקָה *oppressa*, Ies. 23, 12.

עָשׁוֹק m. *violentus*, *iniurius*, *violenter agens*, (ex Verbi notione *intransitiua*,) Ier. 22, 3.

עֲשׁוּק m. *violentia*, *iniuria*, *oppressio*, vnde pl. עֲשׁוּקִים *oppressiones*, Amos. 3, 9. et sec. quosdam Hiob. 35, 9. et עֲשֻׁקִים Eccles. 4, 1.

עֹשֶׁק m. *violentia*, *vis*, *iniuria*, Ies. 59, 13. Ier. 22, 17. Ezech. 22, 12. 29. it. *fraus*, Ezech. 22, 7. metonymice *vi* et *fraude ablatum* vel *acquisitum*, Leuit. 5, 23. Ps. 62, 11. Eccles. 7, 7.

עָשְׁקָה f. id. sec. quosdam codices Ies. 38, 14. sed alii habent עָשְׁקָה, vt sit praet. 3 pers. foem. *intransitiue* exponendum: *violenter actum*, *oppressio facta est*.

מַעֲשַׁקּוֹת f. pl. *oppressiones*, Prou. 28, 16. Ies. 33, 15.

עָשַׂק *litigauit*, in Kal inusit. Hithpah. praet. pl. הִתְעַשְּׂקוּ *mutuo litigarunt*, Gen. 26, 20.

עֵשֶׂק m. *lis*, *contentio*; sed in Nomen *Propr.* fontis abiit, Gen. 26, 20.

עָשַׁר *diues fuit* vel *factus est*, *ditatus est*. Praet. עָשַׁרְתִּי *ditatus sum*, Ezech. 12, 9. fut. יֶעְשַׁר *ditescet*, Hiob. 15, 29. Hiph. הֶעֱשִׁיר *ditauit*, et intransit. *ditatus est*. Praet. foem. הֶעֱשַׁרְתְּ *ditasti*,

tasti, Ezech. 27, 33. הֶעֱשַׁרְתְּ *ditaui*, Gen. 14, 23. part. מַעֲשִׁיר *ditans*, 1 Sam. 2, 7. infin. הַעֲשִׁיר *ditescere*, Prou. 23, 4. c. 28, 20. fut. אַעֲשִׁיר, vnde cum Praefixo וָאַעְשִׁר (ex Syrismo pro וְאַעֲשִׁיר) *et ditescam*, *et ditesco*, Zach. 11, 5. sed תַּעְשַׁר, (ex Chaldaismo pro תַּעֲשִׁיר,) vnde cum Affixo et Nun Epenthet. תַּעְשְׁרֶנָּה *ditas eam*, Pſ. 65, 10. יַעֲשִׁיר *ditescet*, *diues erit*, Pſ. 49, 17. Prou. 21, 17. Dan. 11, 2. sed יַעְשַׁר *ditabit*, similiter ex Chaldaismo, vnde cum Affixo et Nun Epenthetico יַעְשְׁרֶנּוּ *ditabit eum*, 1 Sam. 17, 25. Hithpah. part. מִתְעַשֵּׁר *diuitem se faciens* vel *gerens*, Prou. 13, 7.

עָשִׁיר m. *diues*, 2 Sam. 12, 1. Pſ. 49, 3. Prou. 10, 15. Ruth. 3, 10. etc. pl. עֲשִׁירִים *diuites*, Eccleſ. 10, 6. in regim. עֲשִׁירֵי Pſ. 45, 13. cum Affixo עֲשִׁירֶיהָ *diuites eius*, Mich. 6, 12.

עֹשֶׁר m. *diuitiae*, *opulentia*, 1 Sam. 17, 25. 1 Reg. 3, 11. 13. Pſ. 112, 3. Prou. 3, 16. etc. cum Affixo עָשְׁרָם *diuitiae eorum*, Pſ. 49, 7. Prou. 14, 24.

עֶשֶׂר m. *decem*, Gen. 14, 14. Exod. 24, 4. Leuit. 27, 7. Num. 1, 44. etc. sic sec. Kethibh 1 Reg. 22, 49. (quomodo Verbum עשה per Ellipsin deficit, vt 2 Sam. 15, 15. 1 Reg. 20, 4. 2 Chron. 16, 10. etc. sed Kri habet עָשָׂה *fecit*,) it. *decimus*, Gen. 7, 11. Exod. 12, 6. Leuit. 23, 5. etc. Dici videtur à *coniunctione* et *consociatione digitorum vtriusque manus*, qui *coniunctim* in numerando *decem* conficiunt, à rad. Arab. عَشَرَ in 3 Coniug. *consortio iunctus fuit*, vnde عَشِيرٌ *socius*, it. *coniux*, *maritus*, & مُعَاشَرَةٌ *associatio*, etc. Antiquos Graecos et Barbaros saltem ad *decem* vsque numerasse, memorat ALEXANDER *ab* ALEX. *Genial. Dier*. L. II. c. 25. vnde Latini *digitum* appellarunt *numerum omnem denario contentum*, teste CAELIO *Rhodig*. in *Lect. antiq*. XXII. 15. conf. suo loco חָמֵשׁ. Foem. (saltem terminatione,) עֲשָׂרָה *decem*, Gen. 18, 32. Exod. 27, 12. Ioſ. 22, 14. 1 Sam. 17, 18. etc. sic sec. Kethibh 2 Reg. 24, 14. pro quo in regim. semper vſurpatur עֲשֶׂרֶת q. d. *decas*, Gen. 31, 7. 41. Exod. 34, 28. Leuit. 27, 5. etc. plur. עֲשָׂרוֹת q. d. *decades*, Exod. 18, 21. 25. Deut. 1, 15. Inde autem significationem accepit Verbum

עָשַׂר *decimauit*, *decimam partem sumsit* vel *accepit*. Fut. יַעְשֹׂר *decimabit*, 1 Sam. 8, 15. 17. Pih. עִשֵּׂר *decimauit*, *decimam partem dedit*. Part. pl. מְעַשְּׂרִים *decimantes*, Neh. 10, 38. infin. עַשֵּׂר *decimando*, *decimas dando*, Gen. 28, 22. Deut. 14, 22. fut. אֲעַשֵּׂר, vnde cum Affixo et Nun Epenth. אֲעַשְּׂרֶנּוּ *decimabo eum*, *decimam partem eius dabo*, Deut. 28, 22. Hiph. infin. הַעְשֵׂר *decimare*,

cimare, decimam partem dare, vnde cum Praefixo exclusa Praeformante ה, בַּעְשֵׂר *in τῷ decimare*, Neh. 10, 39. sic cum ל, לַעְשֵׂר Deut. 26, 12.

עָשׂוֹר m. *decem*, Gen. 24, 55. it. *decimus*, Exod. 12, 3. Leuit. 16, 29. Num. 29, 7. Ios. 4, 19. etc. Est quoque genus instrumenti *Musici decem habens chordas: decachordum*, Ps. 33, 2. Ps. 92, 4. Ps. 144, 9.

עֶשֶׂר m. *decem*, Gen. 5, 14. Exod. 26, 1. 16. Leuit. 26, 26. Num. 14, 22. etc. cum ה Paragog. עֲשָׂרָה q. d. *ad decem*, Gen. 5, 8. 10. Exod. 15, 27. Leuit. 24, 5. Num. 7, 84. 86. etc. Ab עֲשָׂרָה porro formatur

עֶשְׂרִים com. pl. *viginti*, Gen. 28, 31. Exod. 26, 18. 19. 20. Leuit. 27, 3. 5. 25. Num. 1, 3. etc. it. *vigesimus*, Num. 10, 11. 1 Reg. 15, 9. c. 16, 10. 15. 2 Reg. 13, 1. c. 15, 30. 1 Chron. 25, 27. 2 Chron. 7, 10. etc.

עֲשַׂר masc. (saltem terminatione,) Chald. *decem*, Dan. 4, 26. c. 7, 7. 20. 24. f. עַשְׂרָה Dan. 7, 24. pl. עֶשְׂרִין *viginti*, Dan. 6, 2.

עֲשִׂירִי m. *decimus*, (tanquam ab עָשִׂיר *decem*,) Gen. 8, 5. Num. 7, 66. Deut. 23, 3. 4. 2 Reg. 25, 1. foem. עֲשִׂירִיָּה *decima*, scil. *pars*, Ies. 6, 13. et עֲשִׂירִית Exod. 16, 36. Leuit. 5, 11. Num. 28, 5. Ier. 32, 1. etc.

עִשָּׂרוֹן m. (Verbale ex Kal, cum terminatione *augmentatiua*,) *decimae partis sumtio largior: decima pars largius sumta*. Plur. עֶשְׂרֹנִים *decimae partes largius sumtae*, Leuit. 14, 10. c. 23, 13. 17. Num. 15, 6. 9. c. 28, 9. 12. 20. 28. etc.

עִשָּׂרֹן m. (Verbale Pihelicum,) *decimae partis datio largior: decima pars largius data*, Exod. 29, 40. Leuit. 14, 21. Num. 15, 4. c. 28, 13. 21. 29. etc.

מַעֲשֵׂר m. *decimatio: decima*, Gen. 14, 20. Num. 18, 21. 26. Neh. 10, 39. Malach. 3, 8. 10. in regim. מַעְשַׂר Leuit. 27, 30. 32. Num. 18, 24. cum Affixo מַעְשְׂרוֹ *decima sua*, Leuit. 27, 31. plur. foem. מַעְשְׂרוֹת *decimae*, Neh. 12, 44. cum Affixo מַעְשְׂרֹתֵיכֶם *decimae vestrae*, Num. 18, 28. Deut. 12, 6. 11. Amos. 4, 4.

עָשֵׁשׁ *contabuit*, proprie *erosus, depastus est*, coll. Arab. عثّ *erosit tinea lanam*. Praet. foem. עָשְׁשָׁה *contabuit*, Ps. 6, 8. Ps. 31, 10. pl. in pausa עָשֵׁשׁוּ *contabuerunt, depasta sunt*, Ps. 31, 11.

עָשׁ m. *tinea*, vestes, lanam etc. *erodens*, Ps. 39, 12. Hiob. 4, 19.

4, 19. c. 13, 28. c. 27, 18. Ies. 50, 9. c. 51, 8. Hos. 5, 12. Aliud est עָשׁ *arcturus*, quod vid. sub rad. עשׁ.

עָשַׁת *nituit, nitidus fuit* vel *euasit.* Praet. pl. עָשְׁתוּ *nitidi facti sunt* vel *nitidi sunt*, Ier. 5, 28. Hithpah. fut. יִתְעַשֵּׁת *nitidum* et *serenum* i. e. *beneuolum sese exhibebit*; aliis *apud se cogitabit*, ex Chald. Ion. 1, 6.

עֲשַׁת vel **עֲשִׁית** (pro עֲשַׁת) *cogitauit*, Dan. 6, 4.

עָשׁוֹת m. *nitidus, um*, Ezech. 27, 19.

עֶשֶׁת m. *nitor*, Cant. 5, 14. it. *cogitatio*, vnde pl. in regim. עַשְׁתֵּי Numerale, quod cum עָשָׂר, *decem*, coniunctum, *vndecim* et *vndecimum* denotat, Exod. 26, 7. 8. Num. 7, 72. Deut. 1, 3. 2 Reg. 25, 2. etc. q. d. *cogitationes vltra decem*, h. e. numerus *cogitatione* siue *mente* concipiendus; cum praecedentes numeri ad digitos numerarentur.

עַשְׁתּוּת f. *nitor, splendor*, Hiob. 12, 5. vbi *fax despecta* opponitur *splendori*. Aliis עַשְׁתּוּת est *cogitatio*, vel sec. alios codices עַשְׁתּוֹת *cogitationes*, in plur. constr. à sing. inusit. עַשְׁתָּה.

עֶשְׁתֹּנָה f. (cum terminatione *augmentatiua*,) *cogitatio magnifica*, pl. עֶשְׁתֹּנוֹת, vnde cum Affixo עֶשְׁתֹּנֹתָיו *cogitationes eius magnificae*, Ps. 146, 4.

עַשְׁתֶּרֶת f. *grex ouium*; aliis *foemella ouis*, à *summa foecunditate*, compos. ex 2 synonymis עשר *diues fuit* vel *euasit*, *abundauit*, et ex עתר Chald. et Syr. id. vnde et Hebr. עָתָר et עֲתֶרֶת *abundantia, copia*. De *ouium foecunditate* conf. suo loco צאן. Plur. עַשְׁתָּרוֹת *greges*, in regim. עַשְׁתְּרוֹת Deut. 7, 13. c. 28, 4. 18. 51. Aliud est Nomen *Propr.* de quo vid. *Onomast. V. T.* p. 444.

עֵת vid. infra sub rad. עתת.

עָתַד *paratus, promptus, praesto fuit, adfuit*, vt Chald. Syr. et Arab. sed in Kal non occurrit. Pih. עִתֵּד *paratum fecit, parauit*, vnde imp. עַתֵּד *para*, cum Affixo עַתְּדָהּ *para illud*, Prou. 24, 27. Hithpah. praet. pl. הִתְעַתְּדוּ *paratae, destinatae sunt*, (sensu *passiuo*, ex Chaldaismo vel Syrismo,) Hiob. 15, 28.

עָתִיד m. *paratus, qui praesto est*, Hiob. 15, 25. pl. עֲתִידִים *parati*, Hiob. 3, 7. Esth. 3, 14. c. 8, 13. in quo posteriori tamen loco Kethibh habet עֲתוּדִים, Forma Participii Pahul. Foem. pl. עֲתִידוֹת *parata*, Deut. 32, 35. cum Affixo עֲתִידֹתֵיהֶם *parata eorum*, (i. e. *opes, facultates*, Graec. τὰ ὄντα, τὰ ὑπάρχοντα, αἱ ὑπάρξεις, ἡ οὐσία,

ὑσία,) sec. Kethibh Ies. 10, 13. sed Kri habet עֲתוּדֹתֵיהֶם, similiter ormâ Participii Pahul.

עֲתִיד m. Chald. id. vnde pl. עֲתִידִין *parati*, Dan. 3, 15.

עַתּוּד m. *hircus*, exinde dictus, quod semper *paratus* sit et *romtus* ad pugnam; vel quod semper *paratus* sit et, teste CO-.VMELLA, iam septem mensium satis habilis ad procreandum; mo septem statim post ortum diebus eum congredi, testis est IORAPOLLO in *Hieroglyph.* I. 48. Plur. עַתּוּדִים *hirci*, Num. 7, 17. Deut. 32, 14. Ies. 1, 11. Ps. 50, 9. 13. et עַתֻּדִים Gen. 31, 10. 12. Num. 7, 23. etc. in regim. עַתּוּדֵי Ies. 14, 9. Metaphorice sumitur pro *ducibus populi*, Ies. 14, 9. Zach. 10, 3.

עָתַם in Kal inusit. Niph. praet. נֶעְתַּם *obscuratus est*, Ies. 9, 19.

עָתַק *translatus, prouectus est, processit*, Hiob. 14, 18. c. 18, 4. hinc ad *aetatem* refertur: *prouectus est aetate, senuit, consenuit, vetus euasit*. Conf. Verbum בוא de *aetate* Gen. 18, 11. 1 Sam. 17, 12. etc. Sic Arab. ظعن *processit*, Aethiop. חלף *progressus est*, Graec. προβαίνω Luc. 1, 7. c. 2, 36. Lat. *prouehor, prouectus, procedo, progredior*, etc. etiam de *aetate* dicuntur. Praet. foem. עָתְקָה *senuit*, Ps. 6, 8. pl. עָתְקוּ *consenuerunt*, Hiob. 21, 7. Fut. יֶעְתַּק *transfertur*, Hiob. 14, 18. c. 18, 4. Hiph. praet. pl. הֶעְתִּיקוּ *transtulerunt*, Prou. 25, 1. Hiob. 32, 15. in quo posteriore tamen loco quidam *intransitiue* exponere malunt: *translata, ablata sunt*. Part. מַעְתִּיק *transferens*, Hiob. 9, 5. Fut. cum Vau Conuers. וַיַּעְתֵּק *et transtulit, transfixit*, scil. tentorium, Gen. 12, 8. c. 26, 22.

עָתֵק m. *senescens, aetate procedens*, adeoque *perdurans*; vel, vt SCHVLTENS coll. Arab. exponit, *illibatus, intactus, à longo tempore congestus, nihil diminutus ac detritus*, Prou. 8, 18.

עָתָק m. *induratum, durum*, proprie *senio* siue *vetustate* tale factum: *inueteratum*, 1 Sam. 2, 3. Ps. 31, 19. Ps. 75, 6. Ps. 94, 4.

עָתִיק m. id. Ies. 23, 18.

עַתִּיק m. 1) *aetate valde prouectus, vetus, antiquus*, in plur. עַתִּיקִים *vetera, antiqua*, 1 Chron. 4, 22. 2) *translatus*, (Verbale Pihelicum,) vnde pl. in regim. עַתִּיקֵי *translati, ablati*, Ies. 28, 9.

עַתִּיק m. Chald. *antiquus*, Dan. 7, 9. 13. 22.

עֲתַר Chald. et Syr. *diues fuit: abundauit*, hinc Hebr. specialiter, *abundauit verbis, multa verba fecit*, quod proprium est 1) *suppliciter orantium*: quomodo significat *supplex orauit*, Gen.

 25, 21.

25,21. Exod. 8, 26. Iud. 13, 8. etc. et cum ל vel אֶל construitur; 2) *fallentium* et *mentientium:* quomodo significat *mentitus est, finxit*, vt Arab. عتر, Prou. 27, 6. et forsitan Ezech. 35, 13. Fut. יֶעְתַּר *supplex orabit*, Hiob. 33, 26. cum Vau Conuers. וַיֶּעְתַּר *et supplex orauit*, Gen. 25, 21. Exod. 8, 26. Iud. 13, 8. Niph. praet. cum Vau Conuers. וְנֶעְתַּר *et exorabitur*, Ies. 19, 22. sed 1 Chron. 5, 20. pro eo recurrit נַעְתּוֹר *exoratus est*. Part. foem. pl. נַעְתָּרוֹת *ficta*, *mentita*, *falsa*, Prou. 27, 6. Infin. הֵעָתֵר τὸ *exorari*, et nominaliter, *exoratio*, *exauditio*, 2 Chron. 33, 19. Fut. וַיֵּעָתֶר *et exoratus est*, Gen. 25, 21. 2 Sam. 21, 14. Esr. 8, 23. Hiph. הֶעְתִּיר *supplex orauit*, vt in Kal, q. d. *abundare fecit verba*. Praet. וְהַעְתַּרְתִּי (ob Vau Conuers. pro הַעְתַּרְתִּי) *et supplex orabo*, Exod. 8, 25. sed pl. הַעְתַּרְתֶּם *multiplicastis*, vel potius *mentiti estis*, *finxistis*, Ezech. 35, 13. imper. plur. הַעְתִּירוּ *supplices orate*, Exod. 8, 8. 24. c. 9, 28. c. 10, 17. fut. אַעְתִּיר *supplex orabo*, Exod. 8, 5. תַּעְתִּיר *supplex orabis*, Hiob. 22, 27.

עָתָר m. vnde deduci potest pl. עֲתָרִים *supplices*, *suppliciter orantes*, cum Affixo עֲתָרַי *supplices mei*, *suppliciter orantes me*, Zeph. 3, 10. Sed COCCEIVS refert ad seq. עָתָר idque exponit *copiae meae*.

עָתָר m. *abundantia*, *copia*, in regim. עֲתַר Ezech. 8, 11.

עֲתֶרֶת f. id. Ier. 33, 6.

עָתַת, vnde vulgo deducunt infin. עוּת pro עֻתּ vel עֵת *tempestiue loqui*, Ies. 50, 4. et Nomen

עֵת com. *tempus*, Gen. 29, 7. Exod. 18, 22. 26. Leuit. 16, 2. Ios. 8, 29. etc. Sed עוּת potius formatum est à Nomine עֵת, monente id quoque SCHVLTENSIO in *Animaduers.* ad Exod. 21, 10. Videtur itaque עֵת contractum ex עֶתֶר, absorpta littera molliori ר; sicut in אַחַת pro אַחֶדֶת, לַח pro לֶחֶת etc. vt adeo עֵת proprie notet *tempus, quod praesto est et iamiam instat*, vt foem. עֵתָּה. Cum Affixo עִתּוֹ *tempus suum*, Deut. 11, 14. Eccles. 9, 12. pl. m. עִתִּים *tempora*, 1 Chron. 29, 30. Esth. 1, 13. plur. foem. עִתּוֹת id. Ps. 9, 10. Ps. 10, 1. Ps. 31, 16.

עַתָּה f. (et sine ה sec. Kethibh Ps. 74, 6. Ezech. 23, 43. legendum עֵת *tempore praesente*,) id. quod עֵת: vnde מֵעַתָּה *à tempore praesente*, 2 Chron. 16, 9. Ies. 9, 6. Ier. 3, 4. Ps. 113, 2. etc. עַד עַתָּה *vsque ad praesens tempus*, Gen. 32, 4. c. 46, 34. Exod. 9, 15. 18. Deut. 12, 9. Ruth. 2, 7. etc. Sed saepius aduerbiascit, denotans *nunc*, *iam*, *mox*, Gen. 19, 9. c. 26, 22, 29. Ios. 14, 11. Ps. 12, 6. Ies. 43, 19. etc. et in oratione *conclusiua*, *itaque*, *ergo*, German. nun, Exod. 18, 19. 2 Reg. 4, 26. Ezech. 26, 18. Hos. 4, 16.

עִתִּי m. *in tempore praesens, tempestiuus,* Leuit. 16, 21.

עֶנֶת m. (cum (ֶ) pro (ֵ), vt differat ab Hebr. עֵת *tempus,*) Chald. *id, quod saepius dictum est et toties repetitum,* ab Arab. عنت *identidem dixit, repetitis verbis dixit.* Vnde cum כ, כְּעֶנֶת *secundum id, quod saepius dictum est et toties repetitum,* Lat. *et cetera,* vt bene vertit CLERICVS, Esr. 4, 17. pro quo, resoluto Dagesch Forti, litterae ת imprimendo, in Nun, recurrit כְּעֶנֶת Esr. 4, 10. 11. 12.

פ

פֹּא vid. statim in פֹּה.

פָּאָה Hebraeis inusit. Arab. فأى *fidit, diffidit,* et id. quod קטע *amputauit, scidit, truncauit, abrupit.* Inde sunt

פֵּאָה f. 1) *angulus, extremitas,* q. d. *abscissio, abruptio,* (vt synonymum מִקְצָע dicitur ab *amputando,*) Exod. 27, 9. specialiter *extremitas capillorum capitis* et *barbae,* Leuit. 19, 27. Ier. 9, 25, quo etiam pertinet Jer. 48, 45. 2) *pars, portio,* Neh. 9, 22. cuius loci sensum esse putem: *et diuisisti eos,* scil. populos Cananaeos, לְפֵאָה *in portionem.* In regim. פְּאַת Leuit. 19, 9. Num. 34, 3. pl. פֵּאוֹת *anguli, extremitates,* Exod. 25, 26. c. 37, 13. dual. פֵּאָתַיִם *vterque angulus, vtraque extremitas,* vnde in regim. פַּאֲתֵי Num. 24, 17. Inde formatum volunt Verbum in Hiph. cum Affixo irregulari אַפְאֵיהֶם pro אַפְאֵם, mutata tertia radicali ה in Iod, quod exponunt: *ad extremos angulos dissipabo eos,* vel *exscindam eos,* Deut. 32, 26. Sed durum est, in vna eademque voce duplicem statuere anomaliam, et Forma vocis aperte Nomen vel Particulam prodit. Quid? si pro eodem habeatur cum Aethiop. አፍአ: *foras:* vnde sub Forma plur. cum Affixo sit אַפְאֵיהֶם q. d. *foras illos!* hinaus mit ihnen! Conuenit Arab. أُفّ in 2 Coniug. *saepius repetiit offi* i. e. *apage.* Samaritanus Textus habet אפי הם, quasi sint duae voces, אֵפִי הֵם, quo cum conueniunt Syrus et Vulgatus: *vbi sunt?*

פֹּה (ex Syrismo pro פֵּאָה,) 1) *hic, hoc loco, illic,* Gen. 19, 12. Num. 22, 8. Deut. 5, 28. Ios. 18, 6. 8. Iud. 4, 20. etc. q. d. *in loco praeciso* et *determinato:* Verba enim *secandi* et *praecidendi* sensum quoque habent *definiendi,* coll. *Arcan. Form. Hebr.* p. 37. 66. 70. vnde cum Praefixo מִפֹּה *hinc,* Ezech. 40, 10. 12. 41. 48. 49. 2) *huc,* q. d. *ad locum praecisum* et *determinatum,* 1 Sam. 16, 11. Esr. 4, 2. vnde עַד פֹּה *huc vsque,* Hiob. 38, 11. Scribitur quoque פֹּא Hiob. 38, 11. et פוֹ, vnde מִפּוֹ *hinc,* Ezech. 40, 10. 12. 21. 26. 34. 37. 39. 48. c. 41,

 1. 2.

1. 2. 15. 19. 26. Cum אֵי *interrogatiuo* compoſitum, *interrogatiue* ſignificat: אֵיפֹה *vbi?* vid. ſuo loco אֵיפֹה.

פֶּה m. (per Syncopen pro פֵּאָה,) 1) *os, oris*, Exod. 4, 10. 11. 16. Num. 12, 8. Ieſ. 9, 11. metonymice *ſermo, dictum*, Ioſ. 9, 2. 1 Reg. 22, 13. etc. ſic dicitur, quod *fiſſuram* et *aperturam* quandam referat; ſicut Arab. ثغر *fiſſura* eſt et *os*. 2) *angulus, extremitas*, vt foem. פֵּאָה, 2 Reg. 10, 21. c. 21, 16. Eſr. 9, 11.

פִּי m. (ex Syriſmo pro פְּאִי,) 1) *os, oris*, Num. 22, 28. Deut. 8, 3. Pſ. 37, 30. Pſ. 63, 12. etc. metaphorice *orificium* et *apertura* rei, Gen. 29, 2. 3. 8. 10. c. 42, 27. Exod. 28, 32. Num. 16, 30. Ioſ. 10, 18. 22. 27. Prou. 8, 3. etc. metonymice *ſermo, dictum*, Deut. 17, 6. c. 34, 5. Hiob. 15, 5. Eccleſ. 8, 2, ſpeciatim *mandatum*, Gen. 45, 21. Exod. 17, 1. Num. 3, 16. 39. Deut. 1, 26. etc. 2) *pars, portio*, vt פֵּאָה, Deut. 21, 17. 2 Reg. 2, 9. Zach. 13, 8. 3) *mucro, acies*, ex Verbi notione *ſecandi*, Gen. 34, 26. Exod. 17, 13. Num. 21, 24. Deut. 13, 15. 1 Sam. 13, 21. Prou. 5, 4. Cum Affixis פִּי (pro פִּיִי) *os meum*, Gen. 45, 12. Num. 2, 24. פִּיו *os eius* vel *ſuum*, Num. 27, 21. 1 Sam. 14, 27. 28. et פִּיהוּ Exod. 4, 15. Pſ. 10, 6. פִּיהֶם *os eorum* vel *ſuum*, Deut. 21, 5. Iud. 7, 6. et פִּימוֹ Pſ. 17, 10. Pſ. 58, 7. Pſ. 59, 13. etc. Pl. m. פִּים (pro פִּיִּים) *acies*, 1 Sam. 13, 21. vid. ſuo loco פְּצִירָה. Pl. foem. פִּיּוֹת *acies*, Prou. 5, 4. Aliquando פִּי abit in Particulam *Expletiuam* cum Particulis עַל, לְ, בְּ, ſignificans *rationem* ſiue *tenorem* rei: vt עַל פִּי Gen. 43, 7. Exod. 34, 27. Leuit. 27, 28. Num. 26, 56. Deut. 17, 10. 11. לְפִי Exod. 12, 4. 1 Reg. 17, 1. Pſ. 141, 7. Prou. 12, 8. Ier. 29, 10. כְּפִי Exod. 16, 21. Num. 35, 8. Hiob. 33, 6. Malach. 2, 9.

פִּיפִיּוֹת pl. foem. 1) *geminae acies*: vnde *gladius* פִּיפִיּוֹת *duarum acierum* ſiue *anceps*, Graec. δίςομος, Pſ. 149, 6. 2) *variae* et *multiplices acies*: vnde *tribula* בַּעַל פִּיפִיּוֹת *habens varias* et *multiplices acies* ſiue *acumina*, Ieſ. 41, 15.

פִּיָּה f. *acies*, pro פֵּאָה, mutato א in Iod, vnde pl. פִּיּוֹת *acies*, Iud. 3, 16.

פֶּאֶם radix Hebraeis inuſit. Arab. *expleuit*, it. *os repletum habuit*, ſpec. *adipe impletus eſt*. Inde ſunt

פּוּם m. (per Syriſmum pro פְּאוּם) Chald. *os, oris*, ſic dictum, quod *cibo repleatur*, Dan. 4, 28. et פֻּם Dan. 6, 23. c. 7, 8. 20. metaphorice *oſtium*, Dan. 6, 18. Cum Affixo פֻּמַהּ *os ſuum*, Dan. 7, 5.

פִּימָה f. (ex Syriſmo pro פְּאִימָה) *adeps, pinguedo*, Hiob. 15, 27.

פֵּאֵר in Kal inuſit. Pih. פֵּאֵר *ornauit, decorauit, honorauit, glori-*

lorificauit, ſemel, petita ſignificatione à Nomine פֻּארָה vel פארה *ramus*, *ramos ſigillatim excuſſit* ſiue *ſcrutatus eſt*, Deut. 24, 20. Praet. cum Affixo פֵּאֲרָךְ (ex Chaldaiſmo pro פֵּאֶרְךָ vel פֵּאַרְךָ,) *ornauerit te*, Ieſ. 55, 5. c. 60, 9. infin. פָּאֵר *ornare*, Ieſ. 60, 13. Eſr. 7, 27. fut. אֲפָאֵר *ornabo*, Ieſ. 60, 7. ſed תְּפָאֵר *ramos excuties*, Deut. 24, 20. יְפָאֵר *ornabit*, Pſ. 149, 4. Hithpah. infin. הִתְפָּאֵר *ſe ipſum honorare*, *honorem ſibi ſumere*, *gloriari*, Ieſ. 60, 21. c. 61, 3. imperat. הִתְפָּאֵר *honorem tibi ſume*, al. *gloriare nunc*, Exod. 8, 5. fut. אֶתְפָּאָר *gloriabor*, Ieſ. 49, 3. יִתְפָּאֵר *gloriabitur*, *glorietur*, *gloriatur*, Iud. 7, 2. Ieſ. 10, 15. c. 44, 23.

פְּאֵר m. *ornamentum capitis*, ſcil. *cidaris*, *tiara*, Ieſ. 61, 3. 10. cum Affixo פְּאֵרְךָ *cidaris tua*, Ezech. 24, 17. pl. פְּאֵרִים *cidares*, *tiarae*, Ieſ. 3, 20. vbi per *cidares mulierum* Celeb. SCHRÖEDERVS de *Veſt. mulier. Hebr.* c. 7. *tutulos* intelligit: de quo *ornamenti* genere conf. IOH. NICOLAI de *Nimbis antiquorum* c. 9. aliique apud IARKIVM ad SCHEDIVM de *Diis German.* p. 381. In regim. פַּאֲרֵי Exod. 39, 28. Ezech. 24, 18. cum Affixo פְּאֵרְכֶם (pro פַּאֲרֵיכֶם) *cidares veſtrae*, Ezech. 24, 23.

פֻּארָה f. (ex Syriſmo pro פְּאֹרָה) *ramus*, proprie *frondoſus*, Ieſ. 10, 33. q. d. *decus arboris*: vnde חֹרֶף *hyems*, *priuatio* illius *decoris*. Sic κόσμον ἐλαίης, *decus oliuae*, PINDARVS dixit; SENECA in *Oedipo*: *veniet et ſyluis decor*; et *honorem* pro *ramis* ſiue *frondibus* dixerunt HORATIVS, VIRGILIVS et AVSONIVS. Conf. *De la* CERDA ad VIRGIL. *Georg.* II. 404.

פֹּארָה f. (ex Syriſmo pro פְּאֹרָה) id. Pl. פֹּארֹת *rami*, Ezech. 17, 6. cum Affixo פֹּארֹתָיו *rami eius*, Ezech. 31, 5. 6. 12. 13. ſed v. 8. ſcribitur פֹּראֹתָיו, vnde quidam deriuant à פרה *fructuoſus fuit*.

פָּארוּר m. (ex Syriſmo pro פְּאָרוּר, geminata tertia radicali,) *decus*, *nitor*, *pulchritudo eximia*: vnde *facies* dicuntur *contrahere* ſiue *retrahere nitorem* ſiue *pulchritudinem*, Ioël. 2, 6. Nah. 2, 11. eodem ſenſu, quo *ſtellae* dicuntur *contrahere* ſiue *retrahere nitorem* ſiue *ſplendorem*, Ioël. 2, 10. c. 4, 15. Sed פָּרוּר *olla*, vid. ſub rad. פור.

תִּפְאָרָה f. (Verbale, conueniens cum Coniug. Hithpah.) *ornatus ſui*, *ornamentum*, it. *gloriatio*, *gloria*, Ieſ. 28, 5. Ier. 48, 17.

תִּפְאֶרֶת f. id. Eſth. 1, 4. Prou. 4, 9. Ieſ. 3, 18. Thren. 2, 1. 1 Chron. 29, 11. etc. metonymice *gloriationis materia* ſiue *id*, *de quo* quis *gloriatur*, 1 Sam. 4, 21. Pſ. 78, 61. Pſ. 89, 18. Ieſ. 20, 5. etc. cum Affixo תִּפְאַרְתּוֹ *gloria eius*, Pſ. 78, 61. Prou. 19, 11.

פָּגַג radix inusit. *crudus, immaturus fuit*, vnde Arab. in 2 Coniug. *crudum reddidit*, et Syr. פג vel פגא *acerbus*, *immaturus*. Inde est

פַּג m. *grossulus, ficus immatura*, pl. פַּגִּים *grossuli*, cum Affixo פַּגֶּיהָ *grossulos suos*, Cant. 2, 13.

פִּגּוּל m. *foeditas* siue *impuritas: res foeda* siue *impura*, Leuit. 7, 18. c. 19, 7. Ezech. 4, 14. à rad. Chald. פגל *foetuit*, Aethiop. פחל *impurus fuit*, Arab. in 5 Coniug. *cibus foetidus fuit*, ג et ח permutatis, vt alibi nonnunquam. Plur. פִּגֻּלִים *foeditates: res foetidae*, Ies. 65, 4.

פָּגַע *occurrit, incurrit, incidit, obuiam venit, obuenit*, speciatim 1) *hostili animo: irruit, inuasit*, Iud. 8. 21. 1 Sam. 12, 17. 18. 2 Sam. 1, 15. 1 Reg. 2, 25. 29. 31. 32. 34. 46. Ruth. 2, 22. 2) *animo placandi* et *interpellandi: interuenit, intercessit, supplicauit*, Gen. 23, 8. Ies. 53, 12. c. 59, 16. Ier. 7, 16. vt Graec. ἀντιάω est *occurro* et *supplico*, et ἄντησις *occursus* et *supplicatio*. Praet. cum Affixo et Vau Conuers. וּפְגָעוֹ *et occurret, occurrat ei*, Amos. 5, 19. Infin. constr. פְּגֹעַ *irruere, inuadere*, 1 Sam. 22, 17. cum Affixo פִּגְעוֹ τὸ *occurrere* siue *incidere eius*, Num. 35, 19. 21. Imp. פְּגַע *irrue, inuade*, Iud. 8, 21. 1 Sam. 22, 18. pl. פִּגְעוּ *intercedite*, Gen. 29, 8. Fut. לֹא אֶפְגַּע *non occurram* (homini,) i. e. *nemini obuium et conspiciendum me exhibebo*, sed omnibus insciis et improuisis vindictam sumam, Ies. 47, 3. תִפְגַּע *occurres*, Exod. 23, 4. *intercedas*, Ier. 7, 16. foem. תִּפְגְּעִי *interpelles*, Ruth. 1, 16. etc. Hiph. praet. הִפְגִּיעַ *incurrere, irruere fecit* siue *siuit*, Ies. 53, 6. it. *interuenit, intercessit*. Praet. לֹא הִפְגַּעְתִּי *non irruere siui* (in te hostem), Ier. 15, 11. sed pl. הִפְגִּיעוּ *intercesserunt*, Ier. 36, 25. part. מַפְגִּיעַ *intercedens, interueniens*, Ies. 59, 16. Hiob. 36, 32. fut. יַפְגִּיעַ *intercedet, intercedit*, Ies. 53, 12.

פֶּגַע m. *casus incidens* siue *obueniens*, 1 Reg. 5, 4. Eccles. 9, 11.

מִפְגָּע m. *occursus*, al. *offendiculum, in quod incurritur*, Hiob. 7, 20.

פָּגַר in Kal inusit. Pih. פִּגֵּר *piger, lassus, viribus se mouendi destitutus fuit*. Praet. pl. פִּגְּרוּ *lassi fuerunt*, 1 Sam. 30, 10. 21.

פֶּגֶר *corpus mortuum, cadauer, viribus sese mouendi destitutum*, 1 Sam. 17, 46. Ies. 14, 20. Amos. 8, 3. Nah. 3, 3. pl. פְּגָרִים *cadauera*, Gen. 15, 11. 2 Reg. 19, 35. in regim. פִּגְרֵי Leuit. 26, 30. Ies. 66, 24. cum Affixo פִּגְרֵיכֶם *cadauera vestra*, Leuit. 26, 30. Num. 14, 29. 32. 33.

פָּגַשׁ *occurrit, obuiam venit.* Praet. pl. cum Vau Conuerſ. וּפָגְשׁוּ *et occurrent*, Ieſ. 34, 14. Infin. abſol. פָּגוֹשׁ *occurrendo*, ſcil. *occurrat*, Prou. 17, 12. infin. conſtr. פְּגשׁ *occurrere*, Ier. 41, 6. Fut. cum Affixo אֶפְגְּשֵׁם *occurram illis*, Hoſ. 13, 8. יִפְגָּשְׁךָ *occurret tibi*, Gen. 32, 17. foem. cum Vau Conuers. וַתִּפְגֹּשׁ *et occurrit*, 1 Sam. 25, 20. etc. Niph. נִפְגַּשׁ *alter alteri occurrit*, ſenſu *reciproco*. Praet. pl. in pauſa נִפְגָּשׁוּ *ſibi inuicem occurrerunt*, Pſ. 85, 11. Prou. 22, 2. c. 29, 13. Pih. fut. pl. יְפַגְּשׁוּ *occurrent, incurrent*, Hiob. 5, 14.

פָּדָה *redemit.* Praet. cum Affixo פָּדָם *redemit eos*, Pſ. 78, 42. פָּדִיתָ *redemiſti*, Deut. 9, 29. Pſ. 71, 23. cum ה Parag. פָּדִיתָה Pſ. 31, 6. Part. praeſ. פּוֹדֶה *redimens*, Pſ. 34, 23. cum Affixo ſimulque cum Articulo ה praeter morem, הַפֹּדְךָ *redimens te, redemtor tuus*, Deut. 13, 6. part. Pahul פָּדוּי, vnde pl. פְּדוּיִם *redemti*, Num. 3, 51. in regim. פְּדוּיֵי Ieſ. 35, 10. Infin. abſol. פָּדֹה *redimendo*, Num. 18, 15. Pſ. 49, 8. infin. conſtr. פְּדוֹת *redimere*, 2 Sam. 7, 23. 1 Chron. 17. 21. Imper. פְּדֵה *redime*, Pſ. 25, 22. Fut. אֶפְדֶּה *redimam*, Exod. 13, 15. תִּפְדֶּה *redimes, redimas*, Exod. 13, 13. Num. 18, 15. 16. 17. etc. Niph. praet. foem. in pauſa נִפְדָּתָה *redemta eſt*, Leuit. 19, 20. fut. יִפָּדֶה *redimetur*, Leuit. 27, 29. Hiph. praet. הֶפְדָּה (pro הִפְדָּה) *redimi fiuit* vel *curauit*, cum Affixo et Vau Conuers. וְהֶפְדָּהּ *et redimi ſinet* vel *ſinat eam*, Exod. 21, 8. Hoph. infin. cum terminatione Chald. הָפְדֵּה *redimendo*, Leuit. 19, 20.

פְּדוּי m. *redemtio*, metonymice *pretium redemtionis: lytron*, vnde pl. פְּדוּיִם *lytra*, ſec. quoſdam Num. 3, 51. in regim. פְּדוּיֵי Num. 3, 46. 48. 49. cum Affixo פְּדוּיָו *lytra eius*, Num. 18, 16.

פִּדְיוֹן vel **פִּדְיֹן** m. *redemtio*, metonymice *pretium redemtionis: lytron*, idque, vi Formae vocis, *intenſum* et *magnum*, Exod. 21, 30. Pſ. 49, 9.

פְּדוּיִם m. (cum ם *Collectiuo* et *Comprehenſiuo*,) *lytrorum ſumma*, Num. 3, 49.

פַּדָּן m. Nomen *Propr.* vid. in *Onomaſt. V. T.* p. 329.

אֲפַדֶּן, vid. in littera א p. 72.

פָּדַע *redemit*, vt פדה. Imper. פְּדַע *redime*, vnde cum Affixo פְּדָעֵהוּ *redime eum*, Hiob. 33, 24.

פֶּדֶר m. *adeps*, proprie *à carne ſeparatus*, vt eo tectae victimae facilius conſumerentur, Leuit. 1, 8. c. 8, 20. Dictum putatur pro פֶּרֶד, à פרד *ſeparauit.* Alii aliter, vid. BOCHARTI *Hieroz.* P. I. p. 472. et LEIGHII *Critica S.* ad h. n. Cum Affixo פִּדְרוֹ *adeps eius*, Leuit. 1, 12.

פָּח et פֵּה vid. ſupra ſub rad. פאה.

פוג proprie *frigere, frigeſcere*, vt Syr. et Arab. Graec. *ψύγω*, Lat. *frigeo*, interpoſito *r*; metaphorice *obrigeſcere, ceſſare à motu, deficere, remittere*, vt Lat. *frigeo*. Fut. יָפוּג, vnde cum Vau Conuers. וַיָּפָג *et motu ceſſauit, obriguit*, erſtarren, Gen. 45, 26. foem. תָּפוּג *friget, ceſſat, remittit*, Pſ. 77, 3. Habac. 1, 4. Niph. praet. נְפוּגוֹתִי *frigefactus ſum*, i. e. *remiſſus factus ſum*, vulgo *debilitatus ſum*, Pſ. 38, 9.

פוּגָה f: *ceſſatio à motu, remiſſio*, in regim. פוּגַת Thren. 2, 18.

הֲפוּגָה f. (Verbale Hiphilicum,) q. d. *refrigeratio, conceſſio ceſſationis à motu* ſiue *quietis*. Pl. הֲפֻגוֹת *refrigerationes, conceſſiones quietis*, Thren. 3, 49.

רָעַע *fregit, confregit, contriuit*, et intranſit. *fractus eſt*, metaphorice 1) *metu fractus, territus eſt*, vt alia *frangendi* Verba. 2) *damnum paſſus eſt*, Lat. *detrimento fractus eſt.* Praet. pl. defect. cum Vau Conuers. וְרָעוּ *et frangent*, al. *et depaſcent, abſument*, (à רעה,) Ier. 11, 16. Infin. רַע *damnum patiendo*, Prou. 11, 15. et רֹעַ, cum ה Parag. רֹעָה *frangendo*, Ieſ. 24, 19. Imper. pl. רֹעוּ *metu frangimini, terremini*, Ieſ. 8, 9. Fut. תָּרֹעַ, vnde cum Affixo תְּרֹעֵם *franges, confringes eos*, Pſ. 2, 9. יָרֹעַ *franget*, Ier. 15, 12. *frangit, conterit*, Hiob. 34, 24. Niph. fut. יֵרוֹעַ *detrimento frangetur, damno afficietur*, Prou. 11, 15. c. 13, 20. Hiph. infin. הָרַע *damnum facere* vel *pati*, Pſ. 15, 4. Hithpah. praet. foem. הִתְרֹעֲעָה *ſe ipſam diffregit*, Ieſ. 24, 19. Infin. cum ל, לְהִתְרֹעֵעַ *ad ſe ipſum detrimento afficiendum*, ſcil. *erit*, i. e. *ſe ipſum detrimento afficiat neceſſe eſt*, Prou. 18, 24. Alia ſignificatio pertinet ad רעה.

רְעַע Chald. id. vnde Fut. foem. תֵּרֹעַ *franget, confringet*, Dan. 2, 40. Pahel part. praeſ. מְרָעַע *confringens, conterens, conterit*, Dan. 2, 40.

רַע vid. ſupra ſub rad. רוע.

רֹעָה f. *fractio*, vnde *dens* רֹעָה *fractionis* i. e. *fractus*, Prou. 25, 19.

רָעַף *ſtillauit.* Fut. pl. יִרְעֲפוּ *ſtillabunt, ſtillant*, Pſ. 65, 13. Prou. 3, 20. Hiob. 36, 28. cum Nun Paragog. יִרְעֲפוּן Pſ. 65, 12. Hiph. imper. הַרְעִיפוּ *ſtillate, deſtillate*, Ieſ. 45, 8.

רָעַץ vulgo *fregit, confregit*; potius *exagitauit, conturbauit, perturbauit*, vt Arab. רעץ. Fut. foem. תִּרְעַץ *perturbabat*, Exod. 15, 6. coll. c. 14, 24. pl. cum Vau Conuers. וַיִּרְעֲצוּ *et conturbarunt, exagitarunt*, Iud. 10, 8.

רָעַשׁ *commouit ſe, commotus, concuſſus eſt: tremuit*, vt Arab

ab. רעש et רעם. Praet. foem. רָעֲשָׁה *commota, concussa est*, Iud. 5,4. Ps. 68,9. Part. praes. pl. רֹעֲשִׁים *commouentes se, contremiscentes*, Ier. 4,24. Fut. יִרְעַשׁ *commouebit se, commouebitur*, Ps. 72, 16. foem. תִּרְעַשׁ id. Ies. 13,13. pl. יִרְעֲשׁוּ *commouebuntur, concutientur*, Ps. 46,21. Ezech. 26,15. foem. תִּרְעַשְׁנָה id. Ezech. 26,10. Niph. praet. foem. נִרְעֲשָׁה *commota, concussa est*, Ier. 50,26. Hiph. praet. הִרְעַשְׁתָּה (cum ה Paragog.) *commouisti, concussisti*, Ps. 60,4. הִרְעַשְׁתִּי *commoui*, Ezech. 31,16. Part. מַרְעִישׁ *commouens*, Ies. 14, 16. Hagg. 2, 6. 21. Fut. cum Affixo et Nun Epenthet. תַּרְעִישֶׁנּוּ *commouebis eum*, scil. *ad saltandum*, al. *tremere facies, terrebis eum*, Hiob. 39,20.

רַעַשׁ m. *commotio, concussio, tremor*, Hiob. 11,20. c. 39,24. Ies. 9,4. Ier. 47,3. Ezech. 12,18. etc. spec. *motus terrae*, 1 Reg. 19,11. Amos. 1,1. Zach. 14,5.

רָפָא proprie *sarsit, resarsit*, vt Arab. et Aethiop. רפא, et Graec. ῥάπτω; quo referri potest Hiob. 13,4. vbi iungitur cum טפל. Metaphorice 1) *reparauit, restaurauit*, 1 Reg. 18,30. Ps. 60,4. 2 Chron. 7,14. alibi 2) *reparauit* siue *restaurauit valetudinem, medicatus est, sanauit, curauit*, vt Graec. ἀκέομαι: quomodo vel cum Accusat. vel cum Dat. construitur et cum Verbo רפה Formam suam saepe permutat. Praet. cum Vau Conuers. וְרָפָא לוֹ *et medeatur sibi*, vel potius *impersonaliter* et *passiue, et curatio fiat illi*, (CLERICO רָפָא est Nomen, *curatio, sanitas*,) Ies. 6,10. רָפָאתִי *sanaui*, vnde cum Affixo רְפָאתִים *sanaui eos*, Hos. 11,3. Part. praes. רֹפֵא *sanans, curans*, 2 Reg. 20,5. Ps. 103,3. Ps. 147,3. et substantiue, *medicus*, Ier. 8,22. cum Affixo in pausa, רֹפְאֶךָ *medicus tuus*, Exod. 15,26. pl. רֹפְאִים *medici*, Gen. 50,2. 2 Chron. 16,12. in regim. רֹפְאֵי Hiob. 13,4. Infin. absol. רָפוֹא *sanando*, Ies. 19,22. infin. constr. רְפוֹא *sanare, curare*, Eccles. 3,3. Hos. 5,13. cum Affixo רָפְאִי *sanare meum*, Hos. 7,1. Imper. רְפָא *sana*, Num. 12,3. et cum ה, רְפָה (à רפה,) *repara, restaura*, Ps. 60,4. cum ה Parag. רְפָאָה *sana*, Ps. 41,5. cum Affixo רְפָאֵנִי *sana me*, Ps. 6,3. Ier. 17,14. Fut. אֶרְפָּא *sanabo*, Deut. 32,39. Ier. 3,22. *reparabo, restaurabo*, 2 Chron. 7,14. יִרְפָּא *sanabit*, 2 Reg. 20,8. Thren. 2,13. pl. foem. תְּרַפֶּינָה *sanant*, Hiob. 5,18. petita Forma à רפה. Niph. praet. נִרְפָּא *sanatus, curatus est*, Leuit. 13,37. c. 14,3.48. *sanatio facta est*, Ies. 53,5. foem. in pausa נִרְפָּתָה (petita Forma à רפה,) *curata est*, Ier. 51,9. pl. cum Vau Conuers. וְנִרְפְּאוּ *et sanabuntur, et sanantur*, Ezech. 47,8. ex Syrismo pro נִרְפְּאוּ. Infin. הֵרָפֵא *sanari, curari*, Deut. 28,27. 35.

 Ier.

Ier. 15, 18. et cum ה, הֵרָפֵה Ier. 19, 11. Fut. אֵרָפֵא *sanabor*, Ier. 17, 14. תֵּרָפֵא *sanaberis*, Ier. 51, 8. pl. יֵרָפְאוּ *sanabuntur*, Ezech. 46, 11. sed וַיֵּרָפוּ *et sanatae sunt*, 2 Reg. 2, 22. petita Forma à רפה. Pih. רִפֵּא *sanari curauit*, it. *sanauit*. Praet. רִפֵּאתִי *sanaui*, 2 Reg. 2, 21. (petita punctatione à רפה,) pl. רִפֵּאתֶם *curastis*, Ezech. 34, 4. רִפִּינוּ *sanauimus* vel *sanari curauimus*, Ier. 51, 9. Infin. רַפֹּא *sanari curando*, (petita punctatione à רפה,) Exod. 21, 19. Fut. יְרַפֵּא *sanari curabit*, Exod. 21, 19 *sanabit*, *curabit*, Zach. 11, 16. sed וַיְרַפֵּא *et resarsit*, *reparauit*, 1 Reg. 18, 30. pl. וַיְרַפְּאוּ *et sanarunt*, *curarunt*, Ier. 6, 14. et petita Forma à רפה, וַיְרַפּוּ Ier. 8, 11. Hithpah. infin. הִתְרַפֵּא *sanare se*, *curare se*, vel potius *se sanari curare*, 2 Reg. 8, 29. c. 9, 15. 2 Chron. 22, 6.

רֹפֵא *medicus*, vid. in rad.

רָפָא *gigas*, vid. sub rad. רפה.

רְפֻאָה f. vnde pl. רְפֻאוֹת *sanationes*, Ezech. 30, 21. metonymice *medicamenta*, *sanationis* Media, Ier. 30, 13. c. 46, 11.

רִפְאוּת f. *sanatio*, Prou. 3, 8.

מַרְפֵּא m. *sanatio*, *curatio*, 2 Chron. 21, 18. Ier. 14, 19. c. 33, 6. Mal. 4, 2. et semel cum ה, (ex permutatione cum rad. רפה,) מַרְפֵּה Ier. 8, 15. metonymice *remedium*, *medicamentum*, *sanationis* Medium, 2 Chr. 36, 16. Prou. 6, 15. c. 12, 18. c. 29, 1. Aliud vid. sub rad. רפה.

תְּרוּפָה f. *sanatio* siue *curatio sui*, Ezech. 47, 12. petita Forma à רוף.

רָפַד *strauit*, *substrauit*, al. *suffulciuit*, vt Arab. רפד. Fut. יִרְפַּד *substernit*, al. *fulcit*, *sustinet*, Hiob. 41, 22. Pih. praet. רִפַּדְתִּי *straui*, al. *fulciui*, Hiob. 17, 14. Imper. pl. cum Affixo רַפְּדוּנִי *fulcite* i. e. *confirmate me*, Cant. 2, 5.

רְפִידָה f. *stratum*, SCHVLTENSIO *fultura*, *fulcrum*. Cum Affixo רְפִידָתוֹ *stratum* vel *fulcrum eius*, Cant. 3, 10.

רָפָה *remissus fuit* vel *factus est*, *remisit*, *cessauit*, *defecit*, *destitit*. Praet. foem. רָפְתָה *remissa facta est*, Ier. 49, 24. *remisit*, *cessauit*, Iud. 8, 3. pl. רָפוּ *remissae factae sunt*, Ier. 6, 24. Fut. יִרְפֶּה *remittit*, *deficit*, *cessat*, Ies. 5, 24. per Apocopen cum Vau Conuers. וַיִּרֶף *et remisit*, *destitit*, Exod. 4, 26. pl. foem. תִּרְפֶּינָה *remissae erunt* vel *fient*, Ies. 13, 7. Ezech. 7, 17. Niph. part. נִרְפֶּה, vnde pl. נִרְפִּים *remissi facti*, Exod. 5, 8. 17. Pih. praet. רִפָּה *remissum fecit*, *remisit*, *laxauit*, Hiob. 12, 21. Part. מְרַפֵּא (petita Forma à רפא,) *remissas faciens*, Ier. 38, 4. pl. מְרַפִּים *remissas facientes*,

Esr.

[I]ſr. 4, 4. Fut. pl. f. תִּרְפֶּינָה *remiſſas faciebant, remittebant*, Ezech. [7], 24. 28. Hiph. הִרְפָּה *remiſſum fecit, remiſit, ſiuit, deſeruit, dimiſit*, et intranſit. *ceſſauit, deſtitit*. Imper. הַרְפֵּה *ſine, remitte, ceſſa, deſiſte*; Iud. 11, 37. 2 Reg. 4, 27. per Apocopen הֶרֶף Deut. 9, 14. [1] Sam. 11, 3. 2 Sam. 24, 16. Pſ. 37, 8. pl. הַרְפּוּ *deſiſtite*, Pſ. 46, 11. Fut. אַרְפֶּה, vnde cum Affixo et Nun Paragog. אַרְפֶּנּוּ *ſinam eum*, Cant. [3], 4. תַּרְפֶּה, cum Affixo תַּרְפֵּנִי *ſinas me*, Hiob. 7, 19. per Apocopen תֶּרֶף *remittas, ſinas, deſeras*, Ioſ. 10, 6. Pſ. 138, 8. Prou. 4, 13. יַרְפֶּה, cum Affixo יַרְפְּךָ *ſinet, deſeret te*, Deut. 4, 31. c. 31, 6. 8. 1 Chron. 28, 20. Hithpah. praet. הִתְרַפִּיתָ *remiſſum te geſſiſti*, Prou. 24, 10. part. מִתְרַפֶּה *remiſſum ſe gerens*, Prou. 18, 9. pl. מִתְרַפִּים *remiſſos ſe gerentes*, Ioſ. 18, 3.

רָפֶה m. *remiſſus*, Num. 13, 18. in regim. רְפֵה 2 Sam. 17, 2. foem. רָפָה, vnde pl. רָפוֹת *remiſſae*, Hiob. 4, 3. Ieſ. 35, 3.

רָפָה m. *gigas*, 2 Sam. 21, 16. 18. 20. 22. q. d. *remiſſio*, i. e. quo viſo homines *remiſſi* fiunt; vel *obſtupefactio*, ex ſignificatione radicis Chald. רפה vel רפא *obſtupuit*, conf. *Arcan. Form.* p. 183. Saepius ſcribitur per א, רָפָא 1 Chron. 20, 4. 6. 8. vnde pl. רְפָאִים *gigantes*, Gen. 14, 5. Deut. 2, 11. 20. Ioſ. 12, 4. etc. Aliud eſt

רָפָא m. vnde plur. רְפָאִים *mortui*, *qui viuere deſierunt*, Pſ. 88, 11. Prou. 2, 17. c. 9, 18. Ieſ. 14, 9. c. 26, 14. 19. etc.

רִפְיוֹן m. *remiſſio intenſa*, Ier. 47, 3.

מַרְפֵּא (petita Forma à רפא,) m. *ratio agendi remiſſa* i. e. *lenis* et *tranquilla: lenitas, tranquillitas*, (ſic bene CLERICVS,) coll. rad. Arab. רפא *quiete vixit, tranquillus fuit:* vnde *cor remiſſionis* ſiue *tranquillitatis* eſt *cor tranquillum*, Prou. 14, 30. *remiſſio* ſiue *lenitas linguae*, Prou. 15, 4. *lenitas ſedat peccata*, Eccleſ. 10, 4. Aliud vid. ſub rad. רפא.

רָפַס, et per שׂ, רָפַשׂ *conculcauit*, *pedibus calcando turbauit*. Fut. cum Vau Conuers. וַתִּרְפֹּשׂ *et conculcaſti, calcando turbaſti*, Ezech. 32, 2. pl. cum Nun Paragog. תִּרְפֹּשׂוּן *conculcatis*, Ezech. 34, 18. Niph. part. נִרְפָּשׂ *calcando turbatus*, Prou. 25, 26. Hithpah. part. מִתְרַפֵּס *conculcari ſe faciens*, *conculcandum ſe exhibens*, i. e. *ſe ſubſternens* vel *ſubiiciens*, Pſ. 68, 31. Imper. הִתְרַפֵּס *conculcandum te exhibe*, i. e. *te ſubiice* et *humilia*, Prou. 6, 3.

רְפַס Chald. id. vnde Part. praeſ. foem. רָפְסָה *conculcans, conculcat, conculcabat*, Dan. 7, 7.

מִרְפָּשׂ m. *locus* vel *pars aquae*, *conculcando turbata*, in regim. מִרְפַּשׂ Ezech. 34, 19.

רַפְסֹדוֹת f. pl. *rates*, 2 Chron. 2, 6. compos. ex רפד *strauit*, et ex אַסְדָּה vel אַסְדָּא *ratis*, apud Talmudicos superstite; vel ex רסד, et inusit. רסם, Aethiop. ረምሰ፡ Arab. رمث *ratis*, q. d. *strata ratium*.

רָפַק *recubuit*, *innixus est*, vt Arab. et Aethiop. Hithpah. part. מִתְרַפֶּקֶת *se recumbere* vel *inniti faciens*, i. e. *se reclinans*, Cant. 8, 5.

רֶפֶשׁ m. *stercus*, per Metathesin pro פֶּרֶשׁ, Ies. 57, 20.

רָפַשׂ vid. antea רפס.

רְפָתִים pl. m. Habac. 3, 16. vulgo *bouilia*, al. *stramina*, coll. Arab. rofaton *stramen*, per Metonymiam scil. vt intelligantur *loca straminum*, i. e. *straminibus strata*; SCHVLTENSIO *crus fressa*, à rad. Arab. רפת *fregit*, *comminuit*.

רָצָא *cucurrit*, *procurrit*, alias רוץ, vnde Infin. absol. רָצוֹא *procurrendo*, scil. *procurrerunt*, Ezech. 1, 14.

רָצַד vulgo *exsiliuit*, *exsultauit*, quasi idem sit cum רקד; alii rectius *insidiose obseruauit*, vt Arab. Pih. fut. pl. cum Nun Parag. תְּרַצְּדוּן Ps. 68, 17. *insidiose obseruatis*, o montes (reliqui!) gibbositates (illas) siue montem (illum) variarum gibbositatum, de quo v. praeced.

רָצָה *gratum*, *acceptum habuit*, *approbauit*, *acquieuit*, *bene voluit*, *placuit illi*, *cum beneplacito*, *delectatione* ac *beneuole accepit*, *acceptauit*, siue *personam* siue *rem*. Construitur cum Accusat. vel cum ב et עם. Praet. cum Affixo רָצָם *acceptos habuit eos*, *accepta habuit ea*, Ier. 14, 10. Hos. 8, 13. foem. רָצְתָה *acceptum*, *accepta habuit*, *placuit ei*, Ies. 42, 1. 1 Chron. 36, 21. רָצִיתָ *acceptum habuisti*, Ps. 85, 2. cum Affixo רְצִיתָם *acceptos habuisti eos*, Ps. 44, 4. et cum Vau Conuers. וּרְצִיתָם *et beneuole accipies eos*, 2 Chron. 10, 7. וְרָצְאתִי (cum א, tanquam à רצא,) *et acceptos habebo*, Ezech. 43, 27. pl. רָצוּ *acceptos habuerunt*, *placuerunt illis*, Ps. 102, 15. Part. praes. רוֹצֶה *acceptum*, *acceptos habens*, Ps. 147, 11. Ps. 149, 4. Pahul רָצוּי *gratus*, *acceptus*, Esth. 10, 3. in regim. רְצוּי Deut. 33, 24. Infin. construct. רְצוֹת *acceptum habere*, *approbare*, *bene velle*, Ps. 77, 8. Prou. 16, 7. cum Affixo רְצוֹתִי τὸ *bene velle meum*, 1 Chron. 29, 3. Imper. רְצֵה *acceptum habe*, *placeat tibi*, Ps. 40, 14. Ps. 119, 108. Fut. אֶרְצֶה *acceptum habebo*, *acceptabo*, Ezech. 20, 41. Malach. 1, 10. 13. תִּרְצֶה *acceptum habebis*, *acceptabis*, *approbabis*, *acceptas*, Deut. 33, 11. Ps. 51, 18. cum Vau Conuers. per Apocopen וַתִּרֶץ *et acquieuisti*, *delectasti te*, Ps. 50, 18.

יִרְצֶה *acceptum, gratum habet, acceptat, bene placet illi*, Psalm. 47, 10. Prou. 3, 12. Hiob. 14, 6. foem. תִּרְצֶה *acceptabit, placebit illi, acquiescet*, Leuit. 26, 34. per Apocopen וַתֶּרֶץ *et acceptauit, acquieuit*, Leuit. 26, 43. plur. יִרְצוּ *acceptabunt, acquiescent, approbabunt* (poenam iniquitatis suae), Leuit. 26, 41. 43. *approbant, gratum habent, placuit illis*, Ps. 49, 14. Ps. 62, 5. foem. תִּרְצֶינָה (pro תִּרְצֶינָה) *delectentur*, sec. Kethibh Prou. 23, 26. sed Kri habet תִּצֹּרְנָה *custodiant*, à נצר. Niph. praet. נִרְצָה *acceptata, approbata est* (poena inquitatis eius), Ies. 40, 2. coll. Leuit. 26, 41. 43. cum Vau Conuers. וְנִרְצָה *et acceptum habebitur, acceptabitur*, Leuit. 1, 4. Fut. יֵרָצֶה *acceptum habebitur, acceptabitur*, Leuit. 7, 18. c. 19, 7. c. 22, 23. 27. plur. יֵרָצוּ *acceptabuntur*, Leuit. 22, 25. Pih. fut. plur. יְרַצּוּ *acquiescere, bene velle facient*, Hiob. 20, 10. Hiph. praet. foem. cum Vau Conuers. וְהִרְצָת *et accepta habebit, acceptabit*, Leuit. 26, 34. Formâ Chald. Hithpah. fut. יִתְרַצֶּה *bene velle sibi faciet, beneuolentiam sibi conciliabit*, 1 Sam. 29, 4.

רָצוֹן (cum terminatione *augmentatiua*,) m. *beneuolentia* siue *beneplacitum intensum, acceptatio* siue *approbatio admodum beneuola*, tam *subiectiue* et *actiue*, quam *obiectiue* et *passiue* considerata, Exod. 28, 38. Leuit. 22, 20. 21. Deut. 33, 23. Ps. 5, 13. Ps. 19, 15. Prou. 8, 35. Ies. 49, 8. Malach. 2, 13. etc. In regim. רְצוֹן Deut. 33, 16. Ps. 106, 4. cum Affixo רְצֹנְכֶם *acceptatio vestri beneuola*, Leuit. 19, 5. c. 22, 19. 29. c. 23, 11.

רָצַח *occidit, interfecit*. Praet. cum Affixo et Vau Conuers. וּרְצָחוֹ *et occidet eum*, Deut. 22, 26. Part. praes. רֹצֵחַ *occidens*, et substantiue, *occisor, homicida*, Num. 35, 6. Deut. 4, 42. Infin. absol. רָצֹחַ *occidendo*, Ier. 7, 9. Hos. 4, 2. Fut. תִּרְצָח *occides, occidas*, Exod. 20, 13. Deut. 5, 17. יִרְצַח *occidet*, Num. 35, 30. Deut. 4, 42. Niph. part. foem. נִרְצָחָה *occisa*, Iud. 20, 4. Fut. אֵרָצֵחַ *occidar*, Prou. 22, 13. Pih. part. מְרַצֵּחַ *frequenter occidens, occisor, homicida*, 2 Reg. 6, 32. pl. מְרַצְּחִים *homicidae*, Ies. 1, 21. Fut. pl. יְרַצְּחוּ *occidunt*, Hos. 6, 9. in pausa יְרַצֵּחוּ Ps. 94, 6. Pyh. fut. pl. תְּרָצְּחוּ *occidemini*, Ps. 62, 4.

רֶצַח m. *occisio, caedes*, Ps. 42, 11. Ezech. 21, 27.

רָצַע m. *perforauit*. Praet. cum Vau Conuers. וְרָצַע *et perforabit*, Exod. 21, 6.

מַרְצֵעַ m. *subula, framea, qua perforatur*, Exod. 21, 6. Deut. 15, 17.

רָצַף *strauit*, proprie *pauimentum lapidibus*. Part. Pahul רָצוּף *stratum*, Cant. 3, 10.

רִצְפָּה foem. 1) *pauimentum ſtratum*, 2 Chron. 7, 3. Ezech. 40, 17. 18. c. 42, 3. in regim. רִצְפַּת Eſth. 1, 6. vbi tamen multi codices habent רִֽצְפַּת: quomodo potius foret ab abſoluto רִצְפָּה. 2) *pruna, carbo*, (alias רֶשֶׁף,) Ieſ. 6, 6. BOCHARTVS tamen *lapidem ignitum* ſiue *candefactum* intelligit, quo coquere et carnes ad eſum aſſare ſolebant, Arab. رضفة, cuius radix eſt رضف, *vſſit*, (Hebr. fere צרף,) *coxit lapide ignito*. Plur. רְצָפִים *prunae, carbones*, vel *lapides igniti*: vnde *placenta prunarum* vel *lapidum ignitorum*, i. e. *prunis* vel *lapidibus ignitis cocta*, 1 Reg. 19, 6. Conf. pluribus de h. n. ALB. SCHVMACHERI Diſſert. de רצפה ſiue de *pruna ab altari ſumta* ad Ieſ. 6, 6. §. 8. ſeq.

מַרְצֶפֶת f. *locus lapidibus ſtratus: pauimentum*, 2 Reg. 16, 17.

רָצַץ *fregit, confregit, contudit, contriuit*, metaphorice *oppreſſit, vim intulit, violenter tractauit*, Deut. 28, 33. Iud. 10, 8. 1 Sam. 12, 3. 4. Hiob. 20, 19. Amos. 4, 1. 2 Chron. 16, 10. etc. et intranſit. *fractus, confractus eſt*, Eccleſ. 12, 6. metaphorice *animo fractus, debilitatus eſt*, Ieſ. 42, 4. Praet. defect. רַצּוֹתִי *contriui*, i. e. *violenter tractaui, vim intuli*, 1 Sam. 12, 3. Part. praeſ. foem. pl. רֹצְצוֹת *conterentes*, i. e. *violenter tractantes, vim inferentes*, Amos. 4, 1. Pahul רָצוּץ *fractus, contritus*, 2 Reg. 18, 21. Ieſ. 36, 6. c. 42, 3. *violenter tractatus, oppreſſus*, Deut. 28, 33. in regim. רְצוּץ Hoſ. 5, 11. pl. רְצוּצִים *violenter tractati, oppreſſi*, Ieſ. 58, 6. Fut. יָרוּץ *animo frangetur*, Ieſ. 42, 4. (pro יֵרַץ, petita Forma à רוּץ,) ſic foem. תָּרֻץ *frangetur, frangitur*, Eccleſ. 12, 6. Niph. praet. cum Vau Conuers. וְנָרֹץ *et frangetur*, Eccleſ. 12, 6. Fut. תֵּרוֹץ *frangeris*, Ezech. 29, 7. Pih. praet. רִצַּץ *violenter tractauit, oppreſſit*, Hiob. 20, 19. רִצַּצְתָּ *confregiſti, contudiſti*, Pſ. 74, 14. Fut. cum Vau Conuers. וַיְרַצֵּץ *et violenter tractauit, oppreſſit*, 2 Chron. 16, 10. pl. alia Forma, וַיְרֹצְצוּ *et violenter tractarunt, oppreſſerunt*, Iud. 10, 8. Aliud vid. in רוּץ. Hiph. fut. cum Vau Conuers. וַתָּרָץ *et confregit*, Iud. 9, 53. cum ( ), vt differat à וַתָּרֶץ *et currere fecit*, quod foret à רוּץ. Hithpah. fut. plur. cum Vau Conuers. וַיִּתְרֹצֲצוּ *et contuderunt ſe mutuo*, Gen. 25, 22.

רַץ m. *fragmentum*, in plur. רַצִּים *fragmenta*, in regim. רַצֵּי Pſ. 69, 31.

מְרוּצָה m. *tractatio violenta, oppreſſio*, Ier. 22, 17. Formam habet à רוּץ. Aliud vid. ſub rad. רוּץ.

רָקַב *putruit.* Fut. יִרְקַב *putrefcet, putrefcit,* Prou. 10. 7. Ief. 10, 20.

רָקָב m. *putredo,* Prou. 12, 4. Habac. 3, 16. Hiob. 13, 28. metonymice *teredo,* fec. quosdam, Hof. 5, 11. In reg. רְקַב Prou. 14, 30.

רִקָּבוֹן m. *putredo totalis,* Hiob. 41, 18.

רָקַד *faltit, fubfiliit.* Praet. pl. רָקְדוּ *fubfilierunt,* Pf. 114, 4. Infin. conftr. רְקוֹד *fubfiliendi,* fcil. prae gaudio, Ecclef. 3, 4. Fut. pl. תִּרְקְדוּ *fubfiliebatis,* Pf. 114, 6. Pih. part. מְרַקֵּד *faltans, fubfultans,* 1 Chron. 15, 29. foem. מְרַקֵּדָה id. Nah. 3, 2. Fut. pl. יְרַקְּדוּ *fubfultabunt, fubfultant,* Ief. 13, 21. cum Nun Paragog. et in paufa יְרַקֵּדוּן Hiob. 21, 11. Ioël. 2, 5. Hiph. fut. cum Vau Conuers. et Affixo וַיַּרְקִידֵם *et fubfilire fecit eas,* Pf. 29, 6.

רָקַח *aromata mifcuit* ex iisque *vnguenta* vel *condimenta confecit : condiuit.* Part. praef. רוֹקֵחַ *vnguenta* fiue *condimenta faciens,* et fubftantiue, *vnguentarius, pigmentarius,* Exod. 30, 35. c. 37, 29. Ecclef. 10, 1. pl. רֹקְחִים *vnguenta conficientes,* in regim. רֹקְחֵי 1 Chron. 9, 30. Fut. יִרְקַח *vnguentum conficiet,* Exod. 30, 33. Pyh. part. pl. מְרֻקָּחִים *arte vnguentaria confecta,* 2 Chron. 16, 14. Hiph. infin. הַרְקַח *vnguentum faciendo,* al. *condiendo,* Ezech. 24, 10.

רֶקַח m. *conditura,* Cant. 8, 2.

רֹקַח m. *vnguentum,* Exod. 30, 25. 35.

רַקָּח m. *vnguentarius, pigmentarius, conditor.* Pl. רַקָּחִים *vnguentarii, conditores,* Neh. 3, 8. Foem. רַקָּחָה, vnde pl. רַקָּחוֹת *vnguentariae, conditrices,* 1 Sam. 8, 13.

רִקּוּחַ m. in pl. רִקֻּחִים *vnguenta bene mixta,* cum Affixo רִקֻּחַיִךְ *vnguenta tua,* Ief. 57, 9.

מֶרְקָח m. in pl. מֶרְקָחִים *condimenta,* Cant. 5, 13.

מֶרְקָחָה f. *vnguentum,* Ezech. 24, 10. Hiob. 41, 23.

מִרְקַחַת f. *mixtura aromatum, conditura,* Exod. 30, 25. 2 Chron. 16, 14. metonymice *condimentum,* al. *vnguentum,* 1 Chron. 9, 30.

רָקַם *variegauit,* fpec. *arte phrygionica : acu pinxit.* Part. praef. רֹקֵם *acu pingens,* et fubftant. *acupictor, phrygio,* Exod. 26, 36. c. 27, 16. c. 28, 39. etc. Pyh. praet. רֻקַּמְתִּי *variegatus fum,* i. e. *variis membris ornatus fum,* Pf. 139, 15.

רִקְמָה f. 1) *variegatio* quafi *acu pingendo facta,* Ezech. 17, 3. 2) *acu pictum, opus phrygionicum,* Iud. 5, 30. 1 Chron. 29, 2. Ezech. 26, 10. 13. c. 27, 7. 16. 24. cum Affixo רִקְמָתָם *opus phrygionicum eorum,* Ezech. 26, 16. dual. רִקְמָתַיִם *opus phrygionicum duplex,* i. e. ab

ab vtroque latere acu pictum, Iud. 5, 30. pl. רְקָמוֹת *acu picta, vestes acu pictae*, Pf. 45, 15.

רָקַע *extendit, diduxit, expandit, diducendo attenuauit*, spec. *extendit pedes, plausit pedibus*, Ezech. 6, 11. c. 25, 6. Sed generalem huius radicis notionem in *calcando*, et hinc *pedibus diducendo*, ponit Cl. SCHROEDERVS de *Vest. mulier. Hebr.* p. 380. Part. praes. רֹקַע *expandens, expansor*, pro רֹקֵעַ, propter Regimen, Pf. 136, 6. Ies. 42, 5. c. 44, 24. Infin. constr. רְקַע, vnde cum Affixo רַקְעֲךָ τὸ *extendere* siue *plaudere tuum*, Ezech. 25, 6. Imper. רְקַע *extende, plaude*, Ezech. 6, 11. Fut. אֶרְקַע, cum Affixo אֶרְקָעֵם *attenuabo eos*, 2 Sam. 22, 43. Pih. fut. יְרַקַּע, vnde cum Affixo et Nun Epenthet. יְרַקְּעֶנּוּ *diducit illud*, Ies. 40, 19. pl. cum Vau Conuers. וַיְרַקְּעוּ *et diduxerunt, diducendo attenuarunt*, Exod. 39, 3. Pyh. part. מְרֻקָּע *diductum*, Ier. 10, 9. Hiph. fut. תַּרְקִיעַ *expandis, diducis*, Hiob. 37, 18.

רָקִיעַ m. *expansum, spatium extensum*: spec. sic vocatur *coelum aërium et aethereum*, Gen. 1, 4. 6. 7. 8. Pf. 19, 2. Ezech. 1, 22. 23. 25. 26. Dan. 12, 3. coll. Ies. 44, 24. Ezech. 1, 22. et Hiob. 37, 18. In regim. רְקִיעַ Gen. 1, 14. 15. 17. 20. Pf. 150, 1. Conf. I. C. EHRLICHII pec. Differt. de רקיע ad Gen. 1, 6. FVLLERI *Miscell. S.* L. I. c. 6. et HOTTINGERI *Historia creat.* p. 70. seq.

רָקַק *tenuis fuit* vel *factus est, attenuatus est*, it. *spuit, exspuit*, petita significatione à ירק. Fut. יָרֹק *spuet, exspuet*, Leu. 15, 8. Hiph. fut. אָרִיק, (petita Forma à רוק vel ריק,) vnde cum Affixo אֲרִיקֵם *attenuabo eos*, Pf. 18, 43. pro quo recurrit אֲרִקֵּם 2 Sam. 22, 43.

רָקִיק m. *placenta tenuis*: *laganum*, Exod. 29, 23. Leu. 8, 26. Num. 6, 19. pl. רְקִיקִים *lagana*, in regim. רְקִיקֵי Exod. 29, 2. 1 Chron. 23, 29.

רֹק m. *sputum*, Hiob. 30, 10. Ies. 50, 6. cum Affixo רֻקִּי *sputum meum*, Hiob. 7, 19.

רַק m. 1) *tenuis*, vnde foem. רַקָּה, in pl. רַקּוֹת *tenues*, Gen. 41, 19. 20. 27. 2) abit in Particulam *extenuandi* et *excipiendi*, significans *saltem, tantum, modo, praeterquam*, vt Gen. 6, 5. c. 19, 8. Exod. 9, 26. c. 10, 17. Num. 12, 2. Deut. 2, 37. c. 3, 11. Ios. 1, 17. c. 11, 22. 1 Reg. 15, 4. etc. *certe*, (tam *exceptiue*, quam *assertiue*, vt Lat. *certe*,) Gen. 20, 11. Deut. 4, 6. Iud. 14, 16. Pf. 32, 6. Sed Prou. 13, 10. quidam vt Nomen accipiunt, *tenuis, vilis, homo nauci*, (vt Syr. רק vel רקא Matth. 5, 22.) SCHVLTENSIO *tantulum*.

רַק vid. ſub rad. ריק.

רַקָּה f. *tempus*, pars capitis, à *tenuitate oſſis*. Cum Affixis רַקָּתֵךְ *tempus tuum*, Cant. 4, 3. c. 6, 7. רַקָּתוֹ *tempus eius*, Iud. 4, 21. 22. c. 5, 26.

רְשָׁה radix Hebraeis inuſit. Chald. et Samar. *potuit, poteſtatem* ſiue *facultatem habuit*. Inde eſt

רְשִׁיוֹן m. *facultas* ſiue *poteſtas plenaria*, Eſr. 3, 7.

רָשַׁם *ſignauit, conſignauit, exarauit*. Part. Pahul רָשׁוּם *conſignatum, exaratum*, Dan. 10, 21.

רְשַׁם Chald. id. Dan. 6, 10. Praet. רְשַׁמְתָּ *conſignaſti*, Dan. 6, 13. c. 7, 17. Part. Pehil רְשִׁים *conſignatum, exaratum*, Dan. 5, 24. 25. c. 6, 11. Fut. תִּרְשֻׁם *conſignabis, conſignes*, Dan. 6, 9.

רָשַׁע *improbus fuit*, proprie (à Deo) *ſe auertit*, *auerſus eſt*, *receſſit*, vt Chald. רחע, (mutato Hebr. ש in ח, vt alibi,) vnde et cum Praefixo מ conſtruitur. Praet. רָשַׁעְתִּי *improbus fui*, proprie *auerti me*, (ſequitur, *à Deo*) 2 Sam. 22, 22. Pſ. 18, 22. Fut. אֶרְשָׁע *improbus* i. e. *reus, ſons ſum*, Hiob. 9, 29. c. 10, 7. תִּרְשַׁע *improbus ſis*, Eccleſ. 7, 17. Hiph. praet. הִרְשִׁיעַ *improbe fecit* ſiue *egit*, 2 Chron. 20, 35. etc. et tranſit. *improbum pronunciauit, condemnauit*. Plur. cum Vau Conuers. וְהִרְשִׁיעוּ *et improbum pronunciabunt, condemnabunt*, Deut. 25, 1. Part. מַרְשִׁיעַ *condemnans*, Prou. 17, 15. ſed pl. מַרְשִׁיעִים *improbe agentes*, potius *recedere facientes, repellentes, eiicientes*, in regim. מַרְשִׁיעֵי Dan. 11, 32. Infin. הַרְשִׁיעַ *improbum pronunciare, condemnare*, 1 Reg. 8, 32. *improbe agere*, 2 Chron. 22, 3. Fut. תַּרְשִׁיעַ *condemnabis, improbitatis argues*, Hiob. 34, 17. foem. תַּרְשִׁיעִי id. Ieſ. 54, 17. יַרְשִׁיעַ *improbe agit*, Prou. 12, 2. Hiob. 34, 12. *improbitatis arguet*, al. *commouebit, exagitabit*, (quaſi ſit pro יַרְעִישׁ: opponitur enim שׁקט יַשְׁקִט,) Hiob. 34, 29. it. *recedere faciebat, repellebat*, ſcil. *hoſtes*, 1 Sam. 14, 47. pl. יַרְשִׁיעוּ *condemnant*, Pſ. 94, 21. cum Nun Parag. יַרְשִׁיעֻן *condemnabunt*, Exod. 22, 9.

רָשָׁע m. *improbus*, Gen. 18, 23. Exod. 23, 1. 7. Num. 35, 31. 1 Reg. 8, 32. Pſ. 9, 6. 17. etc. pl. רְשָׁעִים *improbi*, 2 Sam. 4, 11. Pſ. 1, 1. 5. 6. in regim. רִשְׁעֵי Pſ. 75, 9. Ezech. 7, 21. Foem. רְשָׁעָה *improba*, Ezech. 3, 18. 19.

רֶשַׁע m. *improbitas*, 1 Sam. 24, 13. Pſ. 5, 5. Prou. 4, 17. Hiob. 34, 10. etc. cum Affixo רִשְׁעוֹ *improbitas eius* vel *ſua*, Deut. 9, 27. Ezech. 3, 19. pl. רְשָׁעִים *improbitates*, Hiob. 34, 26. et ſec. quosdam Ieſ. 53, 9. Prou. 21, 12.

רִשְׁעָה f. id. Prou. 13, 6. Ief. 9, 18. Ezech. 5, 6. Zach. 5, 8. etc. in regim. רִשְׁעַת Deut. 9, 4. 5. Ezech. 18, 20. cum Affixo רִשְׁעָתוֹ *improbitas eius* vel *ſua*, Deut. 25, 2. Prou. 11, 5.

מִרְשַׁעַת f. proprie *receſſio*, *auerſio* (à Deo), *improbitas*, metonymice *recedens*, *ſe auertens*, *improbe agens*, 2 Chron. 24, 7. Aliis eſt Part. Hiph. cum (.) pro (ֵ) ſub מ, quemadmodum in Infinit. ſub Praeformante ſubinde (.) eſt pro (ֵ).

רֶשֶׁף m. in genere *ardor*, vt Cant. 8, 6. Habac. 3, 5. à rad. Samar. רשף *incendit: incenſus eſt*, *arſit;* ſpecialiter 1) *inflammatio*, *morbus ardens*, Deut. 32, 24. et ſec. quoſdam Habac. 3, 5. 2) *ſagitta*, *ardenti veneno infecta*, Pſ. 76, 4. et metaphorice *fulmen*, Pſ. 78, 48. conf. SCHVLTENSII *Orig. Hebr.* T. II. p. 127. 3) *pruna ardens:* vnde *filii prunae ardentis* dicuntur *ſcintillae*, vti vulgo exponitur Hiob. 5, 7. ſed SCHVLTENSIO h. l. רֶשֶׁף eſt *coruſcatio*, et *filii coruſcationis* ſunt *fulmina coruſca*. Pl. רְשָׁפִים *fulmina*, Pſ. 78, 48. in regim. רִשְׁפֵּי *ardores*, Cant. 8, 6. it. *ſagittae*, Pſ. 76, 4. cum Affixo רְשָׁפֶיהָ *ardores eius*, Cant. 8, 6.

רָשַׁשׁ *contudit: contuſus*, *contritus*, *diſſolutus eſt*, vt Syr. רשש et Arab. رَشَّ. Pyh. praet. pl. רֻשַּׁשְׁנוּ *contuſi*, *diſſoluti ſumus*, Malach. 1, 4.

תַּרְשִׁישׁ (cum ת *Continuitatis* et *firmae Conſiſtentiae*,) m. *gemmae* ſpecies, ſic dicta, quod *contuſa firmiter conſiſtat* nec facile frangatur: vulgo *chryſolithus*, Exod. 28, 20. c. 39, 13. Ezech. 1, 16. c. 10, 9. c. 28, 13. Cant. 5, 14. Dan. 10, 6. Secundum quoſdam alicubi quoque *mare* ſignificat, vt Ief. 23, 10. quod ſic dictum videri queat à *mutua fluctuum contuſione*, coll. ſuo loco מִשְׁבָּר. Alii tamen ſic vbique Nomen *Propr.* eſſe volunt, vel *Tarſi* Ciliciae, vel *Tarteſſi* Hiſpaniae, vel regionis Indiae Orientalis, vid. *Onomaſt. V. T.* p. 305. Inde vero nomen *gemmae* inditum eſſe, quod primum ex *Tarſchiſch* allata ſit, ſententia eſt BRAVNII de *Veſt. ſacerdot. Hebr.* L. II. c. 17. §. 587.

רֶשֶׁת *rete*, vid. ſub rad. ירשׁ.

רָתַח *ferbuit*, *ebulliuit*. Pih. imper. רַתַּח *feruefac*, *ebullire fac*, Ezech. 24, 5. Pyh. praet. pl. רֻתְּחוּ *feruefacta ſunt*, Hiob. 30, 27. Hiph. fut. יַרְתִּיחַ *feruefacit*, Hiob. 41, 23.

רֶתַח m. *feruefactio*, *ebullitio*, vnde plur. רְתָחִים, cum Affixo רְתָחֶיהָ *feruefactiones* ſiue *ebullitiones eius*, Ezech. 24, 5.

רָתַם *ligauit*, *alligauit*. Imper. רְתֹם *liga*, *alliga*, *iunge*, Mich. 1, 13.

רֹתֶם com. 1 Reg. 19, 4. 5. vulgo *iuniperus:* quam explicationem defendunt HILLERVS in *Hierophyt.* P. I. c. 26. et IOH. STENGELIVS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. VII. Faſc. 5. Aliis potius *geniſta* eſt: quia 1) eadem ſic vocatur in lingua Arab. et Hiſpan. 2) vmbram praebet cubantibus, coll. 1 Reg. 19, 4. 5. it. VIRGIL. *Georg.* II. 434. 435. et CALPVRN. *Eclog.* I. 3) eius radices ſunt eſculentae, coll. Hiob. 30, 4. 4) eius vſus eſt ad *ligandum*, vt conſtat ex GALENO, PLINIO etc. vnde MARTIALIS:

Non pira, quae lenta pendent religata geniſta.

Quae ſingula in *iuniperum* non quadrant. Conf. b. SCHVLTENSII *Commentarius* in Hiob. 30, 4. Plur. רְתָמִים *geniſtae*, Pſ. 120, 4. Hiob. 30, 4.

רָתַק *ligauit, vinxit*, Arab. *clauſit*; ſicut et Germani ſchließen dicunt pro *vincire*. Niph. fut. יֵרָתֵק *ligatus erit*, ſec. Kri Eccl. 12, 6. cuius ſenſus eſt: *vsque dum* vel *antequam non* (amplius) *ligatus erit*; ſed Kethibh habet יִרְחַק *recedet*, hoc ſenſu: *vsque dum non recedet*, i. e. *quamdiu non recedet.* Puh. praet. pl. רֻתְּקוּ *vincti ſunt*, Nah. 3, 10.

רְתוּקָה f. *catena*, *ligationis* Medium, in plur. רְתֻקוֹת *catenae*, Ieſ. 40, 19.

רַתּוֹק (Verbale ex Pih.) m. *catena*, qua *firmiter vincitur*, Ezech. 7, 23.

רַתּוּקָה f. id. in pl. רַתּוּקוֹת *catenae*, ſec. Kri 1 Reg. 6, 21. ſed Kethibh habet רַתִּיקוֹת, aliâ Formâ.

רְתֵת m. *tremor*, Hoſ. 13, 1. à rad. רתת Chald. Syr. et Samar. *tremuit, horruit*, alias רטט. Sed *vitulum* eiusque cultum, à Ieroboamo inſtitutum, intelligit I. A. KROMAYERVS in *Specim. fontium S. S. apertorum* ad l. c. coll. Arab. رَتّ *vitulus.*

שׁ et שׂ.

שׁ, *Schin*, in Alphabeto Hebr. cum שׂ, *Sin*, pro eadem littera habetur, à quo ſolo ſpiritu, eius pronunciationi admixto, differt; ſicut litterae *adſpiratae* בגדכפת eaedem ſunt cum *leniter dageſſatis* בּגּדּכּפּתּ. Quidam τὸ *Sin* pro littera ſpuria ſimilisque poteſtatis habent cum *Samech*, qua cum ſaepe permutatur: qua de re conf. noſtra *Introductio in ling. Hebr.* p. 76. Quod attinet ad ſignificationem τῦ שׁ (*Schin*), vbi *ſeruile* eſt, illud ad *Praefixa* refertur et decerptum creditur ex integro Pronomine אֲשֶׁר, quo

 cum

cum similem habet potestatem. Frequentius sic occurrit in scriptis Salomonis: quare sequiori aeuo in linguam Hebr. introductum, credunt RVSCHATVS in *Gram. Hebr.* p. 56. et Cl. IOH. FR. BERNDIVS in *Exercitat.* de *voc.* בשגם Gen. 6, 3. p. 6. Occurrit tamen iam in libro Iudic. vnde potius *Poëticum* esse videtur GESENIO in *Commentar. ling. Hebr.* p. 811. Sumitur autem, vt אשר, 1) pro Pronomine *Relatiuo*, *qui*, *quae*, *quod*, Iud. 7, 12. Ps. 122, 3. Ps. 124, 6. Thren. 2, 16. Cant. 4, 1. 2. Eccles. 1, 3. 9. 14. etc. *ille qui*, *illa quae*, *illud quod*, Ps. 146, 5. Cant. 1, 7. Eccles. 1, 9. II. 1 Chron. 27, 27. 2) pro *Coniunctione*, *quod*, Iud. 6, 17. Hiob. 19, 29. Cant. 1, 6. Eccles. 2, 13. 14. 15. *quia*, Ps. 122, 4. Cant. 1, 6. 7. c. 5, 2. Eccles. 2, 18. c. 12, 9. *vt*, Eccles. 2, 24. c. 3, 13. 14. c. 5, 4. 6. c. 7, 14. Sic cum aliis constructum, שֶׁלִּי *quae mihi*, i. e. *mea*, Cant. 1, 6. c. 8, 12. עַד שֶׁ *vsque*, *quo*, *donec*, Iud. 5, 7. Cant. 2, 7. בְּשֶׁ *propterea quod*, *eo quod*, Eccles. 2, 16. sed בְּשַׁגָּם Gen. 6, 3. vid. in שגג. Praefigitur per (ֶ), rarius per (ַ), sequente Dagesch Forti, quod ante litteras *ingressabiles* compensatur productio (ַ) in (ָ): vt שָׁאַתָּה *quod tu*, Iud. 6, 17. in שֶׁרֹאשׁ tamen Cant. 5, 2. ipsi adeo ש Dagesch Forte impressum est. Bis habet (ְ): in שְׁהוּא Eccles. 2, 22. et in שְׁהֵם, vel ob Makkeph שְׁהֶם־ *quod illi*, Eccles. 3, 18. Quidam Grammatici litteram ש etiam *Heemanticis* accensent, eo referentes ש in שַׁלְהֶבֶת; sed vnum exemplum, idque dubium, rem non conficit.

שָׁאַב *hausit*. Praet. pl. cum Vau Conuers. וּשְׁאַבְתֶּם *et hauritis*, Ies. 12, 3. Part. שֹׁאֵב *hauriens*, *haustor*, Deut. 21, 11. pl. שֹׁאֲבֵי *haurientes*, *haustores*, in regim. שֹׁאֲבֵי Ios. 9, 21. 23. 27. foem. plur. שֹׁאֲבֹת *haurientes*, Gen. 24, 11. Infin. constr. שְׁאֹב *haurire*, Gen. 24, 13. 20. 23. 1 Sam. 9, 11. Imper. שְׁאַב, vnde foem. שַׁאֲבִי *hauri*, Nah. 3, 14. Fut. אֶשְׁאַב *hauriam*, Gen. 24, 19. 44. וַתִּשְׁאַב *et hausit*, Gen. 24, 20. 45. pl. וַיִּשְׁאֲבוּ *et hauserunt*, 1 Sam. 7, 6. 2 Sam. 23, 16. cum Nun Paragog. יִשְׁאֲבוּן *haurient*, Ruth. 2, 9.

מַשְׁאָב m. *locus*, *vbi aqua hauritur*; aliis *haustrum*, quo aqua *hauritur*, vel *vter*. Pl. מַשְׁאַבִּים Iud. 5, 11. *loca*, *vbi aqua hauritur*, al. *haustra*, HILLERO in *Syntagmate Hermeneut.* p. 271. *vtres*, metaphorice *nubes*, coll. Arab. *mes'abon* h. e. *vter*, et נֵבֶל Hiob. 38, 37. cuius sententiam pluribus confirmauit Celeb. I. C. KALLIVS ad *Cantici Deborae* Com. X. et XI. Diss. III. §. 41. et 42. Arabibus solenne esse, *nubes* vocare *vtres*, exemplis quoque adstruxit SCHVLTENS in *Commentar.* ad Hiob. l. c.

שָׁאַג *rugiit*: proprie de *leone* dicitur, metaphorice autem etiam

ım de aliis. Praet. pl. שָׁאֲגוּ *rugiuerunt*, Pſ. 74, 4. Part. praeſ. שֹׁאֵג *ugiens*, Ind. 14, 5. Pſ. 22, 14. pl. שֹׁאֲגִים *rugientes*, Pſ. 104, 21. Zeph. , 3. Infin. abſol. שָׁאֹג *rugiendo*, Ier. 25, 30. Fut. יִשְׁאַג *rugiet*, *rugit*, Hiob. 37, 4. et ſeq. Kri Ieſ. 5, 29. (vbi Kethibh habet וְשָׁאַג *et rugi-t*, in Praet. cum Vau Conuers.) pl. יִשְׁאֲגוּ *rugient*, *rugiunt*, Ier. , 15. in pauſa יִשְׁאָגוּ Ier. 51, 38.

שְׁאָגָה f. *rugitus*, Ieſ. 5, 29. in regim. שַׁאֲגַת Hiob. 4, 10. Zach. 1, 3. cum Affixo שַׁאֲגָתוֹ *rugitus eius*, Ezech. 19, 7. pl. שַׁאֲגוֹת *rugi-us*, vnde cum Affixo שַׁאֲגֹתָי *rugitus*, *clamores mei*, Hiob. 3, 23.

שָׁאָה geminam ſignificationem habet, *inanitatis* ſiue *vaſtita-tis*, et *ſtrepitus* ſiue *tumultus*: alteram quidem *propriam*, alteram vero *mutuatitiam* à rad. שׁוֹא, vnde et pleraque Nomina Deriuati-ua deſcendunt. Praet. pl. שָׁאוּ *vaſtatae ſunt*, Ieſ. 6, 11. Niph. fut. foem. תִּשָּׁאֶה *vaſtabitur*, Ieſ. 6, 11. ſed pl. cum Nun Parag. יִשָּׁאוּן *inter ſe tumultuantur*, (ſenſu *reciproco*, vt alibi in Niph.) Ieſ. 17, 12. 13. Hiph. infin. cum Praefixo לְהַשְׁאוֹת *ad vaſtum reddendum*, *ad vaſtandum*, Ieſ. 37, 26. pro quo recurrit לַהְשׁוֹת 2 Reg. 19, 25. ex-cluſo א ex Syriſmo, vnde et praecedentia Puncta mutationem ſubeunt. Hithpah. part. מִשְׁתָּאֵה (pro מִתְשָׁאֵה) *apud ſe ſtupens*, *ani-mo* quaſi *vaſtatus*, (cum (ָ) pro (ֵ), ex Forma Quieſcentium tertia radicali א,) Gen. 24, 21. conf. infra rad. שׁמם.

שׁוֹא m. et שׁוֹאָה f. *vaſtitas*, *vaſtatio*, pertinent ad rad. שׁוֹא, vbi vid.

שַׁאֲרוּ f. *vaſtatio*, vel potius *ſtrepitus*: *procella ſtrepens*, ſec. Kethibh Prou. 1, 27. tertia radicali ה mutata in ו. Niſi potius l. c. ו in שַׁאֲוָה traiectum ſit ex Cholem perfecte ſcripto, pro שׁוֹאָה, vt alibi fieri ſolet.

שְׁאִיָּה f. *vaſtatio*, Ieſ. 24, 12.

שֵׁאת f. id. Thren. 3, 47. contractum eſt ex שְׁאֵת, ad For-mam קֶרֶת à קרה.

שָׁאוֹן m. *tumultuatio* ſiue *ſtrepitus ingens*, Pſ. 40, 3. Ieſ. 13, 4. Ier. 25, 31. Hoſ. 10, 14. Amoſ. 2, 2. in regim. שְׁאוֹן Pſ. 65, 8. Ieſ. 17, 12. 13. cum Affixo שְׁאוֹנָהּ *tumultuatio ſua*, Ieſ. 5, 14.

שַׁאֲנָן vid. infra ſub rad. שאן.

מְשׁוֹאָה f. vid. ſub rad. שׁוֹא.

מַשּׁוּאָה f. *locus vaſtus*, vulgo *vaſtitas*, pro מַנְשׁוּאָה, For-ma petita à נשא. Plur. מַשּׁוּאוֹת *loca vaſta*, *vaſtitates*, Pſ. 73, 18. et מַשֻּׁאוֹת Pſ. 74, 3.

תְּשׁוּאָה f. vid. sub rad. שוא.

שְׁאָט m. *contemtus*, Ezech. 25, 15. c. 36, 5. à rad. inusit. שאט *contemsit*, Chald. et Syr. שוט; sicut dicitur לאט et לוט, ראם et רום, et contra טוב, Chald. et Syr. טאב etc. Pro שְׁאָט per Syriismum occurrit שְׁאָט, vnde cum Affixo שְׁאָטְךָ *contemtus tuus*, Ezech. 25, 6. Aliud vid. in rad. שוט.

שָׁאַל et שָׁאֵל in genere *rogauit*, *poposcit*, Deut. 10, 12. spec. 1) *precando siue petendo*, vt Deut. 18, 16. Iud. 5, 25. 1 Sam. 1, 20. 27. 1 Reg. 3, 10. 11. 2) *interrogando* et *consulendo*, vt Gen. 24, 57. c. 43, 7. Num. 27, 21. Deut. 18, 11. Iof. 9, 14. 1 Sam. 14, 39. 3) *mendicando*, Pf. 109, 10. Prou. 20, 4. 4) *mutuum petendo*, Exod. 3, 22. c. 11, 2. c. 12, 35. 2 Reg. 4, 3. 5) *salutando*, vel potius de *salute* et *quomodo quis valeat? interrogando*, Gen. 43, 27. 1 Sam. 10, 4. c. 17, 22. c. 25, 5. 2 Sam. 8, 10. 1 Chron. 18, 10. Construitur cum Accusatiuo *personae* et *rei*, vel cum ל, ב, מן aut מ. Praet. cum Vau Conuers. וְשָׁאַל *et consulet*, Num. 27, 21. *et mendicabit*, sec. Kri Prou. 20, 4. (vbi Kethibh habet יִשְׁאַל *mendicabit*, in fut.) sed cum Affixo וּשְׁאֵלְךָ *et interrogabit te*, Gen. 32, 18. שְׁאִלְתִּי *rogaui*, *petii*, 1 Sam. 1, 27. Pf. 27, 4. sed cum Affixo שְׁאִלְתִּיו (ex שָׁאַל) *petiui*, *expetiui eum*, 1 Sam. 1, 20. et שְׁאִלְתִּיהוּ *interrogaui eum*, Iud. 13, 6. pl. שְׁאֶלְתֶּם (ex שָׁאַל) *rogastis*, 1 Sam. 12, 13. *interrogastis*, Hiob. 21, 29. Part. praes. שֹׁאֵל *rogans*, *petens*, *expetens*, *interrogans*, Deut. 10, 12. c. 18, 11. 2 Sam. 3, 13. pl. שֹׁאֲלִים *petentes*, 1 Sam. 8, 10. foem. שֹׁאֶלֶת *rogans*, *petens*, 1 Reg. 2, 20. 22. Pahul שָׁאוּל *rogatus*, *petitus*, vel *mutuo petitus*, 1 Sam. 1, 28. 2 Reg. 6, 5. Infin. absol. שָׁאוֹל *interrogando*, *consulendo*, Gen. 43, 6. 1 Sam. 22, 13. 2 Sam. 20, 18. infin. constr. שְׁאֹל *rogare*, *petere*, *interrogare*, *consulere* etc. Iof. 15, 18. 1 Sam. 12, 17. 19. Imper. שְׁאַל *roga*, *pete*, *interroga*, *consule* etc. Deut. 4, 32. Iud. 18, 5. cum ה Parag. in pausa שְׁאָלָה Ies. 7, 11. foem. שַׁאֲלִי id. 1 Reg. 2, 20. 22. 2 Reg. 4, 3. pl. שַׁאֲלוּ *rogate*, *petite*, *expetite*, Pf. 122, 6. Ier. 18, 13. cum Affixo שְׁאָלוּנִי *rogate me*, Ies. 45, 11. Fut. אֶשְׁאַל *rogabo*, *petam*, Ies. 7, 12. cum ה Parag. אֶשְׁאֲלָה Iud. 8, 24. תִּשְׁאַל *interrogas*, Gen. 32, 29. Iud. 13, 18. יִשְׁאַל *interrogat*, *consulit*, *consulerent*, 2 Sam. 16, 23. Hof. 4, 12. *mutuo petet*, Exod. 22, 13. pl. יִשְׁאֲלוּ *mutuo petent*, Exod. 11, 2. in pausa יִשְׁאָלוּ *interrogabunt*, Ier. 50, 15. (quod tamen SCHULTENS eodem modo intelligit, quo Lat. *petere*, et quaedam Arabum Verba *quaerendi* et *orandi* sumuntur, scil. pro *tendere* aliquo.) cum Nun Parag. יִשְׁאָלוּן Iof. 4, 6. 21. Niph. praet. נִשְׁאַל *petendo expositus est*, *precibus* scil. parentis et familiae, 1 Sam. 20, 6.

, 6.28. בִּשְׁאֶלְתִּי *petendo expostus sum*, scil. *precibus* Iudaeorum, eh. 13, 6. Infin. בִּשְׁאֹל (deficiente ה characterist.) *petendo*, 1 Sam. ,6.28. Pih. praet. pl. cum ו Conu. in pausa וְשִׁאֵלוּ *et mendicabunt*, [. 109, 10. fut. pl. יְשַׁאֲלוּ *consulebant*, 2 Sam. 20, 18. Hiph. הִשְׁאִיל *mutuo dedit*, q. d. *mutuo petere fecit*. Praet. cum Affixo הִשְׁאִלְתִּיהוּ *mutuo dedi eum*, 1 Sam. 1, 28. fut. cum Affixo et Vau Conuers. וַיַּשְׁאִלוּם *et mutuo dederunt illis*, Exod. 12, 36.

שְׁאֵל Chald. id. Dan. 2, 10. Praet. pl. שְׁאֵלְנָא *interrogauimus*, Esr. 9. 10. part. praes. שָׁאֵל *poscens* vel *interrogans*, *interrogat*, Dan. 11. 27. fut. יִשְׁאַל, vnde cum Affixo et Nun Epenthet. יִשְׁאֲלִנְכוֹן *rogabit vos*, *petet à vobis*, Esr. 7, 21.

שְׁאוֹל com. *sepulcrum*, *infernus*, *inferior terrae locus*, *receptaculum mortuorum*, vel potius ipse *status mortuorum*, Prou. 1, 22. Ps. 139, 8. Ps. 141, 7. Prou. 27, 20. c. 30, 16. Hiob. 17, 14. Ies. 5, 14. metaphorice *grauis calamitas* et *periculum*, Ps. 30, 4. Ps. 86, 13. Ps. 116, 3. Vulgo sic dictum putant, quod omnes homines *petat*, sed inuita Formae analogia. Malim itaque deducere à שאל Syr. *subduxit*, *è medio abstulit*, q. d. *subductio* siue *ablatio è medio viuentium*. Conf. de h. n. peculiar. *Dissert.* BENZELII, BUSMANNI, IOH. CYPRIANI, NIC. IOH. LETH, et I. B. CARPZOVII, et. CRINESII *Exercitat. Hebr.* P. I. Exercit. I. quaest. 2. Cum ה Locali שְׁאֹלָה *in sepulcrum*, *in statum mortuorum*, Gen. 37, 35. Num. 16, 30. 33. Ezech. 31, 15. 16. 17. et deficiente ה Locali, שְׁאֹל *in sepulcrum*, *vsque ad sepulcrum*, 1 Sam. 2, 6. 1 Reg. 2, 6. 9. Ps. 55, 16. Ps. 139, 8. Hiob. 7, 9. c. 24, 19. Ies. 14, 11.

שְׁאֵלָה f. *petitio*, metonymice *id*, *quod petitur* vel *petitum est*, Iud. 8, 24. 1 Sam. 2, 20. 1 Reg. 2, 16. 20. Cum Affixis שְׁאֵלָתִי *petitio mea*, 1 Sam. 1, 27. Esth. 5, 7. 8. c. 7, 3. et (..) mutato, שְׁאֶלָתִי Hiob. 6, 8. שְׁאֵלָתֵךְ *petitio tua*, Esth. 5, 6. c. 7, 2. c. 9, 12. et facta ex Syrismo Syncope, שֵׁלָתֵךְ 1 Sam. 1, 17. שְׁאֵלָתָם *petitio eorum*, Ps. 106, 15.

שְׁאֵלָה vel שְׁאֵלָא f. Chald. *rogatio*, spec. *rogatio consilii* siue *sententiae*: *sententia rogata*, quam et Latini *rogationem* dicunt. In Statu Emphat. שְׁאֶלְתָּא Dan. 4, 14. Sed SCHULTENSIO est *res* siue *negotium* in genere, ex Arab.

מִשְׁאָלָה f. *petitio*, *petitum*. Pl. מִשְׁאָלוֹת *petitiones*, *petita*, in regim. מִשְׁאֲלוֹת Ps. 37, 4. cum Affixo מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ *petitiones tuae*, *petita tua*, Ps. 20, 6.

שָׁאַן *tranquillus*, *securus fuit*, radix inusit. vnde Syr. in Pah. (muta-

(mutato א in Iod, sicut in aliis Verbis, quibus media radicalis א est,) ... *tranquillauit, pacauit.* Indidem fit Verbum Geminatum

שַׁאֲנַן *summe tranquillus fuit* vel *factus est*, Ier. 30, 10. c. 46, 27. c. 48, 11. pl. in pausa שַׁאֲנָנוּ *summe tranquilli facti sunt*, Hiob. 3, 18.

שַׁאֲנָן m. *summa tranquillitas* siue *securitas*, 2 Reg. 19, 28. Ies. 37, 29. it. *summe tranquillus*, Ies. 33, 20. Hiob. 12, 5. Cum Affixo שַׁאֲנַנְךָ *summa securitas tua*, 2 Reg. 19, 28. Ies. 37, 27. pl. שַׁאֲנַנִּים *summe securi*, Ps. 123, 4. Amos. 6, 1. Zach. 1, 15. foem. שַׁאֲנַנּוֹת *summe securae*, Ies. 32, 9. 11. 18.

שַׁלְאֲנַן vid. sub rad. שלה.

שָׁאַס, vnde Part. pl. שֹׁאסַיִךְ, vid. in שסס.

שָׁאַף *anhelauit, adspirauit*, metaphorice *cum anhelitu inhiauit* siue *cupiuit*, German. nach etwas schnappen. Praet. cum Affixo שְׁאָפַנִי *anhelauit me, anhelans mihi inhiauit*, Ps. 56, 2. Part. praes. שׁוֹאֵף *anhelans, adspirans*, Eccles. 1, 5. cum Affixo שֹׁאֲפִי *anhelans me, inhians mihi*, Ps. 56, 4. pl. שֹׁאֲפִים *anhelantes, inhiantes*, Amos. 2, 7. c. 8, 4. Infin. absol. שָׁאֹף *anhelando, inhiando*, scil. inhiant, Ezech. 36, 3. Fut. אֶשְׁאַף *anhelabo, inhiabo*, Ies. 42, 14. cum Vau Conuers. et ה Parag. in pausa וָאֶשְׁאָפָה *et anhelaui, inhiaui*, Ps. 119, 131. תִּשְׁאַף *anheles*, Hiob. 36, 20. יִשְׁאַף *anhelat*, Hiob. 7, 2.

שָׁאַר *reliquus, residuus fuit, superfuit, remansit*, 1 Sam. 16, 11. Niph. praet. נִשְׁאַר *reliquus factus, relictus est*, Gen. 47, 18. Exod. 8, 27. sed בְּאִשָּׁאֵר vid. inter Nomina. Foem. נִשְׁאֲרָה *relicta est*, Ios. 13, 1. Dan. 10, 17. in pausa נִשְׁאָרָה 2 Sam. 14, 7. Part. נִשְׁאָר *reliquus factus, relictus*, Gen. 32, 8. 1 Sam. 9, 24. pl. נִשְׁאָרִים *relicti*, Deut. 7, 20. Ios. 23, 4. foem. נִשְׁאָרָה *relicta, relictum*, 2 Reg. 19, 30. Ies. 37, 31. et נִשְׁאֶרֶת Exod. 10, 5. Ios. 13, 2. pl. נִשְׁאָרוֹת *relictae, relicta*, Zach. 11, 9. c. 12, 14. Fut. יִשָּׁאֵר *relinquetur*, Ies. 11, 11. 16. תִּשָּׁאֵר id. Exod. 10, 26. pl. foem. תִּשָּׁאַרְנָה *relinquentur*, Exod. 8, 9. 11. Hiph. praet. הִשְׁאִיר *reliquum fecit, reliquit*, Exod. 10, 12. Num. 21, 36. pl. הִשְׁאַרְנוּ *reliquum fecimus*, Deut. 2, 34. Infin. הַשְׁאִיר *relinquere*, Esr. 9, 8. Fut. אַשְׁאִיר *reliquum faciam*, 1 Sam. 25, 22. Ier. 50, 20. יַשְׁאִיר *relinquet*, Deut. 28, 51. etc.

שְׁאָר m. *reliquiae, reliquum, residuum*, 1 Chron. 11, 8. Ies. 10, 19. 20. Esth. 9, 12. 16. Esr. 3, 8. Neh. 10, 29. etc.

שְׁאָר m. Chald. id. Dan. 2, 18. Esr. 4, 7. 9. 10. 17. et שְׁאָר Esr. 7, 18. 20. emphat. שְׁאָרָא Dan. 7, 7. 19.

שאר

שְׁאֵר m. *caro*, Pſ. 73, 26. Pſ. 78, 20. 26. Prou. 5, 11. c. 11, 17. Ier. 51, Mich. 3, 2. 3. vulgo ſic dictam volunt, quod poſt animam ſit qua hominis vel animalis *pars*; mihi autem nominis ratio po- à *re ſacrificali* deriuanda eſſe videtur: vt proprie ſit *caro*, ab ſo ſanguine et incenſis ablegminibus *reſidua*, et partim ſacer- tibus, partim poſſeſſoribus ſacrificantibus in cibum cedens; vn- et pro *cibo* ſiue *alimento* ſumitur Exod. 21, 10. per Synecdochen tem deinde de quauis *carne* dicitur. Metonymice transfertur ad *ſanguineos*, qui de eadem *carne* ſunt, Leu. 18, 6. 12. 13. c. 20, 19. 21, 2. c. 25, 49. Num. 27, 11. vt בָּשָׂר Gen. 29, 14. c. 37, 27. Iud. 9, 2. Sam. 19, 13. Ieſ. 58, 7. Cum Affixo שְׁאֵרִי *caro mea*, Pſ. 73, 26. Ier. 51, 35.

שַׁאֲרָה f. *caro*, metonymice *conſanguinitas*; Leuit. 18, 17.

שְׁאֵרִית f. *reliquiae*, *reliquum*, *reſiduum*, Gen. 45, 7. 2 Sam. , 7. 2 Reg. 19, 4. 31. Pſ. 76, 11. Ieſ. 15, 9. etc. et contract. ex Sy- ſmo, שֵׁרִית 1 Chron. 12, 38. Cum Affixo שְׁאֵרִיתְךָ *reliquiae tuae*, *re- luum tuum*, Ieſ. 14, 30. in pauſa שְׁאֵרִיתֶךָ Ezech. 5, 10.

שְׂאֹר m. *fermentum*, Exod. 12, 15. 19. c. 13, 7. Leuit. 2, 11. Deut. , 4. à *feruendo*, vt Lat. *fermentum*, et Graec. ζύμη à ζέειν, ſigni- catione petita à rad. Arab. سار (media *quieſcente*,) *ferbuit*, *ferbuit*. Verba enim, quibus media radicalis א eſt, cum Quie- entibus media interdum eiusdem ſunt ſignificationis; vid. ſupra שֵׂ. Conuenit German. ſauer, vnde Sauerteig.

מִשְׁאֶרֶת f. *mactra*, dici videtur pro מִשְׂאֶרֶת, ש et שׂ permu- tis: quod *in ea maſſa farinae feruescat*. Similis permutatio lit- tarum ש et שׂ occurrit infra ſub rad. שער. Plur. מִשְׁאֲרוֹת *ma- rae*, cum Affixis מִשְׁאֲרוֹתֶיךָ *mactrae tuae*, Exod. 7, 28. מִשְׁאֲרֹתָם *actrae eorum*, Exod. 12, 34.

מִשְׁאֶרֶת f. id. vnde cum Affixo in pauſa מִשְׁאַרְתֶּךָ *mactra tua*; ut. 28, 5. 17.

שָׁבַב Talmudicis *fregit*, Arab. *accendit*, et intranſit. *exar-* Syr. שוב: quo etiam referri poteſt Hebr. Pih. fut. תְּשׁוֹבֵב *exar- ias*, i. e. *iraſceberis*, Pſ. 60, 3. Inde ſunt

שָׁבִיב m. *incenſio*, *flamma*, Hiob. 18, 5.

שְׁבִיב m. Chald. id. emphat. שְׁבִיבָא Dan. 3, 22. pl. שְׁבִיבִין *nmae*, Dan. 7, 9.

שְׁבָבִים m. pl. *fragmenta*, Hoſ. 8, 6. SCHVLTENS intel- t *fragmenta ligni*, quibus *ignis accendi* et foueri ſolet; ſicut ec. φρύγανα dicuntur à φρύγω, et Lat. *cremia* à *cremo*.

שָׁבָה *captiuauit, captiuum cepit, abduxit et tenuit.* Praet. cum Affixo et Vau Conuers. וְשָׁבָם *et captiuos abducet eos*, Ier. 43, 12. Part. praes. שֹׁבֶה, in plur. שֹׁבִים *captiuantes, captiuos abducentes*, Ies. 14, 2. cum Affixo שׁוֹבֵינוּ *captiuos tenentes nos*, Ps. 137, 3. Part. Pahul שָׁבוּי *in captiuitatem abductus: captiuus*, pl. שְׁבוּיִם *captiui*, Ies. 61, 1. foem. pl. שְׁבֻיוֹת *captiuae*, Gen. 31, 26. Infin. constr. שְׁבוֹת *in captiuitatem abducere*, Obad. 1, 11. Imper. שְׁבֵה (pro שְׁבֵה) *in captiuitatem abduc*, Iud. 5, 12. Fut. יִשְׁבֶּה, per Apocopen cum Vau Conuers. וַיִּשְׁבְּ *et in captiuitatem abduxit*, Num. 21, 1. foem. תִּשְׁבֶּה, cum Affixo et Nun Epenthet. in pausa תִּשְׁבֶּךָּ *captiuum tenebit te*, Num. 24, 22. pl. וַיִּשְׁבּוּ *et captiuarunt*, Num. 31, 9. 1 Sam. 30, 2. Niph. praet. נִשְׁבָּה *captiuus abductus est*, Gen. 14, 14. Exod. 22, 9. pl. נִשְׁבּוּ *captiui abducti, captiuae abductae sunt*, 1 Sam. 30, 3. 5. Ezech. 6, 9.

שְׁבוֹ m. vulgo *amethystus*, aliis *achates*; rectius *chrysoprasius, gemma viridis, splendore aureo renitens*, Exod. 28, 19. c. 39, 10. sic dicta à *renitendo*, ex significatione radicis Arab. שבא *renituit*.

שְׁבִי m. *captiuatus, in captiuitatem abductus, captiuus*, vnde cum Affixo שְׁבִיכֶם *captiuus vester*, Num. 31, 19. foem. שְׁבִיָּה *captiuata, captiua*, Ies. 52, 2.

שְׁבִי m. *captiuitas*, Deut. 21, 13. 2 Chron. 6, 3. Esr. 2, 1. c. 9, 7. Neh. 7, 6. c. 8, 17. metonymice ipsi *captiui: turba captiua*, Num. 31, 12. Deut. 21, 10. Iud. 5, 12. Ies. 20, 4. Ps. 68, 19. etc. in pausa שֶׁבִי Num. 21, 2. Deut. 28, 41. Cum Affixis שִׁבְיוֹ *captiua turba eius*, Deut. 21, 10. שִׁבְיָהּ *captiuitas sua*, Deut. 21, 13. שֶׁבְיְךָ *captiua turba tua*, Iud. 5, 12. שִׁבְיָם *captiuitas eorum* vel *sua*, Ier. 30, 10. 2 Chron. 6, 37.

שִׁבְיָה f. *captiuitas*, Neh. 3, 36. Ier. 48, 46. metonymice ipsi *captiui: turba captiua*, Deut. 21, 11. c. 32, 42. 2 Chron. 28, 5. 11. 13. 14. 15.

שִׁיבָה f. id. petita Forma à שׁוּב, in regim. שִׁיבַת Ps. 126, 1. Aliud vid. sub ישׁב.

שְׁבוּת f. id. Ps. 14, 7. Ier. 30, 3. 18. c. 49, 6. Hos. 6, 11. Amos 9, 14. cum Affixo שְׁבוּתְךָ *captiuitas tua*, Deut. 30, 3.

שְׁבִית f. id. Num. 21, 29. Cum שְׁבוּת frequenter in Kri et Kethibh permutatur, vt Ier. 29, 14. c. 49, 30. Ezech. 16, 53. c. 39, 25. Zeph. 2, 7. Ps. 85, 2. Hiob. 42, 10. Thren. 2, 14. Cum Affixo שְׁבִיתְהֶן *captiuitas illarum*, sec. Kri Ezech. 16, 53.

שָׁבַח in Kal inusit. Pih. שִׁבַּח in genere *mulsit, demulsit, permulsit*, spec. 1) *laudauit*, q. d. *laudibus mulsit*, quod Lat. dixit PACVVIVS

vivs. 2) *leniuit, sedauit, mitigauit*, eo sensu, quo Lat. dicitur *mulcere fluctus* et *procellas, permulcere iram*, etc. Praet. שִׁבַּחְתִּי *laudaui*, Eccles. 8, 15. Infin. שַׁבֵּחַ *laudando*, scil. *laudaui*, Eccles. 4, 2. Imper. foem. שַׁבְּחִי *lauda*, Ps. 147, 12. pl. cum Affixo שַׁבְּחוּהוּ *laudate eum*, Ps. 117, 1. Fut. cum Affixo תְּשַׁבְּחֵם *sedas eos*, Ps. 89, 10. יְשַׁבַּח *laudabit*, Ps. 145, 4. sed cum Affixo et Nun Epenthet. יְשַׁבְּחֶנָּה *sedat eam*, Prou. 29, 11. pl. יְשַׁבְּחוּן, vnde cum Affixo יְשַׁבְּחוּנְךָ *laudabunt te*, Ps. 63, 4. Tales Formas cum Nun ante Affixa ex Syrismo vulgo deducunt; sed *stylo Poëtico* eas tribuit RVSCHATVS in *Gram. Hebr.* p. 251. Hiph. part. מַשְׁבִּיחַ *sedans*, Ps. 65, 8. Hithpah. infin. הִשְׁתַּבֵּחַ (pro הִתְשַׁבֵּחַ) *laudare se, gloriari*, Ps. 106, 47. 1 Chron. 16, 35.

שַׁבַּח Chald. Pah. *laudauit*. Praet. שַׁבַּחְתָּ *laudasti*, Dan. 5, 23. שַׁבְּחֵת *laudaui*, Dan. 4, 31. pl. שַׁבַּחוּ *laudarunt*, Dan. 5, 21. part. praes. מְשַׁבַּח *laudans*, Dan. 2, 23. c. 4, 34.

שְׁוָא Chald. id. Part. Pehil שְׁוִי (ad Formam גְּלִי vel גֻּלִי et
,) *aequale factum*, *aequatum*, fcil. *est*, vel legendum eft שַׁוִּי *ae-*
uit, *imperfonaliter* intelligendum, pro *aequatum est*, fec. Ke-
h Dan. 5, 21. fed Kri habet שַׁוִּיו *aequale fecerunt*, (in Pahel 3
. plur.) quod tamen in multis codicibus deficit: vt ipfa lectio
שַׁוִּי *aequauit*, fcil. Deus, vel ipfe Nebucadnezar, in Pahel 3 perf.
. Ithpahal fut. יִשְׁתַּוֵּה (pro יִתְשַׁוֵּה) *ponetur*, Dan. 3, 29.

שָׁוֶה m. *aequatio*, *exaequatio*, i. e. *retributio*, fec. litteras Hiob.
. pro quo ibidem recurrit תְּמוּרָה, eodem fenfu. Sed scri-
is intelligit *summum* et *aequatum fastigium fortunae*, ex A-
indeque illuftrat Verbum שוה Pf. 21, 6.

שׁוֹא vid. fub rad. שׁוא.

שָׁוֵה Gen. 14, 5. potius Nomen *Propr.* eft, coll. v. 17.

שׁוּחַ *inclinari*, *deprimi*. Praet. foem. שָׁחָה *inclinata est*, Pf.
26. Prou. 2,18. Fut. foem. תָּשׁוּחַ *deprimitur*, fec. Kri Thren.
). fed Kethibh habet תָּשִׂיחַ *loquitur*, *meditatur*.

שׁוּחָה f. *fouea*, q. d. *terrae depressio*, Prou. 22, 14. c. 23, 27.
2, 6. c. 18, 20. et fec. Kri Ier. 18, 22.

שִׁיחָה f. id. fec. Kethibh Ier. 18, 22. pl. שִׁיחוֹת *foueae*, Pf. 119, 85.

שַׁחַת f. id. (Formae נַחַת *quies*, à נוח,) Pf. 7, 16. Pf. 9, 16. Pf.
o. Pf. 35, 7. Hiob. 9, 31. c. 33, 18. 21. 22. 24. 28. 30. Ezech. 28, 8. etc.
ı Affixo שַׁחְתָּם *fouea ipsorum*, Ezech. 19, 4. 8. Poffet quoque
rri ad rad. שחת. Aliud vid. fub rad. שחת.

שׂוּחַ in genere *producere*, *proferre*, fpec. *verba*: *loqui*, *eloqui*,
e *animo*, *meditari*, *cogitare*. Infin. שׂוּחַ *meditari*, al. *orare*,
. 24, 63. Pih. fut. אֲשׂוֹחֵחַ *meditor*, *loquor*, Pf. 143, 5. יְשׂוֹחֵחַ *elo-*
ur, Ief. 53, 8. Hiph. infin. per Aphaerefin Praeformantis ה, vti
o volunt, שִׂיחַ *loquere*, Hiob. 12, 8. pl. שִׂיחוּ *meditamini*, al.
imini, Iud. 5, 10. Pf. 105, 2. 1 Chron. 16, 9. Fut. אָשִׂיחַ *meditabor*,
loquar,

quar, loquor, Pſ. 119, 78. cum ה Parag. אָשִׂיחָה Pſ. 55, 18. Pſ. 77, 4. 13. Hiob. 7, 11. יָשִׂיחַ meditatur, al. loquitur, Pſ. 119, 23. foem. cum affixo in pauſa תָשִׂיחֶךָ loquetur tecum, (pro תשיח עמך) Prou. 6, 2. pl. יָשִׂיחוּ loquuntur, Pſ. 69, 13.

שֵׂחַ m. cogitatio, cum Affixo שֵׂחוֹ cogitatio eius, Amoſ. 4, 13.

שִׂיחַ m. 1) frutex, virgultum à terra productum, Gen. 2, 5. Hiob. 12, 8. c. 30, 4. pl. שִׂיחִים virgulta, Gen. 21, 15. Hiob. 30, 7. 2) eloquium, ſermo, oratio, Pſ. 64, 2. Hiob. 7, 13. c. 21, 4. ſpeci ſermo querulus, 1 Sam. 1, 16. Prou. 23, 29. Hiob. 9, 27. c. 10, 1. 3) cogitatio, meditatio, quae eſt animi quidam ſermo, 1 Reg. 18, 27. Pſ. 55, 3. Pſ. 102, 1. Cum Affixo שִׂיחִי meditatio mea, it. oratio ſiue ſermo meus, 1 Sam. 1, 16. Pſ. 104, 34. Hiob. 7, 13.

שִׂיחָה f. 1) oratio, ſermo, Hiob. 15, 4. 2) meditatio, Pſ. 119, 99. cum Affixo שִׂיחָתִי meditatio mea, Pſ. 119, 97.

שׁוּט proprie caedere, ſecare, hinc 1) pertranſire, percurrere, currere, vt alia ſecandi Verba, vid. rad. צלח. 2) remigare, q. d. ſecare aquas, Lat. ſecare altum, vnde et ἐρέσσω eſt ab Hebr. חרש, vid. pluribus Arcan. Firm. p. 427. 3) contemnere; ex vſu Chald. et Syr. conf. rad. קוץ. Praet. pl. שָׁטוּ cucurrerunt, Num. 11, 8. Part. praeſ. pl. שָׁטִים remigantes, et ſubſtantiue, remiges, Ezech. 27, 8. 26. it. contemnentes, Ezech. 27, 26. et cum א, (ſicut in קָאם et רָאשׁ,) שָׁאטִים Ezech. 28, 24. 26. foem. שָׁאטוֹת contemnentes, Ezech. 16, 9. Infin. שׁוּט pertranſire, percurrere, Hiob. 1, 7. et שׁוּט c. 2, 2. Imp. שׁוּט pertranſi, 2 Sam. 24, 2. Fut. pl. cum Vau Conuerſ. וַיָּשֻׁטוּ et pertranſierunt, 2 Sam. 24, 8. Pih. part. pl. מְשׁוֹטְטִים pertranseuntes, Zach. 4, 10. foem. מְשׁוֹטְטוֹת id. 2 Chron. 16, 9. Imper. plur. שׁוֹטְטוּ pertranſite, Ier. 5, 1. Fut. pl. יְשֹׁטְטוּ percurſitabunt, ſcil. librum eiusque verba, Dan. 12, 4. pertranſibunt, vel curſitabunt, Amoſ. 8, 12. Hithpah. imper. pl. foem. הִתְשׁוֹטַטְנָה continuo, indeſinenter percurrite, Ier. 49, 3.

שְׁאָט contemtus, vid. in שְׁאָט.

שׁוֹט m. flagellum, ſcutica, qua caeditur, Ieſ. 10, 26. c. 28, 18. Nah. 3, 2. et ſec. Kri Ieſ. 28, 15. vbi Kethibh habet שַׁיִט.

שַׁיִט m. 1) id. ſec. Kethibh Ieſ. 28, 15. 2) remus, quo aqua caeditur et ſecatur, Ieſ. 33, 21.

שֹׁטֵט (Verbale ex Pihel,) m. flagellum, ſcutica, Ioſ. 23, 13.

מָשׁוֹט m. remus, Ezech. 27, 29.

מִשּׁוֹט m. id. petita Forma à נשט, pro מִנְשׁוֹט. Pl. מְשׁוֹטִים remi, cum Affixo מְשׁוֹטַיִךְ remi tui, Ezech. 27, 6.

... שׂוּט *declinare, deflectere*. Part. praes. שָׂט *declinans*, pl. *declinantes*, in regim. שָׂטֵי Ps. 40,8.

שֵׂטִים pl. masc. *declinationes*, Hos. 5,2. et per ס, Ps. 101, 3.

שׂוּךְ *sepire, obsepire, sepem facere*. Praet. שַׂכְתָּ *obsepiuisti, sepem fecisti*, Hiob. 1,10. Part. praes. שָׂךְ *obsepiens*, Hos. 2,6. Pih. *sepiuit, obsepiuit*. Fut. cum Affixo תְּשֹׂכְכֵנִי *sepiebas me*, Hiob. 10, 11. Alii referunt ad סכך *texit, obtexit*.

שׂוֹךְ m. *ramus*, sic dictus putatur, quia *sepibus* adhibetur potius à *tegendo* et *vmbram praebendo*, petita significatione à ... Cum Affixo שׂוֹכֹה (pro שׂוֹכוֹ) *ramum suum*, Iud. 9,49.

שׂוֹכָה f. id. vnde in regim. שׂוֹכַת Iud. 9,48.

שְׂכִים et שֻׂכּוֹת pl. vid. sub rad. שׂכך.

מְשׂוּכָה, et per ס, מְסוּכָה f. *sepes, spinetum*, quo *sepitur*, Mich. 7,4. in regim. מְשֻׂכַת Prou. 15,19. Sed מְשׂוּכָה pro מְשֻׂכָּה vid. sub rad. שׂכך.

שׁוּל *trahere, extrahere*, (vt Arab. شال, et Graec. ...) alias שלל Ruth. 2, 16. (Arab. سل,) שלה Hiob. 27,8. et נשל, Arab. نشل. Inde sunt

שׁוּל m. *fimbria, lacinia*, sic dicta, quod per terram *trahitur*; sicut Graec. *σύρμα* est à *σύρω trabo*. Plur. שׁוּלִים *fimbriae*, in regim. שׁוּלֵי Exod. 28, 34. c. 39, 24. 25. 26. cum Affixo שׁוּלַיִךְ *fimbriae tuae*, Ier. 13, 22. Nah. 3,5.

שִׁיל m. *foetus, proles* ex vtero *extracta*, Chald. שִׁלְיָא et שִׁילָא, Arab. *salilon* et *naslon*. Inde cum Affixo est שִׁילֹה (pro שִׁילוֹ) *proles* siue *filius eius*, Gen. 49,10. Plura de h. n. vid. in *Arcan. Form*. p. 131. et in *Onomast. V. T.* p. 617. Vulgo referunt ad שִׁיל, sed inuita Formarum analogia.

שׁוּם m. *allium*, à *vehementi odore*, significationem habet à נשם Syr. *odoratus est*, Arab. שמם. Plur. שׁוּמִים *allia*, Num. 11, 8.

שׂוּם et שִׂים in genere *ponere, reponere, statuere*, Gen. 28, 11. c. 44, 2. Exod. 9,5. Leuit. 6,3. Deut. 10,2. etc. *imponere*, Dan. 1,7. Zach. 6,11. spec. 1) *in dignitate constituere*, Gen. 45,9. Exod. 2,14. Deut. 17,15. 1 Sam. 10,19. Hos. 2,2. 2) *ponere in esse* suo, i.e. *facere*, (vt Lat. *ponere* pro *facere* dicitur, idque more Graecorum quo sensu HOMERVS saepenumero *τιθέναι* vsurpat, obseruante

TVB

TVRNEBO, conf. VECHNERI *Hellenolex.* L. II. c. 2. et PFOCHE-NII Diatr. de *linguae Graec. N. T. puritate* §. 70.) Gen. 17, 5. Exod. 4, 11. c. 10, 2. Deut. 10, 22. Ies. 13, 9. Ier. 13, 16. c. 32, 20. Ps. 89, 41. Hiob. 34, 13. etc. 3) vsurpatur de *exercitu* et *militibus praesidiariis*, vt itidem Lat. *ponere*, Ios. 8, 13. 2 Sam. 8, 6. 1 Reg. 20, 12. 1 Chr. 6, 6. 4) *reputare, existimare, ducere,* (vt Graec. τίθεσθαι, et Lat. *ponere* atque *statuere*,) Ps. 52, 9. Ier. 17, 5. 5) *imputare*, q. d. *imponere vt onus*, (vt Graec. ἀνατιθέναι,) 1 Sam. 22, 15. 6) *ponere cor* suum *ad* aliquid, est *ad animum reuocare, attendere, animum aduertere, perpendere,* (vt Graec. συντίθεσθαι, vnde et νουθετεῖν pro *commonefacere*,) Exod. 9, 21. Deut. 32, 46. 2 Sam. 19, 20. Hagg. 1, 5. 7. c. 2, 15. 18. Malach. 2, 2. Hiob. 1, 8. c. 2, 3. et sine לֵב vel לְבָב, Iud. 19, 30. Ies. 41, 20. 22. Hiob. 4, 20. c. 23, 6. c. 24, 12. et sec. quosdam c. 17, 3. c. 34, 23. c. 37, 15. Neh. 8, 8. sic *ponere* aliquid *super* vel *ad cor* suum, 2 Sam. 18, 3. Ies. 42, 25. Ier. 12, 11. sed hoc semel Dan. 1, 8. denotat *in animum inducere*, vt Graec. ἐντίθεσθαι. 7) *ponere filios*, est *parere*, (vt Lat. *oua ponere*,) Esr. 10, 44. 8) *ponere faciem* suam aliquo, est *animum* suum aliquo *intendere* et *dirigere*, 1 Reg. 2, 15. Ier. 42, 15. 17. c. 44, 12. 9) *ponere* aliquid *coram se*, est eius *rationem habere*, Ps. 54, 5. Ps. 86, 14. 10) *ponere in ore* alicuius, est eum *instruere, quid loqui debeat*, Num. 23, 5. 12. 16. c. 22, 38. Esr. 8, 17. 11) *ponere gloriam*, est *dare* siue *tribuere gloriam*, Iud. 7, 19. Ps. 66, 2. etc. 12) *ponere oculos in stibio*, est *iis stibium inducere*, 2 Reg. 9, 30. quomodo SCHVLTENS confert Arab. وشم, de quo vid. in rad. קרע, et in Nom. חֲכַלָה, sub rad. כלה. 13) *ponere iram*, sec. quosdam est *iram reponere*, et quasi *thesaurizare*, Hiob. 36, 13. coll. Rom. 2, 5. et seq. Nom. אָשָׁם. Praet. cum Affixo שָׂמוֹ *posuit eum*, Ps. 81, 6. Ezech. 17, 4. 5. et שָׂמָהוּ Ezech. 7, 20. foem. שָׂמָה *posuit*, 1 Sam. 19, 13. cum ה *Relatiuo*, הַשָּׂמָה *quod posuit*, Ies. 21, 10. שַׂמְתָּ *posuisti*, Ies. 47, 6. 7. Ezech. 23, 41. cum Vau Conuers. וְשַׂמְתְּ *et pones*, sec. Kri Ruth. 3, 3. sed Kethibh habet וְשַׂמְתִּי, cum Iod Parag. Part. Praes. שָׂם *ponens*, Ps. 66, 9. Ies. 63, 11. pl. שָׂמִים *ponentes, facientes*, Ies. 5, 20. Malach. 2, 2. Pahul foemin. שׂוּמָה *positum, impositum*, sec. Kri 2 Sam. 13, 32. sed Kethibh habet שִׂימָה *impositio*, i. e. *commissum, mandatum*, nominaliter. Infin. absol. שׂוֹם *ponendo, constituendo*, Deut. 17, 15. Ier. 42, 15. *attendendo*, Neh. 8, 8. conf. Chald. Dan. 3, 12. c. 6, 14. 15. Infin. constr. שׂוּם *ponere* etc. Gen. 45, 7. Num. 11, 11. cum Affixo שׂוּמוֹ τὸ *ponere eius*, Prou. 8, 29. Ies. 37, 9. et sec. Kri c. 10, 5. (vbi Kethibh שִׂימוֹ, ex Hiph.) et שׂוּמוֹ Num.

24, 23.

24, 23. Fut. יָשׂוּם *ponit, facit*, Exod. 4, 11. Hiph. part. מֵשִׂים *attendens*, Hiob. 4, 20. Infin. cum Aphaeresi Praeformantis ה, שִׂים *ponendo*, scil. positus est, Hiob. 20, 4. *ponere*, sec. Kri 2 Sam. 14, 7. vbi Kethibh habet שׂוּם, ex Kal. Imper. cum simili Aphaeresi, שִׂים *pone*, etc. Gen. 24, 2. Iud. 18, 19. cum ה Parag. שִׂימָה. 1 Sam. 8, 5. Psalm. 56, 9. sed Hiob. 17, 3. specialiter significat *pone pignus*. Foemin. שִׂימִי *pone*, Ier. 31, 21. et sine Aphaeresi, הָשִׂימִי *pone*, scil. faciem tuam, vel intransitiue, *pone te*, Ezech. 21, 21. Fut. אָשִׂים *ponam*, etc. 1 Reg. 18, 23. Hiob. 5, 8. cum ה Parag. אָשִׂימָה Gen. 44, 21. Deut. 17, 14. תָּשִׂים *pones, ponis*, Gen. 6, 16. Exod. 21, 1. et תָּשֵׂם Hiob. 13, 23. יָשִׂים *ponet, ponit, ponat, ponebat*, Gen. 30, 42. Leu. 5, 11. *facit*, vt exponi potest Hiob. 24, 12. et יָשֵׂם Num. 6, 26. 1 Sam. 2, 20. Ps. 107, 33. sic sec. Kri Dan. 11, 18. (vbi Kethibh habet יָשֵׁב *reuertet*, à שׁוּב,) vnde cum ו Conuers. וַיָּשֶׂם *et posuit*, Gen. 2, 8. pl. תָּשִׂימוּ *ponetis, ponatis*, Gen. 32, 16. Exod. 5, 8. cum Nun Parag. תְּשִׂימוּן Exod. 22, 24. Hiob. 18, 2. יָשִׂימוּ *ponent*, Deut. 33, 10. 2 Sam. 18, 3. Hoph. fut. cum Vau Conuers. וַיּוּשַׂם (irregulariter cum (ֻ), pro וַיּוּשַׂם,) *et positum, appositum est*, sec. Kri Gen. 24, 33. sed Kethibh habet וַיִּישֶׂם, vt Gen. 50, 24. quod vid. in שׂוּם.

שׂוּם Chald. id. Praet. שָׂם *posuit*, Dan. 5, 12. Esr. 5, 3. 9. 13. c. 6, 1. 3. *attendit*, Dan. 6, 14. 15. cum Affixo שָׂמֵהּ *posuit, constituit eum*, Esr. 5, 14. שָׂמְתָּ *posuisti*, Dan. 3, 10. שָׂמֶת *posui, constitui*, Esr. 6, 12. pl. שָׂמוּ *posuerunt, attenderunt*, Dan. 3, 12. Part. Pehil שִׂים *positus, um*, scil. est, Dan. 3, 29. c. 4, 3. c. 6, 27. Esr. 4, 19. c. 5, 17. c. 6, 8. 11. c. 7, 13. 21. Inde formatum est nouum Praet. foem. שָׂמַת *positum est*, pro שִׂימַת, (Formâ ab Hebr. petitâ,) Dan. 6, 18. Aphel imper. pl. cum Aphaeresi Praeformantis, שִׂימוּ *ponite, constituite*, Esr. 4, 21. Ithpehel part. מִתְּשָׂם *ponitur*, Esr. 5, 8. Fut. יִתְּשָׂם *ponetur, constituetur*, Esr. 4, 21. pl. יִתְּשָׂמוּן *ponentur, reddentur*, Dan. 2, 5.

אָסָם (pro אָשָׂם, cum א Heemantico, *Continuitatis* nota,) m. *horreum*, vel in genere *repositorium*, in quo *continuo reponitur* et *reconditur*, coll. rad. Syr. סום *thesaurizare*, et סימא *thesaurus*, Arab. سام *recondidit*. Plur. אֲסָמִים *repositoria, reconditoria, horrea*, cum Affixo אֲסָמֶיךָ *horrea tua*, Deut. 28, 8. Prou. 3, 10. Conf. simile יַלְקוּט.

תְּשׂוּמֶת (cum ת Heemantico notionis *reciprocae*,) f. *positio sui* siue *manus suae*, i. e. *stipulatio*; vel *initio societatis* et *commercii mutua*, coll. Exod. 23, 1. 1 Sam. 22, 17. 2 Sam. 3, 13. In regim. תְּשׂוּמֶת (pro תְּשׂוּמַת, vt lectum olim fuit in codice Hilleliano,) Leuit.

.euit. 5,21. Nisi potius חֲשׁוּמַת sit absolutum, ad Formam Nominis *Propr.* תַּנְחֻמֶת 2 Reg. 25, 23. Ier. 40, 8.

שׁרן *meiere*, radix Hebraeis inusit. Aethiop. ሠይን: Syr. חרך, mutato ש in ח, vt alibi: vnde et Arab. مَثَانَة *vesica vrinaria*, Conf. DANZII *Litterat.* p. 77. et 427. Conuenit Arab. שנן *sparsim fudit*. Inde est

שַׁיִן vel שִׁין m. *vrina*, in pl. שֵׁינִים *vrinae*, cum Affixo שֵׁינֵיהֶם *vrinas suas*, sec. Kethibh 2 Reg. 18, 27. Ies. 36, 12. sed Kri habet מֵימֵי רַגְלֵיהֶם *aquas pedum suorum*.

שׁוע *vociferari*, *clamare*. Imper. pl. שׁעו *clamate*, Ies. 29, 9. Pih. שִׁוַּע *intense clamauit*. Praet. שִׁוַּעְתִּי *clamaui*, Ps. 30, 3. Ion. 2, 3. Part. מְשַׁוֵּעַ *clamans*, Ps. 72, 12. Hiob. 29, 12. Infin. שַׁוֵּעַ, cum Affixo τό שַׁוְּעִי *clamare meum*, Ps. 28, 2. Ps. 31, 23. Fut. אֲשַׁוֵּעַ *clamabo*, *clamo*, Ps. 18, 7. Hiob. 19, 7. cum Vau Conuers. et ה Parag. in pausa, וָאֲשַׁוֵּעָה *et clamaui*, Ps. 119, 147. תְּשַׁוֵּעַ *clamabis*, Ies. 58, 9. pl. יְשַׁוְּעוּ *clamabunt*, *clamant*, Ps. 18, 42. Hiob. 35, 9. in pausa יְשַׁוֵּעוּ Hiob. 38, 41. Sed Pih. geminat. שִׁעֲשַׁע vid. in rad. שעע.

שׁוּעַ m. 1) *clamor*, *vociferatio*, vt vulgo exponitur, Hiob. 30, 24. aliis est *salus*, vel, vt SCHVLTENS habet, *laxamentum*, coll. rad. Arab. وسع *amplus*, *patulus fuit*. 2) *diuitiae*, *opes*, sec. quosdam, quod est ab eadem rad. Arab. quomodo notat *opibus polluit*, in 8 et 10 Coniug. *liberalitate vsus est*, per Formarum alternationem, vel per Aphaeresin pro יְשׁוּעַ. Cum Affixo שׁוּעֲךָ *diuitiae*, *opes tuae*, Hiob. 36, 19.

שׁוֹעַ m. 1) *clamor*, *vociferatio*, Ies. 22, 5. 2) *opibus affluens*, *liberalis*, Ies. 32, 5. Hiob. 34, 19. Sed Ezech. 23, 23. est Nomen *Propr.*

שֶׁוַע m. *clamor*, cum Affixo שַׁוְעִי *clamor meus*, Ps. 5, 3.

שַׁוְעָה f. id. in regim. שַׁוְעַת 1 Sam. 5, 12. Ier. 8, 19. cum Affixo שַׁוְעָתָם *clamor eorum*, Exod. 2, 23. Ps. 34, 16.

תְּשׁוּעָה f. (Formam habet à שוע, sed significationem à ישע.) proprie, vi Formae, *saluatio*, *conseruatio sui*: vulgo *salus*, Iud. 15, 3. 1 Sam. 11, 9. 13. 2 Sam. 23, 10. 2 Reg. 5, 1. etc. et תְּשֻׁעָה 2 Sam. 19, 3. in regim. תְּשׁוּעַת Ps. 37, 39. Ies. 45, 17. cum Affixo תְּשׁוּעָתְךָ *salus tua*, Ps. 40, 11. Ps. 119, 42. in pausa תְּשׁוּעָתֶךָ Ps. 40, 17. Ps. 71, 15.

שׁוּף in genere *premere*, spec. *premendo terere* et *conterere*. Fut. תְּשׁוּף, cum Affixo et Nun Epenthet תְּשׁוּפֶנּוּ *conteres eum*, Gen. 3, 15. יְשׁוּף, cum Affixis יְשׁוּפֵנִי *conteret me*, Hiob. 9, 17. it. *premet* i. e. *occultabit me*, Ps. 139, 11. vt Lat. *premere dolorem* pro occul-

occultare, et *nocte premi* pro *tenebris occultari* etiam VIRGILIVS dixit *Aeneid. VI.* 827. יְשׁוּפְךָ *conteret te*, Gen. 3, 15.

יָשְׁפֵה vel, vt alii codices habent, יָשְׁפָה (cum Iod Heemantico, *firmae Consistentiae* nota,) m. *gemmae durissimae* species, quae dum *teritur*, *firma* manet nec *deteri* potest, coll. similibus *gemmarum* nominibus, חַרְשִׁישׁ, יַהֲלֹם, לֶשֶׁם etc. vulgo *iaspis*, compos. ex 2 synonymis שׁוּף, (vnde foret יָשֻׁף,) et ex שׁפה Chald. *contriuit*, *contudit*, vnde ה in fine; nisi hoc potius sit Parag. eiusdem significationis cum ה in בְּטְנָה, לְבֵנָה etc. q. d. *gemma accedens ad iaspidem* siue *iaspidi affinis*, forte, ex coniectura CLERICI, *iasponyx*. Sinicum *yusepe*, i. e. *lapis pretiosus diuersicolor*, confert MASSON in *Histor. Crit. Reipubl. Litterar.* T. IV. p. 53. Occurrit Exod. 28, 20. c. 39, 13. Ezech. 28, 11.

שׁוּק *abundare*, *exundare*. Sed significatio *eundi* siue *currendi* et *appetendi*, in Nominibus Deriuatis residua, petita est à rad. שׁקק. Pih. fut. תְּשֹׁקֵק, vnde cum Vau Conuers. et Affixo וַתְּשֹׁקְקֶהָ *et abundare fecisti* vel *abundantem reddidisti eam*, Ps. 65, 10. Hiph. praet. pl. הֵשִׁיקוּ *exundarunt*, Ioël. 4, 13. sic cum Vau Conuers. c. 2, 24.

שׁוּק m. *vicus*, *platea*, per quam *itur* et *curritur*, Prou. 7, 8. Eccles. 2, 4. 5. pl. שְׁוָקִים (tanquam à sing. שֶׁוֶק,) *plateae*, Cant. 3, 2.

שׁוֹק com. *crus*, *gressus* organon, Exod. 29, 22. 26. Leuit. 7, 32. 33. Num. 6, 20. Iud. 15, 8. 1 Sam. 9, 24. Ies. 47, 2. etc. Sed ab Aethiop. ሰወቀ: *suffulsit*, *sustentauit*, deducit MAIVS ad COCCEIO *Lex.* q. d. *sustentaculum corporis*. Dual. שֹׁקַיִם *vtrumque crus*, Deut. 28, 35. Prou. 26, 7. in regim. שׁוֹקֵי Ps. 127, 10. cum Affixo שׁוֹקָיו *crura eius*, Cant. 5, 15.

שָׁק m. Chald. id. vnde dual. vel plur. cum Affixo שָׁקוֹהִי *crura eius*, Dan. 2, 33.

תְּשׁוּקָה f. *appetitus*, *desiderium*, proprie *motus sui ipsius* vel *animi sui* et q. d. *tendentia* ad aliquid. Vid. rad. שׁקק. Per *obligationem* exponit G. I. LETTE in *Symbolis Brem.* T. III. p. 560. ex significatione radicis Arab. شاق *ligauit*. Cum Affixis תְּשׁוּקָתֵךְ *desiderium tuum*, *tendentia tua*, Gen. 3, 16. תְּשׁוּקָתוֹ *appetitus*, *tendentia eius*, Gen. 4, 7. Cant. 7, 11.

שׁוּר in genere *dirigere*, (coll. radice cognata יָשַׁר,) in specie 1) *dirigere vocem secundum certos modos* et *melodias*, i. e. *canere*. 2) *dirigere oculos* ad aliquid: *intueri*, *contemplari*. 3) *sensum*

munus afferre, Ief. 57, 9. petita significatione à Nomine תְּשׁוּרָה *munus*. Praet. שָׁר *cecinit*, Pf. 7, 1. Part. praef. שָׁר *canens*, Prou. 25, 20. pl. שָׁרִים *canentes*, et fubftantiue, *cantores*, 2 Sam. 19, 36. Pf. 68, 27. foem. pl. שָׁרוֹת *cantatrices*, 2 Sam. 19, 36. Eccleſ. 2, 8. cum Affixo שָׁרוֹתַיִךְ *decantantes te*, al. *cantatrices tuae*, Ezech. 27, 25. Imper. שׁוּר *intuere*, Hiob. 35, 5. Fut. אֲשׁוּר *intuebor*, *contemplabor*, Num. 23, 9. c. 24, 17. fed Hof. 13, 7. magis quadrare fignificationem radicis Chald. שׁוּר, Arab. سار *affiliit*, *infiliit*, *impetum fecit*, contendit KROMAYERVS in *Specim. fontium S. S. apertorum* ad l. c. תְּשׁוּר, vnde cum Affixo et Nun Epenthet. תְּשׁוּרֶנּוּ *vides illum* vel *illud*, Hiob. 35, 14. foem. תָּשׁוּרִי *profpicias*, *contempleris*, Cant. 4, 8. fed וַתָּשֻׁרִי *et munera attulifti*, Ief. 57, 9. יָשׁוּר *fpeculatur*, Ier. 5, 26. et יָשֹׁר *refpiciet*, Hiob. 33, 27. quod tamen potius radicem שׁרר arguit: quomodo fortaffis melius conuenit rad. Arab. שׁרר in 2 Coni. *euulgauit inter viros*. Cum Affixo et Nun Epenth. יְשׁוּרֶנָּה *refpiciet illud*, Hiob. 33, 14. foem. תְּשׁוּר, cum Affixo תְּשׁוּרֵנִי *intuebitur*, *videbit me*, Hiob. 7, 8. c. 24, 15. fed וַתָּשַׁר *et cecinit*, Iud. 5, 1. Pih. praet. pl. שֹׁרְרוּ *contemplati funt*, al. *decantarunt*, Hiob. 36, 24. Part. מְשֹׁרֵר *cantans*, *cantor*, 1 Chron. 6, 18. 2 Chron. 29, 28. pl. מְשֹׁרְרִים *cantores*, 1 Chron. 9, 33. Efr. 2, 41. foem. pl. מְשֹׁרְרוֹת *cantatrices*, Neh. 7, 47. Fut. יְשׁוֹרֵר *canet*, Zeph. 2, 14. Hiph. infin. שִׁיר (per Aphaerefin Praeformantis ה,) *canere*, cum Praefixo לָשִׁיר *ad canendum*, fec. Kri 1 Sam. 18, 6. fed Kethibh habet לָשׁוּר, ex Kal. Imper. plur. cum fimili Aphaerefi, שִׁירוּ *canite*, Exod. 15, 21. Ief. 42, 10. Fut. אָשִׁיר *canam*, Pf. 59, 17. cum ה Parag. אָשִׁירָה Exod. 15, 1. Iud. 5, 3. יָשִׁיר *canebat*, Exod. 15, 1. Num. 21, 18. pl. נָשִׁיר *canemus*, Pf. 137, 4. cum ה Parag. נָשִׁירָה Pf. 21, 14. יָשִׁירוּ *canent*, Pf. 65, 14. Pf. 106, 12. Hoph. fut. יוּשַׁר *canetur*, Ief. 26, 1.

שׁוּר *murus*, it. *hoftis*, et שׁוֹר *taurus*, *bos*, Formam quidem habent à שׁוּר, fed fignificationem à שׁרר, vbi vid.

שִׁיר m. *cantio*, *canticum*, Iud. 5, 12. Pf. 30, 1. Eccleſ. 7, 5. Ief. 24, 9. Ezech. 33, 32. etc. cum Affixo שִׁירוֹ *canticum eius*, vel collectiue, *cantica eius*, 1 Reg. 4, 32. et שִׁירֹה Pf. 42, 9. pl. שִׁירִים *cantica*, Gen. 31, 27. Cant. 1, 1. cum Affixo שִׁירֵיכֶם *cantica veftra*, Amof. 8, 10.

שִׁירָה f. id. Exod. 15, 1. Num. 21, 18. Deut. 31, 19. 21. 22. 30. 44. Pf. 18, 1. etc. in regim. שִׁירַת Ief. 5, 1. c. 23, 15. pl. שִׁירוֹת *cantica*, Amof. 8, 3.

תְּשׁוּרָה (cum ת Heemantico notionis *reciprocae*,) f. *munus*, *donum*.

donum, quo quis *se spectandum exhibet* et ad conspectum principis admittitur, 1 Sam. 9, 7. conf. Ies. 57, 9. et Gen. 33, 10. 11. inque hunc locum LACKEMACHERI *Obs. Phil.* P. I. obs. 4. Sic Graec. ἄθρημα, ἀνακαλυπτήριον, θεώρητρον et ὀπτήριον à *videndo* dicuntur.

שׁוּר *principatum tenere*, it. *diuidere, dissecare*, alias שׂרר, quod vid. Fut. cum Vau Conuers. וַיָּשַׂר *et principatum tenuit*, Iud. 9, 22. Hos. 12, 5. pl. יָשֹׂרוּ *principatum tenebunt* vel *tenent*, Ies. 32, 1. Prou. 8, 16. Hiph. praet. plur. הֵשִׂירוּ *principem* vel *principes fecerunt* siue *constituerunt*, Hos. 8, 4. Sed fut. cum Vau Conuers. וַיָּשַׂר *et dissecare fecit* siue *coëgit*, 1 Chron. 20, 3.

שַׂר m. *princeps*, vid. sub rad. שׂרה.

שָׂר m. *princeps*, 1 Sam. 22, 2. 2 Sam. 23, 19. 2 Reg. 9, 5. 1 Chron. 11, 6. 2 Chron. 17, 14. 15. etc. Pl. שָׂרִים *principes*, Num. 21, 18. 2 Sam. 19, 6. in regim. שָׂרֵי Gen. 12, 15. Exod. 1, 11. cum Affixo שָׂרֵיהֶם *principes eorum*, Ies. 3, 4. Ier. 2, 26. Foem. שָׂרָה *princeps foemina*, cum Iod Paragog. שָׂרָתִי Thren. 1, 1. pl. שָׂרוֹת *principes foeminae*, 1 Reg. 11, 3. Esth. 1, 18. cum Affixo שָׂרוֹתֶיהָ *principes eius*, Iud. 5, 29.

שׂוֹרָה f. vulgo *principale*, potius *pingue*: de *tritico*, Ies. 28, 25. (à rad. Arab. شرن *pinguis fuit*,) alias חלב חטה Ps. 81, 17. חלב חטים Ps. 147, 14. et חלב כליות חטה Deut. 32, 14.

מְשׂוּרָה f. *mensura*, q. d. *diuisio* rerum, Leuit. 19, 35. Ezech. 4, 11. 16. 1 Chron. 23, 29.

שׁוּשׁ radix inusit. quae significationem *albedinis* et *canitiei* habuisse, ex Deriuatis colligitur. Inde enim sunt

שַׁיִשׁ m. *marmor candidum: alabastrites*, Syr. שישא, 1 Chron. 29, 2.

שֵׁשׁ m. 1) id. Esth. 1, 6. 2) *byssus*, genus *lini candidi*: *linum xylinum* intelligunt SANCTIVS, IVNIVS et TREMELLIVS aliique, Gen. 41, 42. Exod. 25, 4. Prou. 31, 22. Cant. 5, 15. etc. Semel pro eo Kethibh habet מֶשִׁי, ad Formam פְּרִי; vel potius שֵׁשִׁי *byssi*, cum terminatione plur. infrequentiore, Ezech. 16, 13. Aliud vid. infra suo loco.

יָשֵׁשׁ m. *senex*, à *canitie*, 2 Chron. 36, 17. Formam habet à ישש, sed significationem à שוש.

יָשִׁישׁ m. id. Hiob. 15, 10. pl. יְשִׁישִׁים *senes*, Hiob. 12, 12. c. 29, 8. c. 32, 6.

שׁוֹשַׁן (cum terminatione *augmentatiua*,) m. *lilium*, à *summo candore*, 1 Reg. 7, 19. vbi tamen vulgo male et contra omnem analo-

nalogiam legitur שׁוּשַׁן. De *candore liliorum* conf. PASCHALIVS de *Coronis* L. III. c. 8. vnde κρίνον λευκὸν apud THEOCRIT. ἰργεννὸν et λευκόχροον in *Epigram. lilium candidum, canens* et *album* apud OVID. Est quoque nomen instrumenti *musici*, à forma *lilii: cymbalum* fortassis, cuius figura quam bene cum *lilio conuallium* conueniat, ostendit LAMPIVS in Ps. 45. *Exercitat.* . §. 14. conf. THEOD. HASAEVS in *Biblioth. Brem.* Class. I. p. 57. 68. Certe et Botanicis nostris genus *lilii*, alias *intortum* et *martagum* dictum, *cymbalum* vocatur. Inde in reg. est שׁוּשַׁן Ps. 60, 1.

שׁוֹשָׁן m. id. 1 Reg. 7, 22. 26. Pl. שׁוֹשַׁנִּים *lilia*, Cant. 2, 16. c. 4, 5. c. 5, 13. c. 6, 2. 3. c. 7, 3. et de instrumentis *musicis*, ad formam *liliorum* factis, Ps. 45, 1. Ps. 69, 1. Ps. 80, 1.

שׂוּשׂ *gaudere, laetari, prae gaudio exsultare.* Praet. שַׂשְׂתִּי *gauisus sum*, Ps. 119, 14. pl. שָׂשׂוּ *gauisi sunt*, Thren. 1, 21. Part. praes. שָׂשׂ *gaudens*, Ps. 119, 162. Ies. 64, 4. Infin. absol. שׂוֹשׂ *gaudendo*, Ies. 61, 10. infin. constr. שׂוּשׂ *gaudere*, Deut. 30, 9. Fut. pl. cum Affixo יְשֻׂשׂוּם *gaudebunt illis*, Ies. 35, 1. Hiph. imper. foem. cum Apocope Praeformantis ה; שִׂישִׂי *gaude*, Thren. 4, 21. plur. שִׂישׂוּ *gaudete*, Ies. 65, 18. c. 66, 10. Fut. אָשִׂישׂ *gaudebo*, Ies. 61, 10. יָשִׂישׂ *gaudebit, gaudet*, Deut. 28, 63. Ps. 19, 6. foem. תָּשִׂישׂ *gaudet*, Ps. 35, 9. נָשִׂישׂ *gaudebimus*, Ezech. 21, 15. יָשִׂישׂוּ *gaudebunt, gaudent*, Ps. 40, 17. Hiob. 3, 21.

שָׂשׂוֹן m. *gaudium ingens*, Ps. 45, 8. Ies. 22, 13. Ier. 7, 34. Esth. 8, 16. 17. etc. metonymice *materia gaudii* siue *id, quo gaudetur*, Ps. 51, 10. Ps. 119, 111. Ier. 15, 16. Ioël. 1, 1. 12. In regim. שְׂשׂוֹן Ps. 51, 14. Ps. 119, 111. mutato (ָ), vnde Formam accepisse colligitur tanquam à שׂשׂה.

מָשׂוֹשׂ m. *gaudium, exsultatio prae gaudio*, Ies. 24, 8. c. 62, 5. Thren. 5, 15. metonymice *materia gaudii*, Ps. 48, 3. Ies. 24, 11. c. 32, 14. c. 65, 18. Ier. 49, 25. Hos. 2, 11. Thren. 2, 15. In regim. מְשׂוֹשׂ Ps. 48, 13. Hiob. 8, 19. cum Affixo מְשׂוֹשִׂי *gaudium meum*, Ier. 49, 25.

שׁוּת et שִׁית in genere *ponere, reponere, statuere*, Ps. 88, 7. Prou. 26, 24. Ruth. 4, 16. *apponere*, Exod. 33, 4. *imponere*, Gen. 46, 4. c. 48, 17. Ps. 21, 4. spec. 1) *ponere in dignitate: constituere*, Gen. 41, 33. 1 Sam. 11, 34. Ps. 41, 7. 2) *ponere in* τῷ *esse*, i. e. *facere*, Gen. 3, 15. Exod. 10, 1. Ps. 84, 7. Ps. 88, 9. Ies. 26, 1. Ier. 2, 14. c. 13, 16. c. 22, 6. c. 50, 3. Hos. 2, 3. 3) *ponere in manu* et *potestate*, i. e. *dare*, Gen. 4, 25. Hos. 6, 11. 4) *ponere aciem* vel *castra*, Ps. 3, 7. Ies. 22, 7. et sec. quosdam Hiob. 10, 20. 5) *imputare*, q. d. *impu-*

imponere tanquam onus, Num. 12, 11. 6) *ponere cor* suum *ad* aliquid, est *ad animum reuocare, attendere, animum aduertere, aestimare*, Exod. 7, 23. 1 Sam. 4, 20. Ps. 62, 11. Prou. 27, 23. Hiob. 7, 17. 7) *ponere pullos*, est *excludere*, *parere*, Ps. 84, 4. Conf. supra rad. שום. Praet. foem. שָׁתָה *posuit*, 1 Sam. 4, 20. Ps. 84, 4. pers. 2. שַׁתָּה (cum ה Paragog. pro שַׁתָּ) *posuisti*, Ps. 8, 7. et sec. Kri Ps. 90, 8. vbi Kethibh habet שַׁתָּ, sine ה Parag. cum Affixo שַׁתַּנִי *posuisti me*, Ps. 88, 7. 9. שַׁתִּי (pro שַׁתְּתִּי) *posui*, Ps. 73, 28. pl. שָׁתוּ *posuerunt, apposuerunt*, Exod. 33, 4. Ps. 140, 6. *posuerunt aciem* vel *castra*, Ps. 3, 7. Ies. 22, 7. et petita Forma à שָׁתַת, שַׁתּוּ *posuerunt*, Ps. 73, 9. et intransitiue, *positi sunt*, *ponuntur*, Ps. 49, 15. Infin. absol. שׁת *ponendo*, Ies. 22, 7. Hiph. infin. cum Aphaeresi Praeformantis ה, שִׁית *ponere*, Hiob. 30, 1. *ponendo*, scil. *ponat*, sec. Kri Ier. 13, 16. sed Kethibh habet יָשִׁית *ponat*. Imper. cum simili Aphaeresi, שִׁית *pone*, Prou. 27, 23. Hiob. 22, 24. et sec. Kri Hiob. 10, 20. vbi tamen rectius exponitur *cessa, desiste*, (iungitur enim cum חדל,) petita significatione à שתת Aethiop. *cessauit, destitit*; sed Kethibh habet יָשִׁית *cesset, desistat*. Cum ה Parag. שִׁיתָה Ps. 9, 21. Ps. 141, 3. cum Affixo שִׁיתֵמוֹ *pone, fac eos*, Ps. 83, 12. 14. Fut. אָשִׁית *ponam*, Gen. 3, 15. Ps. 12, 6. תָּשִׁית *pones, ponis, ponas, poneres*, Ps. 21, 4. Hiob. 7, 17. et תָּשֶׁת Num. 12, 11. et retracto tono, תָּשֶׁת Exod. 23, 1. Ps. 104, 20. יָשִׁית *ponet, ponit, ponat, reponat*, Gen. 46, 4. Prou. 26, 24. et יָשֵׁת Hiob. 9, 33. et retracto tono, יָשֶׁת Ps. 18, 12. Sed Hiob. 38, 11. commodius exponitur *cessabit*, (vt Kethibh c. 10, 20.) vel potius impersonaliter, *cessatio erit*. Hoph. fut. יוּשַׁת *ponetur, imponetur*, Exod. 21, 30.

שַׁיִת m. *vepres*, sic dictus putatur, quod circa hortos, segetes et arbores *poni* soleat, Ies. 5, 6. c. 7, 23. 24. 25. c. 9, 17. c. 27, 4. cum Affixo שִׁיתוֹ *vepres eius*, Ies. 10, 17. sicut ab עַיִר fit עִירֹה Gen. 49, 11.

שִׁית m. *ornatus*, ab *apponendo* vel *imponendo*, Ps. 73, 6. Prou. 7, 10. conf. rad. Exod. 33, 4. Ps. 21, 4. et synonymum שׁוּב Ies. 61, 4.

שָׁתָה f. *fundamentum*, à *ponendo*. Pl. שָׁתוֹת *fundamenta*, Ps. 11, 3. cum Affixo שָׁתֹתֶיהָ *fundamenta eius*, Ies. 19, 10.

שֵׁיזִב Chald. plurilitt. *liberauit*, Dan. 3, 28. c. 6, 28. part. מְשֵׁיזִב *liberans*, ibid. inf. cum Affixo שֵׁיזָבוּתָךְ *liberare te*, c. 6, 21. sic c. 3, 17. c. 6, 15. fut. יְשֵׁיזִב *liberabit*, c. 3, 17. cum Affixo יְשֵׁיזְבִנָךְ *liberet te*, c. 6, 17. sic c. 3, 15.

שָׁזַף *adspexit, conspexit*. Praet. foem. שָׁזְפָה, vnde cum Affixis שֶׁזָּפַתְנִי *adspexit me*, Cant. 1, 6. שְׁזָפַתּוּ (pro שְׁזָפַתְהוּ) *conspexit eum*, Hiob. 20, 9. c. 28, 7.

שָׁזַר *torſit, contorſit.* Hoph. part. מָשְׁזָר *contortum*, Exod. 1. 31. 36. c. 27, 9. 18. c. 28, 6. 8. 15. etc.

שָׁחַד *munerauit, donauit, munus dedit.* Imper. plur. שִׁחֲדוּ *munera date*, Hiob. 6, 22. Fut. foem. cum Vau Conuers. וַתִּשְׁחֲדִי *munerasti, donaſti*, Ezech. 16, 33. cum (ֲ) ſub ח, ad inſinuandum Cholem originarium.

שֹׁחַד m. *munus*, Exod. 23, 8. Deut. 10, 17. 1 Sam. 8, 3. Pſ. 15, 5. Eſ. 1, 23. etc.

שָׁחָה *inclinari, deprimi, ſe inclinare, ſe incuruare*, vt שׁוּחַ, ec. *honoris* et *cultus cauſa*. Imper. foem. שְׁחִי *inclina, incurua te*, Eſ. 51, 23. Hiph. fut. foem. תַּשְׁחֶה, vnde cum Affixo et Nun Epenthet. יַשְׁחֶנָּה *deprimit illud*, Prou. 12, 25. Hithpah. הִשְׁתַּחֲוָה (pro הִתְשַׁחֲוָה, tertia radicali ה geminata et altero ה in ו mutato,) *inclinauit* ſiue *incuruauit ſe, honoris* ſcil. *cauſa: adorauit.* Praet. cum Vau Conuers. וְהִשְׁתַּחֲוִיתָ *et adorabis*, Deut. 4, 19. c. 8, 19. הִשְׁתַּחֲוֵיתִי *incuruaui me*, 2 Sam. 16, 4. pl. הִשְׁתַּחֲווּ *adorarunt*, Ier. 8, 2. Part. מִשְׁתַּחֲוֶה *incuruans ſe, adorans*, 2 Reg. 19, 37. Eſth. 3, 5. pl. מִשְׁתַּחֲוִים *incurantes ſe*, Eſth. 3, 2. Neh. 9, 3. Sed מִשְׁתַּחֲוִיתֶם Ezech. 8, 16. compoſitum eſt ex Particip. et Praet. vel, vt alii volunt, ex Particip. et Pronom. אַתֶּם, idque more Chald. q. d. *incuruant ſe et vos incuruaſtis vos.* Infin. הִשְׁתַּחֲוֹת *incuruare ſe, adorare*, Gen. 37, 10. Leuit. 26, 1. Imper. foem. הִשְׁתַּחֲוִי *incurua te*, Pſ. 45, 12. pl. הִשְׁתַּחֲווּ *incuruate vos*, Pſ. 29, 2. 1 Chron. 19, 29. Fut. אֶשְׁתַּחֲוֶה *incuruabo me*, 1 Sam. 15, 25. Pſ. 5, 8. יִשְׁתַּחֲוֶה *incuruabit ſe, incuruabat ſe*, 2 Sam. 15, 32. Eſth. 3, 2. per Apocopen וַיִּשְׁתַּחוּ (cum Vau quieſc.) *et incuruauit ſe*, Gen. 18, 2. Exod. 18, 7. ſic in foem. Exod. 34, 8. Ioſ. 5, 14. plur. יִשְׁתַּחֲווּ *incuruabunt ſe*, Gen. 49, 8. Pſ. 66, 4. et abiecto Vau, ex ה geminato orto, יִשְׁתַּחוּ ſec. Kethibh Gen. 27, 29. ſic c. 43, 28. 1 Reg. 9, 9. foem. cum Vau Conuers. וַתִּשְׁתַּחֲוֶיןָ *et incuruabant ſe*, Gen. 33, 6. c. 37, 7.

שׁוּחָה f. *fouea*, q. d. *depreſſio terrae*, cum Affixo שׁוּחָתוֹ *foueam ſua*, Prou. 28, 10.

שְׁחִית f. id. vnde pl. שְׁחִיתוֹת *foueae*, cum Affixo שְׁחִיתוֹתָם *foueae illorum* vel *ſuae*, Pſ. 107, 20. Thren. 4, 20.

הִשְׁתַּחֲוָיָה f. *incuruatio ſui, adoratio*, Verbale Hithpahelicum, cui ſimile exſtat Chald. Dan. 2, 25. Cum Affixo הִשְׁתַּחֲוָיָתִי *adoratio mea*, ſi legatur Milra, ſec. quosdam codices, vel cum Iod nude Paragog. *adoratio*, ſi legatur Milel.

שָׂחָה *natauit*. Part. praes. שֹׂחֶה *natans*, Ies. 25, 11. Infin. constr. שְׂחוֹת *natare*, Ies. 25, 11. Hiph. fut. אַשְׂחֶה *natare facio*, Ps. 6, 7.

שָׂחוּ m. *natatio*, Ezech. 47, 8.

שָׁחַח *deprimi, inclinari, se incuruare*, vt שׁוּחַ et שָׁחָה. Praet. defect. שַׁחוֹתִי *inclinatus, depressus sum*, Ps. 35, 14. Ps. 38, 7. pl. שָׁחֲחוּ *depressi sunt*, Hiob. 9, 13. et defectiue שַׁחוּ Prou. 14, 19. Habac. 3, 5. Fut. יָשֹׁחַ *deprimitur*, Ps. 10, 10. pl. יָשֹׁחוּ *incuruant, demittunt se*, Hiob. 38, 40. Niph. fut. cum Vau Conuers. וַיִּשַּׁח *et depressus est*, Ies. 2, 9. c. 5, 15. f. תִּשַּׁח *deprimetur*, Ies. 29, 4. pl. יִשַּׁחוּ *deprimentur, deprimuntur*, Eccles. 12, 4. Hiph. praet. הֵשַׁח *depressit, humiliauit*, Ies. 25, 12. c. 26, 5. Hithpah. fut. foem. 3 pers. תִּשְׁתּוֹחַח (pro תִּתְשׁוֹחַח) *deprimit se*, Ps. 42, 7. pers. 2. תִּשְׁתּוֹחֲחִי *deprimis te*, Ps. 42, 10. 12. Ps. 43, 5.

שְׁחוּחַ m. *incuruatio, humiliatio*, Ies. 60, 14.

שַׁח m. *depressus, demissus, humilis*, Hiob. 22, 29.

שָׁחַט proprie, vt Arab. شحط, *pungendi vi praeditus, acutus fuit*, et transit. *pupugit*, stechen, *confodit, iugulauit*, erstechen, *iugulando mactauit*. Praet. cum Affixo et ו Conu. וְשָׁחֲטוֹ *et iugulabit eum*, Leu. 3, 2. pl. שָׁחֲטוּ *iugularunt*, 2 Reg. 25, 7. Part. praes. שׁוֹחֵט *iugulans*, Ies. 66, 3. it. *acutus, a*, sec. Kethibh Ier. 9, 8. pl. שֹׁחֲטִים *iugulantes*, in regim. שֹׁחֲטֵי Ies. 57, 5. Pahul שָׁחוּט *acutus, a*, sec. Kri Ier. 9, 8. it. *splendidus, um*, de *auro* 2 Chron. 9, 15. 16. (vocabula enim *acuminis* ad *splendorem* referuntur, vid. suo loco חָרוּץ,) al. *expansum, diductum*, quasi dictum sit pro שָׁטוּחַ. Sed foem. שְׁחוּטָה *iugulata*, Leuit. 14, 51. et שְׁחֻטָה Leuit. 14, 6. Infin. absol. שָׁחוֹט *iugulando*, Ies. 22, 13. infin. constr. שְׁחוֹט *iugulare*, Gen. 22, 10. Ezech. 40, 39. et שְׁחֹט, vnde cum ה Parag. שַׁחֲטָה Hos. 5, 2. et cum Affixo שַׁחֲטָם τὸ *iugulare eorum*, Ezech. 23, 39. Imper. pl. שַׁחֲטוּ *iugulate*, Exod. 12, 21. 2 Chron. 35, 6. Fut. תִּשְׁחַט *iugulabis*, Exod. 34, 25. יִשְׁחַט *iugulabit*, Leu. 4, 33. c. 14, 13. 19. pl. יִשְׁחֲטוּ *iugulabunt*, Leu. 6, 25. Ezech. 40, 42. in pausa יִשְׁחָטוּ Ezech. 40, 41. Niph. fut. יִשָּׁחֵט *iugulabitur*, Num. 11, 22. foem. תִּשָּׁחֵט id. Leuit. 6, 25.

שְׁחִיטָה f. *iugulatio*, in regim. שְׁחִיטַת 2 Chron. 30, 17.

שָׂחַט *expressit*, vt Chald. סחט. Fut. cum Vau Conuers. וָאֶשְׂחַט *et expressi*, Gen. 40, 11. Sed SCHVLTENS in *Animaduers.* non differre à שחט, *iugulauit*, putat: eo quod *iugulare vinum* tritissima phrasis sit Arabum, pro *miscere* siue *temperare aquâ*, vnde et سحط atque شحط *aquâ diluit*. Sic Lat. *iugulare Falernum* dixit MARTIALIS I. 19.

שַׁחַל m. *leo*, Prou. 26, 13. Hiob. 4, 10. c. 10, 16. c. 28, 8. Hos. ,14. c. 13, 7. sec. OPITIUM et MAIUM à *rugitu*, qui in *leone* erribilis est, de quo conf. BOCHARTI *Hieroz. P.* I. p. 729. seq. ı rad. Arab. سحل *rugiit*. Sed *Ps.* 91, 13. de genere *serpentis* in-erpretes veteres explicant, vid. BOCHARTUS l. c. *P.* II. L. II. c. 3.

שְׁחֵלֶת f. Exod. 30, 34. vulgo *onyx*, *aromaticus* scil. siue *vn-guis odoratus*, alias *blatta byzantina*, descripta à DIOSCORIDE L. II. c. 8. Cum vero reliquae suffimenti sacri species ex *resina* vel *gummi* quodam constarent indeque סַמִּים vocentur Exod. l. c. malumus cum BOCHARTO l. c. L. V. c. 20. et DAN. WEYMARO in Differt. de *Suffitu aromatico* C. I. §. 4. intelligere *bdellium*, cui PLINIUS L. XII. c. 19. *candidos vngues* tribuit, quodque à GA-LENO vocatur *bdella onyx*, à DAMOCRATE et DIOSCORIDE ὄνυχι ἰωνικός, Arab. per Metathesin خشل. Neque etiam sic ab-ludit radix שחל Syr. *stillauit*, *exsudauit*: est enim *bdellium* gum-mi, quod ex arbuscula quadam *exsudauit* et *destillauit*.

שְׁחִין m. *inflammatio*, *pustula ardens*, Exod. 9, 9. 10. 11. Le-uit. 13, 18. 19. 20. Deut. 28, 27. 35. 2 Reg. 20, 7. Hiob. 2, 7. etc. à rad. שחן Chald. et Syr. *caluit*, *incaluit*.

שָׁחִיס m. Ies. 27, 30. id. quod סָחִישׁ, quod vid.

שָׁחַף radix Hebraeis inusit. Chald. *tabuit*, Arab. سخف *tenuis ac macer euasit*. Inde sunt

שְׁחִיף m. *tenuitas*: vnde *tenuitas ligni*, i. e. *lignum tenue* et *leue*; al. *tectorium*, Ezech. 41, 16.

שַׁחַף m. *larus*, *cepphus*, auis *carnis* fere *expers*, quasi *tabe* laboret, Leuit. 11, 16. c. 14, 15.

שַׁחֶפֶת f. *tabes*, Leuit. 26, 16. Deut. 28, 22.

שַׁחַץ m. *elatio*, *proceritas*, à rad. Arab. شخص *elatus fuit*: vn-de *filii elationis* siue *proceritatis* sunt *animalia procera*, Hiob. 28, 8.

שָׁחַק *attenuauit*, *comminuit*. Praet. cum Vau Conuers. וְשָׁחַקְתָּ *et attenuabis*, *comminues*, Exod. 30, 36. pl. שָׁחֲקוּ *attenu-arunt*, *comminuerunt*, Hiob. 14, 18. Fut. cum Affixo אֶשְׁחָקֵם *at-tenuabo*, *comminuam illos*, 2 Sam. 22, 43. *Ps.* 18, 43.

שַׁחַק m. 1) *puluis*, terra *attenuata* et *comminuta*, Ies. 40, 15. 2) *nubes*, proprie *tenuis*, vel ex significatione radicis Arab. سحق

procul remotus fuit, Pſ. 89, 7. 38. pl. שְׁחָקִים *nubes*, Deut. 33, 26. Pſ. 36, 6. Ieſ. 45, 8. etc. per Metonymiam *coelum*, Pſ. 18, 12. Pſ. 89, 7.

שָׂחַק, alias צחק, *riſit*, Pſ. 52, 8. *Prou.* 31, 25. Hiob. 5, 22. et cum ב, ל, אֶל et עַל conſtructum, *irriſit*, *deriſit*, Pſ. 2, 4. Pſ. 37, 13. Pſ. 59, 9. Prou. 1, 26. Hiob. 29, 24. c. 30, 1. c. 39, 22. c. 41, 21. it. *luſit*, etiam *inſtrumentis muſicis*, Iud. 16, 27. 2 Sam. 18, 7. 2 Sam. 2, 14. c. 6, 5. 21. 1 Chron. 13, 8. c. 15, 29. Pſ. 104, 27. Prou. 8, 30. 31. Hiob. 40, 20. Zach. 8, 5. Praet. pl. שָׂחֲקוּ *riſerunt*, *irriſerunt*, Hiob. 30, 1. Thren. 1, 7. Infin. conſtr. שְׂחוֹק *ridere*, it. *ludere*, Iud. 16, 27. Eccleſ. 3, 4. Fut. אֶשְׂחָק *ridebo*, *irridebo*, *ridebam*, Prou. 1, 26. Hiob. 29, 24. יִשְׂחָק *ridebit*, *ridet*, *irridet*, Pſ. 2, 4. Hiob. 41, 21. pl. in pauſa יִשְׂחָקוּ *ridebunt*, Pſ. 52, 8. Pih. שִׂחֵק *riſit*, *deriſit*, it. *luſit*. Praet. cum Vau Conuers. וְשִׂחַקְתִּי *et ludam*, 2 Sam. 6, 21. Part. מְשַׂחֵק *ludens*, 1 Chron. 15, 29. *iocans*, Prou. 26, 19. pl. מְשַׂחֲקִים *ludentes*, 2 Sam. 6, 5. Zach. 8, 5. foem. מְשַׂחֶקֶת *ludens*, Prou. 8, 30. 31. pl. מְשַׂחֲקוֹת *ludentes*, 1 Sam. 18, 7. Infin. שַׂחֵק *ludere*, Pſ. 104, 26. Fut. תְּשַׂחֶק *ludes*, Hiob. 40, 29. יְשַׂחֵק *ludat*, Iud. 16, 25. pl. יְשַׂחֲקוּ *ludent*, *ludant*, *ludunt*, 2 Sam. 2, 14. Hiob. 40, 20. Hiph. part. pl. מַשְׂחִיקִים *deridentes*, *irridentes*, 2 Chron. 30, 10.

שְׂחוֹק m. 1) *riſus*, Pſ. 126, 1. Prou. 14, 13. Hiob. 8, 21. c. 14, 13. Eccleſ. 2, 2. c. 7, 3. 6. 7. metonymice *materia riſus* ſiue *Obiectum irriſionis*, Hiob. 12, 4. Ier. 20, 7. c. 48, 26. 27. 39. Thren. 3, 14. 2) *luſus*, Prou. 10, 23.

מִשְׂחָק m. *Obiectum irriſionis*, Habac. 1, 10.

שָׁחַר 1) *niger fuit* vel *factus eſt*, *denigratus eſt*, Hiob. 30, 30. 2) *quaeſiuit*, *inquiſiuit*, proprie *ſcidit*, *fidit*, vt. Arab. شحر. Verba autem *findendi* referuntur tum ad rei *ortum* et *eruptionem*, vnde et Arab. شحر *apertura*; tum ad rei *explorationem* et *inquiſitionem*. Vid. ſuo loco בקר. Duae iſtae ſignificationes, toto coelo diuerſae, forſitan quondam in Hebraiſmo florente diuerſa litterae ח pronunciatione, de qua conf. ſupra p. 279. diſtinctae fuerunt. Part. praeſ. שֹׁחֵר *quaerens*, Prou. 11, 27. Pih. שִׁחֵר *ſtudioſe quaeſiuit* et *inueſtigauit*, it. *mane fecit*, q. d. *matutinauit*, petita ſignificatione à שַׁחַר *aurora*, *diluculum*. Praet. cum Affixo שִׁחֲרוֹ pro שִׁחֵר לוֹ, q. d. *matutinauit* i. e. *mature adhibuit ei*, *Prou.* 13, 24. qui tamen locus commode explicari poteſt: *diligenter inquiſiuit eum diſciplinâ*, ne ſcil. degeneret. Cum Vau Conuers. et Affixo וְשִׁחַרְתַּנִי *et quaeres me*, Hiob. 7, 21. Part. pl. משחרים

מְשַׁחֲרֵי *studiose quaerentes*, al. *mane surgentes*, in regim. מְשַׁחֲרֵי
Hiob. 24, 5. cum Affixo מְשַׁחֲרַי *studiose quaerentes me*, Prou. 8, 17.
Infin. שַׁחֵר *quaerere*, Prou. 7, 15. Fut. cum Affixo et Nun Epen-
thet. אֲשַׁחֲרֶךָּ *quaeram, quaero te*, Ps. 63, 2. Ies. 26, 9. תְּשַׁחֵר *quae-
res*, Hiob. 8, 5. pl. cum Nun Parag. יְשַׁחֵרוּן, vnde porro cum Af-
fixo יְשַׁחֲרֻנְנִי *studiose quaerent* vel *quaerunt me*, Prou. 1, 28. Hos. 5, 15.

שָׁחֹר m. *niger, nigrum*, Leuit. 13, 31. 37. pl. שְׁחֹרִים *nigri*, Zach. 6, 2. 6. f. שְׁחוֹרָה *nigra*, Cant. 1, 5. pl. שְׁחֹרוֹת *nigrae*, Cant. 5, 11.

שְׁחוֹר m. *nigredo*, Thren. 4, 8.

שַׁחַר m. 1) *fissio*, i. e. *ortus, eruptio*, vnde cum Affixo שַׁחְרָהּ *ortus, eruptio eius*, Ies. 47, 11. 2) *aurora, diluculum*, q. d. *ortus et eruptio lucis*, (vt בֹּקֶר,) Gen. 19, 15. c. 32, 24. 26. Ios. 6, 15. Iud. 19, 25. etc. conf. Verbum בקע de *aurora* Ies. 58, 8. *Obscuritatis* quoque notionem alicubi habere, vt Ies. 8, 20. c. 14, 12. Hos. 10, 15. Ioël. 2, 2. Amos. 4, 13. maxime vero in inscriptione Psalmi XXII. pluribus contendit THEOD. HASAEVS in *Histor. Crit. Reipubl. Litterar.* T. XII. p. 225. et T. XIII. Differt. 2. vt et in *Bibliothec. Brem.* Class. I. Fasc. 1. Differt. 3. cui tamen contradixerunt HILLERIVS in pec. Differt. ad Ies. 8, 20. et Celeb. VRIEMOET in *Obseruat. Miscell.* L. I. c. 10. §. 16. seq. qui admodum probabile fecit, Ps. 22, 1. per אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר intelligendam esse *tibiam*, ex osse *cervino* factam, quae *matutino tempore* primi diei paschatis siue 15 Nisan sacrificiis adhiberetur; conf. RELANDI *Antiquit. Hebr.* P. IV. c. 5. §. 14.

שַׁחֲרוּת f. (Nomen *Status*, à praecedenti *Denominatiuum*,) *iuuentus*, Eccles. 11, 10. q. d. *tempus aetatis matutinum*. Alii sic dictum volunt à *nigris capillis*, opposite ad *canitiem*.

שְׁחַרְחֹרֶת f. q. d. *nigra nigra*, i. e. *tota nigra, admodum nigra*, Cant. 1, 6.

מִשְׁחָר m. ABEN ESRAE et COCCEIO *tempus orientis aurorae* siue *diluculi*; potius *locus, plaga coeli, vbi aurora oritur et erumpit*: cui per Metaphoram tribuitur *vterus*, vnde *ros* prouenit, Ps. 110, 3.

שָׁחַת *corrupit, perdidit*, proprie, coll. Arab. *exstirpauit*. Sed in Kal non occurrit. Niph. praet. נִשְׁחַת *corruptus, um, est* vel *erat*, idque vel *physice* vel *moraliter*, Ier. 13, 7. c. 18, 4. foem. in pausa נִשְׁחָתָה *corrupta erat*, Gen. 6, 12. Part. foem. pl. נִשְׁחָתוֹת *corruptae, perditae*, Ezech. 20, 44. Fut. foem. תִּשָּׁחֵת *perdetur*, Exod.

Exod. 8, 24. Pih. שִׁחֵת *corrupit, perdidit*, idque vel *physice, abolendo, destruendo*, vt Gen. 13, 10. c. 19, 14. 29. Exod. 21, 20. Ier. 36, 29. c. 48, 18. c. 51, 20. etc. *exstirpando*, Amos. 1, 11. *occidendo*, Gen. 6, 17. c. 9, 15. Exod. 12, 23. *male impendendo*, (vt Lat. *perdere*,) Prou. 23, 8. Ezech. 28, 17. vel *moraliter*, subintellecto דֶּרֶךְ i. e. *vitae ratio*, (quod additur Gen. 6, 12.) vel עֲלִילוֹת, (quod additur Zephan. 3, 7. conf. Ezech. 20, 44.) *perdite egit*, Exod. 22, 7. Deut. 4, 16. c. 31, 29. Iud. 2, 19. Ps. 14, 1. Ies. 1, 4. Ezech. 16, 47. 2 Chron. 29, 2. etc. Praet. שִׁחַתָּ (pro שִׁחַתְּתָּ) *corrupisti, perdidisti*, Ies. 14, 20. Ezech. 28, 17. pl. שִׁחֲתוּ *perdiderunt*, 2 Reg. 18, 12. Ier. 12, 10. in pausa שִׁחֵתוּ Hos. 9, 9. Nah. 2, 3. שִׁחַתֶּם (pro שִׁחַתְּתֶּם) *corrupistis, perdidistis*, Malach. 2, 8. Infin. שַׁחֵת *perdere*, Gen. 6, 17. c. 13, 10. cum Affixo שַׁחֶתְכֶם *perdere vos*, Ezech. 5, 16. Imper. pl. in pausa שַׁחֵתוּ *perdite*, Ier. 5, 10. Hiph. praet. הִשְׁחִית *corrupit, perdidit*, (vario sensu, vt in Pih.) Gen. 6, 12. cum ו Conuers. וְהִשְׁחַתִּי (pro וְהִשְׁחַתְּתִּי) *et perdam, disperdam*, Ier. 51, 20. sic in pl. וְהִשְׁחַתֶּם *et perdite agetis*, Deut. 4, 25. Part. מַשְׁחִית *perdens*, et substantiue, *perditor*, Gen. 19, 14. 1 Sam. 13, 17. 2 Sam. 24, 16. Aliud vid. inter Nomina Deriuata. Pl. מַשְׁחִתִים *perdentes, corrumpentes, perdite agentes*, Gen. 19, 13. Ies. 1, 4. Ier. 6, 28. Infin. הַשְׁחִית *perdere, corrumpere, perdite agere* vel *agendo*, Deut. 31, 29. 1 Sam. 26, 15. Fut. אַשְׁחִית *perdam*, Gen. 18, 28. 31. 32. 2 Sam. 20, 20. תַּשְׁחִית *perdes, perdas*, Gen. 18, 28. Leuit. 19, 27. Sed אַל תַּשְׁחֵת *ne perdas*, Deut. 9, 26. ex quo loco desumta est inscriptio Psalmorum 57. 58. 59. et 75. vbi אַל תַּשְׁחֵת *materialiter* sumendum est, q. d. *Psalmus Al taschcheth*, i. e. *perditionis deprecatorius*. יַשְׁחִית *perdet, corrumpet, perdit, perdebat*, Ps. 78, 38. Prou. 11, 9. cum Vau Conuers. וַיַּשְׁחֵת *et perdidit*, 1 Chron. 20, 1. pl. cum Nun Parag. תַּשְׁחִתוּן *perdite agetis* vel *agatis*, Deut. 4, 16. c. 31, 29. Hoph. part. מָשְׁחָת *corruptus, um*, Prou. 25, 26. Aliud vid. statim inter Nomina. Foem. מָשְׁחָת *corruptum*, Malach. 1, 14. per Syncopen pro מָשְׁחֶתֶת.

שְׁחַת Chald. id. vnde Part. Pehil foem. שְׁחִיתָה *corruptum*, Dan. 2, 9. Aliud est

שְׁחִיתָה f. Chald. *corruptio*, i. e. *actio corrupta* et *mala*, Dan. 6, 5.

מַשְׁחִית m. *corruptio, perditio*, Exod. 12, 13. 2 Chron. 20, 23. c. 22, 4. Ezech. 5, 16. c. 9, 6. c. 21, 36. c. 25, 15. Dan. 10, 5. etc. Sic quoque dicitur *mons oliueti* prope Hierosolymam, 2 Reg. 23, 13. per Paronomasian quandam alludendo ad משח *oleo vnxit*.

מַשְׁחֵת m. *perditio*, cum Affixo מַשְׁחֵתוֹ *perditio sua*, Ezech. 9, 1.

מִשְׁחַת, masc. vel potius foem. per Syncopen ex מִשְׁחָתֶת, (vt מִשְׁרַת ex מִשְׁרֶתֶת,) *corruptio*, metonymice *res corrupta*, *corruptum*, Ies. 52, 14.

מָשְׁחָת m. *corruptio*, vnde cum Affixo מָשְׁחָתָם *corruptio eorum*, Leuit. 22, 25. Aliud vid. in rad.

שִׁטָּה f. Ies. 41, 19. vulgo *cedri* species, à *longitudine* et *proceritate*, coll. rad. Arab. שטט *longus, recta statura fuit*. Alii, vt BOCHARTVS in *Hieroz.* P. II. p. 402. et in *Phaleg* L. I. c. 4. SALMASIVS in *Homonym. Hyles Iatr.* c. 102. ANDR. MÜLLERVS in *Glossar. S.* p. 97. seq. RELANDVS in *Palaestin.* p. 521. OL. CELSIVS in *Hierobotan.* P. I. p. 499. seq. Celeb. SEB. RAV in Dissert. de *iis, quae ex Arabia in vsum Tabernaculi fuerunt petita* p. 17. seq. ex descriptione *Hieronymi* ad Ioël. 3. et Mich. 6. colligunt, esse *acaciam* siue *spinam Arabicam*, Arab. *santon*, Aegyptiis *schont*: vt שִׁטָּה dictum sit pro שִׁנְטָה; quod tamen negat CLERICVS ad Exod. 25, 5. quia ex *acacia* tabulae fieri nequeant, cum frutex sit nequaquam *procerus*. Conf. pluribus VRSINVS in *Arboret. Bibl.* p. 317. seq. HILLERVS in *Hierophyt.* P. I. c. 48. I. C. BIEL de *lignis ex Libano* Sect. I. §. 4. seq. et THEOD. HASAEVS in *Sylloge Dissert. et Obseruat. Philolog.* Diss. 4. Plur. masc. שִׁטִּים *acaciae*, Exod. 25, 5. 10. 13. 23. 28. c. 26, 15. 26. 32. 37. etc.

שָׂטָה *declinauit*, alias שׂוּט. Praet. foem. שָׂטִית *declinasti*, Num. 5, 19. 20. Imper. שְׂטֵה *declina*, Prou. 4, 15. Fut. יִשְׂטֶה, per Apocopen יֵשְׂטְ *declinet*, Prou. 7, 25. foem. תִשְׂטֶה *declinabit*, Num. 5, 12. 29.

שֵׂט m. *declinatio*, vid. sub rad. שׂוּט.

שָׁטַח *expandit*. Praet. pl. שָׁטְחוּ, vnde cum Vau Conuers. et Affixo וּשְׁטָחוּם *et expandent ea*, Ier. 8, 2. Part. שֹׁטֵחַ *expandens*, *expansionem faciens*, Hiob. 12, 23. Infin. absol. שָׁטוֹחַ *expandendo*, Num. 11, 32. Fut. cum Vau Conuers. וַתִּשְׁטַח *et expandit*, 2 Sam. 17, 19. pl. וַיִּשְׁטְחוּ *et expanderunt*, Num. 11, 32. Pih. praet. שִׁטַּחְתִּי *expandi*, Ps. 88, 10.

מִשְׁטַח m. *locus expansionis*, in regim. מִשְׁטַח Ezech. 26, 5. 14.

מִשְׁטוֹחַ m. id. Ezech. 47, 10.

שָׂטַם *odit*, *odio habuit*, *odio prosecutus est*. Fut. תִּשְׂטֹם, vnde cum Affixo תִּשְׂטְמֵנִי *odio prosequeris me*, Hiob. 30, 21. וַיִּשְׂטֹם *et odio habuit*, Gen. 27, 41. pl. cum Affixo יִשְׂטְמוּנִי *odio habent me*, Ps. 55, 4.

משטמה

מַשְׂטֵמָה f. *odium, infestatio*, Hos. 9, 7. 8.

שָׂטַן *aduersarius, infestus fuit*, et transitiue, *aduersatus est*, cum Accusat. Part. praes. שֹׂטֵן *aduersarius*, pl. שֹׂטְנִים *aduersarii*, in regim. שֹׂטְנֵי Ps. 71, 13. cum Affixo שֹׂטְנַי *aduersarii mei*, Ps. 109, 20. 29. Infin. constr. שְׂטֹן, vnde cum Affixo שִׂטְנוֹ *aduersari illi*, Zach. 3, 1. Fut. pl. cum Affixo יִשְׂטְנוּנִי *aduersantur mihi*, Ps. 38, 21. Ps. 109, 4.

שָׂטָן m. *aduersarius*, siue *homo*, vt 1 Sam. 29, 4. 2 Sam. 19, 23. 1 Reg. 5, 4. c. 11, 14. 23. 25. siue *angelus*, isque vel *bonus*, Num. 22, 22. 32. vel *malus* siue *diabolus*, qui *κατ' ἐξοχὴν Satan* vocatur, Ps. 109, 6. Hiob. 1, 6. 8. c. 2, 1. Zach. 3, 1. 2. 1 Chron. 21, 1.

שִׂטְנָה f. *aduersatio*, Esr. 4, 6. Est quoque Nomen *Propr. fontis*, Gen. 26, 21.

שָׁטַף *inundare, exundare:* dicitur tam de *aqua exundante*, Ps. 78, 20. 2 Chron. 32, 4. Ies. 30, 28. quam de *eo, qui* aliquid *aquae immergit* et *submergit*, vt *inundetur* sicque *abluatur*, Leuit. 6, 21. c. 15, 11. 12. 1 Reg. 22, 38. Ies. 43, 2. Ezech. 16, 9. metaphorice 1) de *copia*, *redundauit*, Ies. 10, 22. 2) de *equo*, *cum impetu currente*, instar *aquae inundantis*, (coll. Chald. שטף,) Ier. 8, 6. Praet. foem. שָׁטְפָה, cum Affixo שְׁטָפַתְנִי *inundauit me*, Ps. 69, 3. pl. שָׁטְפוּ, cum Affixo שְׁטָפוּנוּ *inundarunt nos*, Ps. 124, 4. Part. praes. שׁוֹטֵף *inundans, exundans*, Ies. 10, 22. Ezech. 13, 11. 13. *cum impetu currens*, Ier. 8, 6. pl. שֹׁטְפִים *inundantes, exundantes*, Ies. 26, 2. Fut. cum Vau Conuers. וָאֶשְׁטֹף *et immergendo ablui*, Ezech. 16, 9. תִּשְׁטֹף *inundas* (tu, o Deus! sponte nata eius puluere terrae), Hiob. 14, 19. transpositis vocibus, pro: *inundas puluere terrae sponte nata eius*, vt 1 Chron. 8, 8. vel תִּשְׁטוֹף est foem. referendum ad עָפָר siue eius synonym. עֲפָרָה, hoc sensu: *immergit sicque abluit puluis terrae sponte nata sua.* Aliter SCHVLTENS in *Animaduers.* et *Commentar.* יִשְׁטוֹף *inundabit*, Dan. 11, 26. pl. יִשְׁטְפוּ *inundent*, Ies. 47, 2. in pausa יִשְׁטֹפוּ *inundabunt*, Ies. 28, 17. *inundabant*, Ps. 78, 20. Niph. fut. יִשָּׁטֵף *immergetur, immergendo abluetur*, Leuit. 15, 12. pl. יִשָּׁטְפוּ *inundabuntur*, Dan. 11, 22. Pyh. praet. cum Vau Conuers. וְשֻׁטַּף *et immergetur, immergendo abluetur*, Leuit. 6, 21.

שֶׁטֶף et שֵׁטֶף m. *inundatio, exundatio;* sed fere vbique metaphorice sumitur, Ps. 32, 6. Prou. 27, 4. Hiob. 38, 25. Nah. 1, 8. Dan. 9, 27. c. 11, 22.

שָׁטַר, radix Hebraeis inusit. Arab. سطر *delineauit, scripsit*, vel potius سيطر *praefuit vt inspector.* Part. praes. שׁוֹטֵר *scriptor publicus*, vel potius *praefectus, inspector*, Prou. 6,7. 2 Chron. 26, 11. pl. שֹׁטְרִים *praefecti, inspectores*, Deut. 20,5.8.9. Iof. 3,2. 1 Chron. 26,29. in regim. שֹׁטְרֵי Exod. 5,14.15.19. Iof. 1,10. cum Affixo שֹׁטְרָיו *praefecti eius*, Exod. 5,6,10. Num. 11,16.

מִשְׁטָר m. *praefectura, moderatio*, cum Affixo מִשְׁטָרוֹ *praefectura, moderatio eius*, Hiob. 38,33.

שְׂטַר, vel potius per ש, שְׁטַר m. Chald. *latus*, Dan. 7,5. alias in Targum et Syr. סְטַר; Arab. *schatron*, Chald. item et Samar. צטר, q. d. *pars parti aduersa* siue *opposita*, vt צַד, à rad. Arab. شطر *aduersus fuit*.

שַׁי m. *munus*, Ps. 68,30. Ps. 76,12. Ies. 18,7. q. d. *exaequatio, retributio*, vt שַׁו, tanquam à שׁיה, alias שׁוה, *aequatus, exaequatus est*; sicut dicitur היה et הוה, חיה et חוה, ליה et לוה etc. vid. שַׁו sub שׁוה.

summatum est, 1 Reg. 7, 51. 2 Chron. 5, 1. Neh. 6, 15. Pih. שִׁלֵּם et שַׁלֵּם *integrum fecit*, *consummauit*, *perfecit*, *absoluit*, 1 Reg. 9, 25. *incolumem*, *saluum praestitit*, Hiob. 8, 6. it. *redintegrauit*, *compensauit*, Iud. 1, 7. spec. de *persolutione votorum*. Praet. pl. cum Vau Conuers. in pausa וְשִׁלֵּמוּ *et persoluent*, Ies. 19, 21. Part. מְשַׁלֵּם *redintegrans*, *compensans*, Deut. 7, 10. Ps. 31, 24. pl. מְשַׁלְּמִים *compensantes*, Ioël. 4, 4. in regim. מְשַׁלְּמֵי Ps. 38, 21. Infin. שַׁלֵּם *compensando*, *compensare*, Exod. 21, 36. Prov. 22, 27. cum Affixo שַׁלְּמִי το *compensare*, *persoluere meum*, Ps. 61, 9. Imper. שַׁלֵּם *persolue*, Ps. 50, 14. Eccles. 5, 3. foem. שַׁלְּמִי id. 2 Reg. 4, 7. Nah. 1, 15. Fut. אֲשַׁלֵּם *compensabo*, *persoluam*, Deut. 32, 41. Ps. 22, 26. cum ה Paragog. אֲשַׁלְּמָה Prou. 20, 22. in pausa אֲשַׁלֵּמָה Ion. 2, 10. יְשַׁלֵּם *compensabit*, Exod. 21, 34. 36. Leuit, 5, 16. *persoluit*, Ps. 37, 21. cum Affixo יְשַׁלֶּמְךָ *compensabit tibi*, 1 Sam. 24, 19. Pyh. part. מְשֻׁלָּם *consummatus*, *perfectus*, Ies. 42, 19. Fut. יְשֻׁלַּם *persoluetur*, *persoluitur*, Ps. 65, 2. *compensabitur*, *compensetur*, Ier. 18, 20. *compensatione afficietur*, *retributionem accipit*, Prou. 11, 31. c. 13, 13. Hiph. הִשְׁלִים *integrum fecit*, hinc *consummauit*, *perfecit*, *finiuit*, it. *pacificauit*, i. e. *pacem fecit* siue *initt*, et *pacatum reddidit*, petita significatione à Nomine שָׁלוֹם *pax*, it. *pacatus*, *tranquillus*. Praet. foem. הִשְׁלִימָה *pacem fecit*, Ios. 10, 4. c. 11, 19. pl. הִשְׁלִימוּ *pacem fecerunt*, Ios. 10, 1. Fut. תַּשְׁלִים, cum Affixo תַּשְׁלִימֵנִי *consummabis*, *finies*, *finis me*, Ies. 38, 12. 13. יַשְׁלִים *pacatos reddit*, Prou. 16, 7. it. *consummabit*, *perficiet*, Ies. 44, 26. 28. *perficit*, SCHVLTENSIO *dedit*, *tradit* (ius meum), i. e. *non defendit*, Hiob. 23, 14. cum Vau Conuers. וַיַּשְׁלֵם *et pacem iniit*, 1 Reg. 22, 45. foem. תַּשְׁלִים *pacem inibit*, Deut. 20, 12. pl. וַיַּשְׁלִימוּ *et pacem inierunt*, 2 Sam. 10, 19. 1 Chron. 19, 19. Hoph. praet. foem. הָשְׁלְמָה *pacata redditur*, (in *fut.* ob י in praeced. voce חַיַּת,) Hiob. 5, 23.

שְׁלַם Chald. id. Part. Pehil שְׁלִים *consummata*, *absoluta*, Esr. 5, 16. Aphel imper. הַשְׁלֵם *perfice*, *comple*, Esr. 7, 19.

שָׁלֵם m. *integer*, *physice* talis, i. e. *nulla ex parte diminutus*, *perfectus*, *consummatus*, *completus*, *absolutus*, Gen. 15, 16. Deut. 25, 15. c. 27, 6. Ios. 8, 31. 2 Chron. 8, 16. Prou. 11, 1. Amos. 1, 6. 9. metaphorice 1) *incolumis*, *saluus*, Gen. 33, 18. 2) *integer animo*, Gen. 34, 21. 1 Reg. 8, 61. 2 Reg. 20, 3. 1 Chron. 12, 38. 2 Chron. 15, 17. Ies. 38, 3. etc. Plur. שְׁלֵמִים *integri*, Gen. 34, 21. Nah. 1, 12. Foem. שְׁלֵמָה *integra*, *perfecta*, Deut. 25, 15. 1 Reg. 6, 7. Ruth. 6, 7. Prou. 11, 1. Amos. 1, 6. 9. pl. שְׁלֵמוֹת *integri*, *integrae*, Deut. 27, 6. Ios. 8, 31. שלום

שָׁלוּם m. *perfectus, consummatus*. Pl. שְׁלֻמִים *perfecti*, in regim. שְׁלֻמֵי 2 Sam. 20, 19. vbi *perfecti fidelium Israelis* sunt *perfecti inter fideles* vel *perfecte fideles Israelis*.

שָׁלוֹם m. 1) *pax*, Gen. 29, 6. Levit. 26, 6. Num. 6, 26. Deut. 2, 26. Iof. 9, 15. Iud. 4, 17. etc. vulgo huc refertur; sed invita significationis Formae פָּקוּד analogia, quae non est *Abstractorum*, sed *Concretorum*, coll. *Arcan. Form*. Sect. II. c. 5. Potius ergo pertinet ad rad. שלה *tranquillus fuit*, vnde cum Mem Heemantico *augmentatiuo*, שָׁלוֹם *tranquillitas summa* et *omnimoda*. In regim. שְׁלוֹם Gen. 37, 14. Esth. 2, 11. cum Affixo שְׁלוֹמְךָ *pax, tranquillitas tua*, Ier. 38, 22. in pausa שְׁלוֹמֶךָ Ief. 48, 18. Obad. 1, 7. 2) *summe tranquillus, pacatus*, 1 Reg. 2, 13. Pf. 120, 7. Pf. 147, 14. Hiob. 5, 24. c. 21, 7. pl. שְׁלֹמִים *tranquilli*, cum Affixo שְׁלֹמָיו *tranquilli ipsius*, i. e. tranquille cum ipso viuentes, Pf. 55, 21. Aliud est

שָׁלוֹם m. (cum ם *radicali* à שלם,) *saluus, incolumis*, Gen. 43, 27. 1 Sam. 25, 6. 2 Sam. 17, 3. c. 20, 9. 2 Reg. 9, 31. Ief. 41, 3. Zach. 8, 12.

שְׁלָם m. Chald. *pax*, Esr. 4, 17. emphat. שְׁלָמָא Esr. 5, 7. cum Affixo שְׁלָמְכוֹן *pax vestra*, Dan. 3, 31. c. 6, 26.

שִׁלּוּם m. in pl. שִׁלּוּמִים *redintegrationes, compensationes, retributiones*, Ier. 13, 19. Pf. 69, 23.

שֶׁלֶם m. *sacrificium eucharisticum*, Amos. 5, 22. q. d. *redintegratio, compensatio* beneficiorum diuinorum, coll. Verbo שלם in Pih. passim de *persolutione votorum*, vt Deut. 23, 22. Ief. 19, 21. Prou. 7, 14. sicut Lat. *hostia* dicitur ab *hostio* i. e. *penso, aequo*. Plur. שְׁלָמִים *sacrificia eucharistica*, Exod. 24, 5. Leu. 3, 1. In regim. שַׁלְמֵי Levit. 10, 14. cum Affixis שְׁלָמֶיךָ *sacrificia eucharistica tua*, Exod. 20, 24. שַׁלְמֵיכֶם *sacrificia eucharistica vestra*, Leuit. 7, 32. Num. 10, 10.

שׁוּלַמִּית f. *ex omni parte perfecta*: nomen mysticum sponsae Christi, Cant. 7, 1. alludens ad nomen vel *Salomonis*, vel *Hierosolymae*, tanquam à masc. שׁוּלָם (vi Formae) *perfectus perfectus*, i. e. *ab omni parte perfectus*.

שִׁלֵּם m. (Verbale Pihelicum,) *compensatio, retributio*, Deut. 32, 35.

שִׁלּוּם m. id. Mich. 7, 3. et שִׁלֻּם Hof. 9, 7. pl. שִׁלּוּמִים *compensationes, retributiones*, Ief. 34, 8.

שִׂלְמָה f. id. in regim. שַׂלְמַת Pſ. 91, 8.

שִׁלֻּמֹן (cum terminatione *augmentatiua,*) m. *compenſatio larga* et *ampla.* Pl. שַׁלְמֹנִים *compenſationes,* i. e. *praemia,* Ieſ. 1, 23.

שַׁלְמָן m. id. ſec. HILLERVM in Differt. de *Schod Schalman Beth Arbel,* et in *Syntagm. Hermeneut.* p. 257. ſeq. vnde in regim. שַׁלְמַן Hoſ. 10, 14.

שַׂלְמָה f. transpoſitis litteris id. cum שִׂמְלָה *veſtis,* (quod vid. infra,) Exod. 22, 8. 1 Reg. 11, 29. 30. Pſ. 104, 2. Mich. 2, 8. *In* regim. שַׂלְמַת Exod. 22, 25. cum Affixo שַׂלְמָתוֹ *veſtis ſua,* Deut. 24, 13. pl. שְׂלָמוֹת *veſtes,* Ioſ. 9, 5. 1 Reg. 10, 25. cum Affixo שַׂלְמוֹתֵינוּ *veſtes noſtrae,* Ioſ. 9, 13.

שָׁלַף *extraxit,* Ruth. 4, 7. et *imperſonaliter,* per Ellipſin Nominis אִישׁ, Pſ. 129, 6. et de *gladio, ſtrinxit,* Iud. 3, 22. c. 8, 20. Hiob. 20, 25. Part. praeſ. שֹׁלֵף *ſtringens,* Iud. 8, 10. 2 Sam. 24, 9. pl. שֹׁלְפִים *ſtringentes,* in regim. שֹׁלְפֵי Iud. 20, 25. Pahul foem. שְׁלוּפָה *ſtrictus,* (de *gladio,*) Num. 22, 23. Ioſ. 5, 13. et שְׁלֻפָה Num. 22, 31. Imper. שְׁלֹף *ſtringe,* Iud. 9, 54. 1 Sam. 31, 4. Fut. cum Vau Conuers. וַיִּשְׁלֹף *et extraxit,* Ruth. 4, 8. ſed cum Affixo וַיִּשְׁלְפָהּ *et ſtrinxit eum,* 1 Sam. 17, 51.

שָׁלוֹשׁ maſc. (ſaltem terminatione,) *Numerale Cardinale, tres, tria,* Gen. 11, 13. Exod. 6, 18. Leuit. 19, 23. Num. 22, 28. 32. 33. etc. numerus dictus à *firmitate* et *robore,* ſiue id referas ad *digitum medium,* in quem inter numerandum ad digitos numerus *ternarius* incidit, quique reliquos digitos *robore* ſuperat; ſiue potius, quia quicquid *triplicatum* eſt, habetur pro *firmiore,* ſec. illud Salomonis Eccleſ. 4, 12. et ore *trium* teſtium veritas ita *confirmabatur,* vt pluribus non eſſet opus, Deut. 17, 6. Sic Aduerbium Graec. τρὶς in Compoſitis ſignificationem intendere ſolet. Graeci pro eo dicunt τρεῖς, Lat. *tres,* (mutato pro more priore ש in τ,) vnde videri queat, שָׁלוֹשׁ dici pro שָׁרוֹשׁ, et hoc pro שְׁרָשׁ, à rad. שׁר *firmus fuit,* vltimo ר abiecto; ſicut in שַׁרְשָׁה pro שַׁרְשְׁרָה *catena,* pro quo Chaldaei dicunt שַׁלְשֶׁלֶת, mutato ſimiliter ר in ל. Poteſt tamen etiam deriuari à rad. Arab. ثلث, quae notionem habet *firmitatis:* vnde fut. يثلث *ſtabilis* ſiue *firmus eſt,* et ذو ثلاث *funis firmus,* ذو ثلاثة أركان *ſtabilis et conſtans,* etc. In reg. שְׁלֹשׁ Gen. 5, 22. Num. 31, 36. 43. שְׁלֹשׁ קִלְּשׁוֹן vid. ſuo loco קִלְּשׁוֹן. Foem. (ſaltem terminatione,) שְׁלֹשָׁה *tres, tria,* Gen. 6, 10. Exod. 2, 2. Num. 1, 43. Deut. 17, 6. Ioſ. 15, 14. Iud. 1, 20. etc. it. *tertius, tertia,*

Eſth.

Esth. 3, 12. 13. c. 8, 9. 12. c. 9, 1. 18. 1 Chron. 25, 20. 30. et שְׁלֹשֶׁת Gen. 30, 36. Exod. 3, 18. Leuit. 27, 6. Num. 4, 44. Ios. 1, 11. Cum Affixis שְׁלָשְׁתְּכֶם *tres vos*, Num. 12, 4. שְׁלָשְׁתָּם *tres illi*, q. d. *trias illorum*, Num. 12, 4. Ezech. 40, 10. c. 41, 16. Pl. שְׁלֹשִׁים *triginta*, Gen. 5, 16. Exod. 12, 40. 41. Leuit. 27, 4. Num. 4, 3. etc. sic sec. Kethibh 2 Sam. 23, 13. vbi Kri habet שְׁלֹשָׁה, it. *trigesimus, a, um*, 1 Reg. 16, 23, 29. 2 Reg. 13, 10. c. 15, 8. 13. 17. 2 Chron. 15, 19. c. 16, 1. 12. Neh. 5, 14. etc. Inde formatum est Verbum in Pihel

שִׁלֵּשׁ 1) *in tres partes diuisit*, 2) *tertio* aliquid *fecit*, q. d. *tertiauit*, 3) *tertio die* aliquid *fecit*. Praet. cum Vau Conuers. וְשִׁלַּשְׁתָּ *et in tres partes diuides*, q. d. *tripartieris*, Deut. 19, 3. it. *tertio die* id *facies*, 1 Sam. 20, 19. Imp. pl. in pausa שַׁלֵּשׁוּ *tertio facite*, 1 Reg. 18, 34. Fut. pl. cum ו Conuers. in pausa וַיְשַׁלֵּשׁוּ *et tertio fecerunt*, ibid. Pyhal part. מְשֻׁלָּשׁ *triplicatus*, Eccles. 4, 12. it. *triplicatus anno* siue *cui triplicatus est annus*, i. e. *triennis*, KIMCHIO et BVXTORFIO *triplicatum partu* siue *tertium partu*, Gen. 15, 9. foem. מְשֻׁלֶּשֶׁת *triennis*, Gen. 15, 9. sed pl. מְשֻׁלָּשׁוֹת *triplicata*, per *tres* scil. *contignationes*, Ezech. 42, 6.

שְׁלִישִׁי m. Adiect. *Numerale, Ordinale, tertius*, (tanquam à שָׁלִישׁ,) Gen. 2, 14. Exod. 19, 1. 16. Leuit. 7, 17. 18. Num. 7, 24. Ios. 9, 17. etc. sic sec. Kethibh 2 Sam. 23, 18. vbi Kri habet שְׁלֹשָׁה *trium*. Pl. שְׁלִישִׁים *tertii, tertiani, a*, Gen. 6, 16. Num. 2, 24. 1 Sam. 19, 21. 2 Reg. 1, 13. Ezech. 42, 3. Foem. שְׁלִישִׁיָּה *tertia*, scil. *regio*, Ies. 19, 24. et subintellecto שָׁנָה, *tertius annus*, Ies. 15, 5. Ier. 48, 34. (vbi tamen aliter intelligit LIGTFOOT, vid. *Onomast. V. T.* p. 400.) et alia terminatione foem. שְׁלִישִׁית *tertius, a, um*, 1 Reg. 18, 1. 2 Reg. 19, 29. Hiob. 42, 14. Ies. 37, 30. Zach. 6, 3. etc. et (subintellecto חֵלֶק *pars*,) *tertia pars*, Num. 15, 6. 7. 2 Sam. 18, 2. 2 Reg. 11, 5. 2 Chron. 23, 4. Neh. 10, 33. Ezech. 5, 2. Zach. 6, 3. etc. cum ה Paragog. שְׁלִישִׁתָה *vsque ad tertium, vsque ad tertiam vicem*, Ezech. 21, 19. cum Affixo שְׁלִישִׁיתֵךְ (cum Iod superfluo, pro שְׁלִישִׁתֵךְ) *tertia pars tui*, Ezech. 5, 12.

שָׁלִישׁ 1) *mensurae species, tres partes* Totius continens, scil. (vt quidam volunt,) *bathi*: vulgo *triens* siue *triental*; rectius sec. LVD. de DIEV id. cum סְאָה *satum*, quod est *tertia* pars Ephae, coll. Aethiop. ሥለስ, (quod in Versione N. T. ponitur pro σάτον,) Ps. 80, 6. Ies. 40, 12. 2) instrumentum *musicum, tribus fidibus constans*: vt עָשׂוֹר *decem*,) *trichordium*, al. *triangulum*, in pl. שָׁלִשִׁים (seruato (ָ), distinctionis ergo à שְׁלִישִׁים *tertii*,) 1 Sam. 18, 6. 3) nomen

men dignitatis, *dux*, *tribus* cohortibus praefectus, vt שַׂר vniuersi exercitui; vel, vt alii volunt, *tertius à rege*, 2 Reg. 7, 2. 17. 19. cum Affixo שָׁלִישׁוֹ (seruato similiter Kamez,) *dux eius* vel *suus*, 2 Reg. 15, 25. et secundum Kri 2 Reg. 9, 25. vbi Kethibh habet שָׁלִשׁוֹ. Plur. שָׁלִישִׁים *duces*, Exod. 14. 7. 2 Reg. 10, 25. Ezech. 23, 15. 23. et sec. Kri 1 Chron. 11, 11. c. 12, 19. vbi Kethibh habet שְׁלוֹשִׁים *triginta*. Cum Affixo שָׁלִישָׁיו *duces eius*, Exod. 15, 4. 1 Reg. 9, 22. 2 Chron. 8, 9. Eius *Denominatiuum* est

שָׁלִישִׁי m. *ducalis*, *e*; vnde *caput* siue *princeps ducalis*, i. e. *ducalis dignitatis*, 2 Sam. 23, 8. Pl. שָׁלִישִׁים *ducalia*, i. e. *ducibus digna*, *excellentia*, sec. Kri Prou. 22, 20. quod quidam exponunt *triplicata*, i. e. *triplici filo nexa*, coll. Eccles. 4, 12. sed Kethibh habet שִׁלְשׁוֹם *nudius tertius*, i. e. *iam dudum*.

שִׁלֵּשִׁים pl. m. (Verbale Pihelicum,) *tertiae generationes*, q. d. *generationes triplicatae*, Gen. 50, 23. Exod. 20, 5. c. 34, 7. Num. 5, 9. Deut. 14, 18.

שִׁלְשׁוֹם *nudius tertius*, compos. ex שָׁלשׁ יוֹם, per Synecdochen, *antea*, *iam dudum*, Gen. 31, 2. 5. Exod. 4, 10. Deut. 4, 42. Ios. 3, 4. 1 Sam. 4, 7. Ruth. 2, 11. etc.

מְשַׁלֵּשׁ m. *triplicatio*, *trias*, Gen. 38, 24. nisi מ potius sit Praefixum, excidente Dagesch Forti; sicut in מִלְאֹם Gen. 25, 23. מִקְצֵה Deut. 28, 64. etc. Sic certe LXX intellexerunt.

שָׁם *ibi*, vid. infra sub rad. שמה.

שֵׁם m. *nomen*, Gen. 2, 11. Exod. 1, 15. Leuit. 18, 21. Num. 11, 34. Deut. 9, 11. Ios. 8, 9. etc. vulgo deducunt à rad. Syr. שמה vel שמי, Aethiop. שמי *nominauit*; sed haec potius à Nomine שֵׁם formata est, vt recte monet SCHULTENS in *Comment.* ad Hiob. 1, 1. Mallem ego cum HILLERO in *Gram. Hebr.* p. 425. deducere à rad. Arab. وسم *designauit*, in 4 Coniug. *notauit*, *notum fecit*, (vt sit pro וְשֵׁם, per Aphaeresin primae radicalis Iod, ad Formam יֵדַע à ידע,) sicut Lat. *nomen* dicitur à *noscendo*. *Nomina* enim sunt rerum *notae* et *signa*, dicentibus ARISTOTELE et CICERONE. Quae deriuatio confirmare posset sententiam PERIZONII in *Origin. Babylon.* c. 11. qui שֵׁם Gen. 11, 4. per *signum* exponit, (coll. Ies. 55, 13. vbi שֵׁם et אוֹת coniunguntur, 2 Sam. 8, 13. et Graec. σῆμα *signum*; sicut et Lat. *signum* pro *nomine* dicitur;) cui quoque assentitur IOH. WESSELIUS in *Dissert. S.* p. 140. 141. Vid. tamen in contrarium DEYLINGIUS in *Obseruat. S.* P. III. p. 36. seq. et SCHARBAU in *Parerg. Philol. Theol.* P. III. p. 152. Meto-

nimice denotat 1) *famam*, vt Gen. 6, 4. Deut. 26, 19. Pf. 22, 3. E. 48, 11. Pf. 135, 13. Eccl. 7, 1. ficut *nomen* pro *fama* etiam apud Latinos frequens eft, vid. *De la* CERDA ad VIRGIL. *Aeneid.* I. 613. 2) ipfam *perfonam nominatam*, fpec. *Deum* eiusque *virtutes*, Leu. 24, 11. 16. Deut. 28, 58. (vbi Textus Samarit. pro שֵׁם habet יהוה,) Pf. 20, 2. Pf. 72, 9. Pf. 113, 1. Pf. 115, 1. Ief. 30, 27. Ier. 44, 26. Mich. 5, 4. (conf. FESSELII *Aduerfar. S.* L. I. c. 18. et noftrum *Onomaft.* p. 481.) et *quicquid de eo praedicatur*: vt eius *mandatum*, Deut. 18, 19. Ier. 14, 14. et *auxilium*, 1 Sam. 17, 45. Pf. 20, 8. 2 Chron. 13, 11. 3) *filium* vel *pofteritatem*, per quam nomen paternum propagatur, Deut. 25, 7. 1 Sam. 24, 22. quo fenfu et HOMERVS *Odyff.* V. 710. ὄνομα de *prole* dixit. Cum Affixis שְׁמִי *nomen meum*, Gen. 48, 16. Exod. 3, 15. שִׁמְךָ *nomen tuum*, Gen. 17, 8. 2 Sam. 7, 26. In paufa שְׁמֶךָ Gen. 12, 2. Iud. 13, 17. cum ה Parag. שִׁמְכָה Ier. 29, 25. Plur. foem. שֵׁמוֹת *nomina*, Gen. 2, 20. Num. 1, 17. 20. in regim. שְׁמוֹת Gen. 25, 13. Exod. 1, 1. cum Affixo שְׁמוֹתָן *nomina earum*, Ezech. 23, 4.

שֻׁם (per Aphaerefin pro יְשֻׁם,) m. Chald. id. Dan. 4, 5. Efr. 5, 1. et שֵׁם, vnde cum Affixo שְׁמֵהּ *nomen eius*, Dan. 2, 20. 26. c. 4, 5. c. 5, 12. Pl. foem. שְׁמָהָן *nomina*, (affumto ה Epenthet.) in ftatu Emphat. שְׁמָהָתָא, vnde in regim. שְׁמָהַת Efr. 5, 4. cum Affixo שְׁמָהָתְהֹם vel, vt alii legunt, fed irregularius, שְׁמָהָתְהֹם *nomina illorum*, Efr. 5, 10.

שְׂמֹאל *finiftrum latus*, vid. infra fub rad. שמל.

שָׁמַד *perdidit, disperdidit, deleuit*, in Kal inufit. Niph. praet. cum Vau Conuerf. וְנִשְׁמַד *et perdetur*, Ier. 48, 8. 42. Ezech. 32, 12. וְנִשְׁמַדְתִּי *et perdar, delebor*, Gen. 34, 30. pl. נִשְׁמַדְנוּ *perditi fumus*, 2 Sam. 21, 5. Inf. הִשָּׁמֵד *perdendo*, vel potius, *pereundo*, Deut. 4, 26. cum Affixo הִשָּׁמְדָךְ *perdi te*, Deut. 28, 20. et more Chald. הִשָּׁמְדָךְ Deut. 28, 24. 45. 51. 61. Fut. יִשָּׁמֵד *perdetur*, Prou. 14, 11. Ief. 48, 19. Pl. cum Nun Parag. et in paufa תִּשָּׁמֵדוּן *perdemini*, Deut. 4, 26. Hiph. praet. הִשְׁמִיד *perdidit*, Deut. 2, 22. 2 Reg. 21, 9. הִשְׁמַדְתִּי *perdidi*, Amos. 2, 9. Infin. הַשְׁמֵד *perdendi*, vel nominaliter, *perditio*, Ief. 14, 23. et cum Iod הַשְׁמִיד *perdendo*, Amos. 9, 8. et הַשְׁמִד *perdere*, Deut. 9, 8. 19. 25. 2 Sam. 14, 16. et feruata punctatione Praeteriti, הִשְׁמִיד, vnde cum Affixis הִשְׁמִידְךָ τὸ *perdere tuum*, Deut. 7, 24. et הִשְׁמִידָם τὸ *perdere eorum*, Iof. 11, 14. Imper. הַשְׁמֵד *perde*, Deut. 33, 27. Fut. אַשְׁמִיד *perdam*, Ezech. 34, 16. Amos. 9, 8. יַשְׁמִיד *perdet*, Deut. 31, 3. Pf. 145, 20. cum Vau Con-

Conuerſ. וַיַּשְׁמֵד et perdidit, 1 Reg. 17, 12. 2 Reg. 10, 28. cum Affix. יַשְׁמִידֵם perdet eos, Deut. 9, 3. pl. cum ה Paragog. נַשְׁמִידָה perdamus. 2 Sam. 14, 7.

שְׁמַד Chald. id. Aphel infin. הַשְׁמָדָה perdere, disperdere, Dan. 7, 26.

שָׁמָה Hebraeis inuſit. Arab. سما altus fuit, et conſequenter, remotus fuit; ſicut à רום altum eſſe, eſt מָרוֹם locus remotus, Pſ. 10, 5. Sic Graecis veteribus σάμοι ſublimitates ſignificaſſe, teſtantur STRABO L. VIII. et X. et EVSTATHIVS ad HOMER. Iliad. XIII. et XXIV. Inde ſunt

שָׁם proprie remotum; ſed in Particulam abit, ſignificans ibi, illic, q. d. in loco remotiori, Gen. 2, 12. Deut. 10, 5. Pſ. 133, 3. Hiob. 3, 17. Amos. 7, 12. etc. it. eo, illuc, Deut. 1, 37. Iud. 18, 3. 1 Sam. 2, 14. 2 Sam. 17, 18. Ieſ. 57, 7. etc. Aliquando etiam de tempore vſurpatur, ſignificans tunc, q. d. tempore remotiori, (ſicut Lat. ibi et vbi etiam de tempore dicuntur,) Pſ. 14, 5. Pſ. 36, 13. Pſ. 132, 17. Prou. 8, 27. Hiob. 35, 12. Eccleſ. 3, 17. Ieſ. 48, 16. Cum ה Parag. accipit Dageſch Forte, שָׁמָּה, (vt alia finita in Kamez, e. g. בָּמָּה;) notatque eo, illuc, Gen. 19, 20. Deut. 4, 42. c. 12, 5. 11. Hiob. 1, 21. rarius ibi, illic, vt Ieſ. 34, 15. Ier. 18, 2. 1 Chron. 4, 41. etc. ſic ſec. Kri 2 Sam. 21, 12. vbi Kethibh habet שָׁם. Cum Praefixo מ. מִשָּׁם inde, illinc, Gen. 2, 10. c. 11, 8. 2 Reg. 7, 2. Hoſ. 2, 17. Praecedente Pronomine Relat. אשר, etiam שָׁם ſignificationem Relatiuam accipit: vt אֲשֶׁר שָׁם vbi, Gen. 13, 3. rarius quo, vt Iud. 18, 10. alias אֲשֶׁר שָׁמָּה Exod. 29, 42. Num. 35, 25. Iud. 18, 10. אֲשֶׁר מִשָּׁם vnde, Gen. 3, 23. c. 10, 14. etc.

שָׁמַיִם dual. maſc. coeli, ab altitudine, ſub Forma Dualis, ob geminum coelum, aëreum et ſidereum, Gen. 1, 1. 8. 9. Exod. 9, 22. 23. Deut. 32, 14. Ioſ. 10, 11. 13. 1 Sam. 5, 12. etc. Cum ה Parag. שָׁמַיְמָה in coelum, verſus coelum, Gen. 15, 5. Exod. 9, 8. 10. Ioſ. 8, 20. in regim. שְׁמֵי Deut. 10, 14. Pſ. 20, 7. cum Affixis שָׁמֶיךָ coeli tui, Deut. 28, 23. שְׁמֵיכֶם coeli veſtri, Leuit. 26, 19. Coelum coelorum eſt coelum altiſſimum, Deut. 10, 14. 1 Reg. 8, 27. Pſ. 68, 34. etc. Conf. GODOFR. THYMI pec. Diſſ. de voce שמים.

שְׁמַיִן dual. maſc. Chald. id. in Statu Emphat. שְׁמַיָּא coeli, Dan. 2, 18. 37. 38. 44. c. 4, 8. 10. c. 5, 26. c. 7, 2. Eſr. 5, 11. 12. c. 6, 9. 10. c. 7, 12. etc. metonymice Deus, Dan. 4, 23. Coelum pro Deo in ſcriptis Iudaeorum et gentilium frequenter occurrere, multis exemplis probant auctores, laudati à LAMPIO in Commmentar. in Iob T. I. p. 561. WOLFFIO in Curis Crit. ad Matth. 21, 25. et Ven

SCHLICH

SCHLICHTERO in *Decimis S.* p. 58. Conf. DEYLINGII *Obseruat.* P. I. n. 24. et PFOCHENII Diatr. de *linguae Graec. N. T. puritate* §. 50.

שָׂמַח et שָׂמֵחַ *gauisus, laetatus est,* sequentibus Particulis בְּ, עַל, אֶל, לְ et מִן, *Obiectum* siue *materiam laetitiae* designantibus. Praet. pl. שָׂמְחוּ *laetati sunt,* Ps. 35, 15. Ies. 9, 2. in pausa שָׂמֵחוּ Neh. 12, 43. Infin. constr. שְׂמֹחַ *gaudere, laetari,* Ps. 106, 5. Eccles. 3, 12. Imper. שְׂמַח *gaude, laetare,* Deut. 33, 18. Prou. 5, 18. Foem. שִׂמְחִי id. Thren. 4, 21. Zach. 2, 14. in pausa שְׂמָחִי Ioël. 2, 21. Fut. אֶשְׂמַח *gaudebo, laetabor,* Ps. 104, 34. Hiob. 31, 25. 28. cum ה Paragog. אֶשְׂמְחָה Ps. 9, 3. יִשְׂמַח *laetabitur, laetatur, laetetur,* Ps. 14, 7. Prou. 17, 21. pl. תִּשְׂמְחוּ *gaudebitis,* sec. Kri Ies. 50, 11. (sed Kethibh habet תִּשְׂמְחִי *gaudebis,* in sing. foem.) יִשְׂמְחוּ *laetabuntur, laetantur, laetentur,* Ps. 35, 19. 24. 1 Chron. 16, 31. in pausa יִשְׂמָחוּ Ps. 34, 3. Ies. 65, 13. foem. תִּשְׂמַחְנָה *laetentur,* 2 Sam. 1, 20. Pih. praet. cum Vau Conuers. וְשִׂמַּח *et laetificabit, exhilarabit,* Deut. 24, 5. cum Affixo שִׂמְּחָהוּ *exhilarauit eum,* Ier. 20, 15. pl. cum Affixo שִׂמְּחוּךָ *exhilararuut te,* Ps. 45, 9. Part. מְשַׂמֵּחַ *exhilarans,* Iud. 9, 13. pl. מְשַׂמְּחִים *exhilarantia,* in regim. מְשַׂמְּחֵי Ps. 19, 9. Infin. שַׂמֵּחַ *exhilarando,* Ier. 20, 15. Imper. שַׂמַּח *exhilara,* Ps. 86, 4. et שַׂמֵּחַ Prou. 27, 11. Fut. יְשַׂמַּח *exhilarabit, exhilarat,* Ps. 104, 15. Prou. 10, 1. cum Affixo et Nun Epenthet. יְשַׂמְּחֶנָּה *exhilarat illud,* Prou. 12, 25. pl. יְשַׂמְּחוּ *exhilarabunt, exhilarant,* Ps. 45, 5. Hos. 7, 3. Hiph. praet. הִשְׂמַחְתָּ *exhilarasti,* Ps. 89, 43.

שָׂמֵחַ m. *laetus, gaudens,* Deut. 16, 15. 2 Reg. 11, 14. 1 Chron. 29, 13. Esth. 5, 9. 14. Prou. 15, 13. Eccles. 2, 10. etc. Pl. שְׂמֵחִים *laeti, gaudentes,* Prou. 2, 14. Hiob. 3, 21. Amos. 6, 13. in regim. שְׂמֵחֵי Ps. 35, 26. et שִׂמְחֵי Ies. 24, 7. Foem. שְׂמֵחָה *laeta, gaudens,* Esth. 8, 15.

שִׂמְחָה f. *gaudium, laetitia,* 1 Reg. 1, 40. 1 Chron. 12, 40. Neh. 8, 12. 17. Ps. 4, 8. Prou. 10, 28. etc. metonymice *Obiectum* siue *materia gaudii,* Ps. 51, 11. Prou. 15, 23. Ies. 22, 13. In regim. שִׂמְחַת Ps. 43, 4. Ies. 30, 29. cum Affixis שִׂמְחָתִי *gaudium meum,* Ps. 137, 6. שִׂמְחַתְכֶם *laetitia vestra,* Num. 10, 10. Ies. 66, 5. pl. שְׂמָחוֹת *gaudia,* Ps. 16, 11. Ps. 45, 16.

שָׁמַט *misit, missum fecit, reliquit, dimisit, remisit, demisit,* (sinken oder fallen lassen,) *omisit, intermisit, intermissionem fecit.* Praet. cum Vau Conuers. et ה Paragog. וְשָׁמַטְתָּה *et intermissionem facies,* Ier. 17, 4. plur. שָׁמְטוּ *miserunt, demiserunt,* vel *deturbarunt, decusserunt,* (ex significatione radicis Samar.) 2 Sam.

6. 1 Chron. 13, 9. Infin. abfol. שָׁמוֹט *remittendo*, fcil. *remittat*, Deut. 15, 2. Imper. pl. cum Affixo שִׁמְטוּהָ *demittite eam*, fec. Kri 2 Reg. 9, 33. fed Kethibh habet שִׁמְטוּהוּ *demittite illud*, fcil. גֵּו vel גְּוִיָּה *corpus* Isabelis: quod Nomen etiam ad גֵּוֹ fubintelligendum eft Gen. 23, 3. 4. 6. 8. 11. 13. 15. Fut. cum Affixo et Nun Epenthet. תִּשְׁמְטֶנָּה *omittes, relinquat eum*, fcil. prouentum, Exod. 23, 11. coll. v. 10. pl. cum Affixo et Vau Conuers. וַיִּשְׁמְטוּהָ *et demiferunt eam*, 2 Reg. 9, 33. Niph. praet. pl. נִשְׁמְטוּ *demiffi funt*, al. *relicti funt*, Pf. 141, 6. Hiph. fut. תַּשְׁמֵט *omittat, relinquat, remittat*, Deut. 15, 3.

שְׁמִטָּה f. *omiffio, remiffio, intermiffio*: dicitur de *anno feptimo*, quo debita *remittebantur*, opus agricolationis *intermittebatur* et, vt quidam volunt, ferui atque feruae *dimittebantur*, Deut. 15, 1. 2. 9. c. 31, 10.

שְׂמִיכָה f. *fagma, ftragula villofa*, Iud. 4, 18. à *craffitie* et *denfitate*, vti volunt, coll. Chald. סומכא et Arab. سمك *craffities*; potius, quod in ea *cubari* foleat, pro סְמִיכָה, à rad. סמך *incubuit*, Syr. *difcubuit*, Aethiop. per *Sât*, *reclinauit*, *iacuit*, *recubuit*.

שָׂמַל radix Hebraeis inufit. Arab. شمل *undique comprehendit, cinxit, circumdedit, ambiuit*. Inde funt

שְׂמֹאל, et cum Vau otiofo, ex Cholem relicto, שְׂמאוֹל m. *finiftrum latus, finiftra manus*, Gen. 13, 9. Num. 20, 17. Deut. 2, 27. Iof. 1, 7. 1 Sam. 6, 12. 1 Reg. 7, 49. etc. et fec. quosdam *aquilo* fiue *pars mundi borealis*, Gen. 14, 15. Iof. 19, 27. et aduerbialiter, *finiftrorfum*, Hiob. 23, 9. Dicitur per geminum Syrismum, tum *Punctorum*, pro שְׂמָאל, tum *Litterarum*, pofito א pro ל geminando, pro שְׂמַלּוֹל, ad Formam בַּרְזֶל à ברל. Vocatur autem *finiftrum latus* à *cingendo* vel *circumdando* et *ambiendo*: quia *exteriori vefte*, (שִׂמְלָה) in humerum *finiftrum* reiecta, *circumdabatur*, cum è contrario latus *dextrum*, vt liberius agi poffet, magis nudum relinqueretur. Cum Affixo שְׂמֹאלוֹ *dextrum latus, dextra manus eius* vel *fua*, Gen. 48, 14. Iud. 3, 21. Inde formatum eft Verbum in Hiph.

הִשְׂמְאִיל et ex Syrifmo הִשְׂמִאל *finiftra manu egit, finiftra vfus eft*, it. *ad finiftrum latus deflexit*, q. d. *finiftrauit*. Part. pl. מַשְׂמְאִלִים *finiftra manu agentes, finiftra vtentes*, 1 Chron. 12, 2. Infin. הַשְׂמִיל (excluso א, pro הַשְׂמְאִיל,) *finiftrum latus petere, ad finiftrum latus deflectere*, 2 Sam. 14, 19. fic Imper. foem. הַשְׂמִילִי *ad finiftrum latus deflecte*, Ezech. 21, 21. Fut. cum ה Parag. אַשְׂמְאִלָה *ad finiftrum latus deflectam*, Gen. 13, 9. pl. תַּשְׂמְאִילוּ *ad finiftrum latus deflectetis*, Ief. 30, 21.

שְׂמָאלִי (cum terminatione *Possessiua*, tanquam à שְׂמָאל) et xcidente א, שְׂמָלִי m. *qui* vel *quod est ad latus sinistrum:* vulgo *inistir, um*, 1 Reg. 7, 21. 2 Chron. 3, 18. Ezech. 4, 4. Foem. שְׂמָאלִית *quae* vel *quod est ad latus sinistrum: sinistra, um*, Leuit. 14, 15. 6. 26. 27. 2 Reg. 11, 11. 2 Chron. 23, 10.

שִׂמְלָה f. *vestis*, proprie *exterior*, qua corpus, maxime vero atus *sinistrum, cingitur* et *circumdatur*, vt dextra manus libera naneat, obseruante Celeb. DAV. MILLIO in Differt. de *Commutatione vestium vtriusque sexus probibita* §. 16. qua ratione etiam Graeci sua ἱμάτια, et Romani *togas* suas gestabant. Conf. FERRARIVS de *re vestiar.* P. II. L. I. c. 6. et L. IV. c. 8. Occurrit Gen.), 23. Deut. 10, 18. Iud. 8, 25. Prou. 30, 4. Ies. 3, 6. 7. In regim. שִׂמְלַת Deut. 21, 13. c. 22, 5. cum Affixo שִׂמְלָתוֹ *vestis eius*, Exod. 22, 26. Deut. 22, 3. pl. שְׂמָלוֹת *vestes*, Gen. 45, 22. Exod. 3, 22. cum Affixo שִׂמְלֹתָיו *vestes suas*, Gen. 37, 34. Ios. 7, 6.

שָׁמַם *vastus fuit* vel *factus est*, *desolatus*, *vastatus est*, et liquoties, vti volunt, *actiue*, *desolauit*; metaphorice *obstupuit*, . d. *mente vastatus* et *disturbatus est*. Praet. foem. in pausa שָׁמֵמָה *desolata est*, Ezech. 35, 15. pl. שָׁמְמוּ *obstupuerunt*, Ies. 52, 14. Ezech. 27, 35. in pausa שָׁמֵמוּ *desolati sunt*, sec. Kri Ezech. 35, 12. bi Kethibh habet שְׁמָמָה *desolatio*, *solitudo*, scil. sunt, coll. Leit. 26, 33. Part. praes. שֹׁמֵם *desolatus, um*, Dan. 8, 13. (vbi *praeuaricatio deuastata* per Metonymiam est vrbs Hierosolyma *praeuaricata* ideoque *deuastata*,) c. 9, 27. Aliud vid. inter Nomina. lur. שֹׁמְמִים *desolati*, Thren. 1, 16. et terminatione Chald. שֹׁמְמִין Thren. 1, 4. foem. שֹׁמֵמָה *desolata*, 2 Sam. 13, 20. Ies. 54, 1. Thren. 13. pl. שֹׁמֵמוֹת *desolatae*, Ies. 49, 8. et pereunte (ֹ), שֹׁמְמוֹת Ezech. 6, 4. Aliud vid. inter Nomina: quo etiam pertinet שַׁמּוֹת Ezech. 6, 3. quod vulgo Infinitiuum esse volunt Formae mixtae. Imper. l. שֹׁמּוּ *obstupescite*, Ier. 2, 12. Fut. אֶשֹּׁם (more Chald. quo media radicalis deficiens in prima radicali compensatur,) vulgo *desolabo*, Ies. 42, 14. Sed incerta est Verbi significatio *actiua*. Malim rgo exponere *obstupesco*; sequitur: *et bio pariter*, i. e. *miror*; quemadmodum Graec. χαίνειν et Lat. *biscere* de *admirantibus* et *obstupescentibus* dici solet. Sic TREBELLIVS POLLIO in *Gallien.* c. 9. *Mira inbiatione mirantes*. Conf. Ezech. 36, 3. et de simili *stupore* Messiae Ies. 59, 16. c. 63, 5. Fut. 3 perf. יִשֹּׁם *obstupescet*, 1 Reg. 9, 8. Ier. 18, 16. sed pl. יָשֹׁמּוּ *obstupescent*, Ps. 40, 16. Iob. 17, 9. Niph. praet. foem. נָשַׁמָּה *desolata est*, Ier. 12, 11. Ezech. 28, 3.

28, 3. Zach. 7, 14. pl. נָשַׁמּוּ *desolati, ae, sunt*, Ies. 34, 8. Ioel. 1, 17. Zeph. 3, 6. it. *obstupefacti sunt*, Hiob. 18, 20. Part. foem. נְשַׁמָּה *desolata*, Ps. 69, 26. Ezech. 32, 15. pl. נְשַׁמּוֹת *desolatae*, Ies. 54, 3. Ier. 33, 10. Pih. part. מְשֹׁמֵם *deuastans*, Dan. 9, 27. c. 11, 31. it. *vehementer stupens, attonitus*, Esr. 9, 3. 4. Hiph. הֵשַׁם *desolauit*, it. *obstupuit, attonitus fuit*. Praet. הֲשִׁמּוֹתָ *desolasti*, Hiob. 16, 7. וַהֲשִׁמּוֹתִי *et desolabo*, Leuit. 26, 31. 32. Ezech. 30, 14. cum Affixo וַהֲשִׁמּוֹתִיהוּ *et desolabo eum*, Ezech. 14, 4. petita Forma tanquam à שׁוּם; sicut in חתם Ies. 33, 1. et חתת Habac. 2, 17. sed Versiones Orientales legerunt וַהֲשִׂמֹתִיהוּ *et ponam eum*, per שׂ. Pl. הֵשַׁמּוּ *desolarunt*, Ps. 79, 7. Ier. 10, 25. Part. Forma *Perfecta*, מַשְׁמִים *stupens, attonitus*, Ezech. 3, 15. Infin. similiter *perfecte*, הַשְׁמֵם *obstupescendo*, al. *desolando*, Mich. 6, 13. Imper. pl. הָשַׁמּוּ, in pausa pro הָשֵׁמּוּ, *obstupescite*, Hiob. 21, 5. Fut. אָשֵׁם, cum Affixo אֲשִׁמֵּם *desolem eos*, al. *in stuporem agerem eos*, Ezech. 20, 26. יַשִּׁים (more Chaldaico,) *deuastabit*, Ier. 49, 20. et regularius, יָשֵׁם, vnde cum Affixo et Vau Conuers. וַיְשִׁמֵּם *et desolauit eos*, 1 Sam. 5, 6. pl. וַנַּשִּׁים *et desolauimus*, Num. 21, 30. Hoph. infin. (more Chald.) הָשַּׁם *desolari*, vnde cum Affixo foem. sed excidente Mappik, הָשַּׁמָּה τὸ *desolari eius*, Leuit. 26, 34. 2 Chron. 36, 21. (vbi media radicalis deficiens dupliciter compensatur, sicut Iud. 18, 23.) et regularius, הוּשַׁם, cuius tamen ו, deducto accentu, praeter morem abiicitur, הָשַׁמָּה, (cum eodem Affixo sine Mappik,) vnde porro cum ב, בְּהָשַׁמָּה (pro בְּהָשַׁמָּהּ) *in τῷ desolari eius*, Leuit. 26, 43. Hithpah. fut. אֶשְׁתּוֹמֵם (pro אֶתְשׁוֹמֵם,) *obstupescebam apud me*, Ies. 63, 5. sic cum Vau Conuers. Dan. 8, 27. sed תִּשּׁוֹמֵם *deuastabis* siue *destrues te ipsum*, pro תִּתְשׁוֹמֵם, ת per Dagesch Forte sequenti שׁ inserto, Eccles. 7, 16. יִשְׁתּוֹמֵם *obstupescit apud se*, Ps. 143, 4. sic cum ו Conuers. Ies. 59, 16.

שְׁמַם vel שָׁמַם Chald. id. vnde Ithpahal praet. אֶשְׁתּוֹמַם pro אִתְשׁוֹמַם, et hoc ex Syrismo pro אִתְשׁוֹמַם,) *obstupuit apud se*, Dan. 4, 16.

שָׁמֵם m. *vastus, desolatus, um*, Thren. 5, 18. Dan. 9, 17. foem. שְׁמֵמָה *vasta, desolata*, Ier. 12, 11.

שׁוֹמֵם (Verbale ex Pih.) m. *desolatio*, metonymice *desolatum*, Thren. 3, 11. Dan. 9, 27. Huc quoque referri possunt הַפֶּשַׁע שֹׁמֵם *praeuaricatio desolationis*, Dan. 8, 13. (non obstante Articulo ה in voce *regente*, vt ibid. dicitur הֶחָזוֹן הַתָּמִיד,) et שִׁקּוּץ שֹׁמֵם *abominatio desolationis*, Dan. 12, 11. coll. 1 Macc. 1, 54. Matth. 25, 15. Vid. et supra in rad.

שׁוֹמֵמָה f. id. vnde pl. שׁוֹמֵמוֹת *desolationes*, Dan. 9, 26. in reg. שֹׁמְמוֹת Ies. 61, 4. cum Affixis שֹׁמְמֹתֵינוּ *desolationes nostrae*, Dan. 9, 18. שֹׁמְמֹתַיִךְ *desolationes tuae*, Ies. 49, 19. Aliud vid. in ipsa rad.

שְׁמָמָה f. *desolatio: desolatum*, Exod. 23, 29. Leuit. 26, 33. os. 8, 25. Ies. 1, 7. Ier. 4, 27. Ezech. 6, 14. etc. Plur. שְׁמָמוֹת *desolationes: desolata*, in regim. שִׁמְמוֹת Ier. 51, 26. 63.

שִׁמָמָה (Verbale Pihelicum, excidente Dagesch Forti ex litera scheuata,) f. *desolatio*, Ezech. 35, 7. pl. שִׁמָמוֹת *desolationes: desolata*, Ier. 25, 12. Ezech. 35, 9.

שַׁמָּה f. 1) *vastitas, desolatio*, 2 Chron. 30, 9. Ps. 73, 19. Ies. 5, . c. 13, 9. Ier. 2, 15. c. 14, 7. c. 18, 16. etc. 2) *stupor*, Ier. 8, 21. metonymice *Obiectum* siue *materia stuporis*, Deut. 28, 37. 2 Reg. 22, 19. Chron. 29, 8. Ier. 5, 30. c. 19, 18. c. 25, 9. etc. Pl. שַׁמּוֹת *desolationes*, Ps. 46, 9. quo etiam pertinet Ezech. 36, 3. (vbi vulgo Infinitiuum Formae compositae esse volunt,) qui locus reddi potest: *omnino propter desolationes et quia* (repetendo יַעַן) *inhiando* (scil. inhiant) *vobis*; vel *omnino propter stupores et quia inhiando* (inhiant) *vobis, admirabundi* scil. coll. supra Fut. Kal אָשֵׁם.

שִׁמָּמוֹן (cum terminatione *augmentatiua*,) m. *stupor maximus*, Ezech. 4, 16. c. 12, 19.

מְשַׁמָּה f. 1) *locus desolatus*, Ezech. 6, 14. c. 33, 28. 29. c. 35, 3. . מְשַׁמּוֹת *loca desolata*, Ies. 15, 11. Ier. 48, 34. 2) *Obiectum* siue *materia stuporis*, Ezech. 5, 15.

שְׂמָמִית vel, sec. alios codices, שְׁמָמִית f. Prou. 30, 28. vulgo *aranea*, BOCHARTO in *Hieroz*. P. I. L. IV. c. 7. *stellio, lacertae venenatae* species, (Graecis hodiernis voce cognata σαμιαμίνθη vel σαμίαμιθος, Arab. *samon* et *sowâmon*,) à rad. Arab. سم *veneno fecit*. Vid. de illo animalculo *Relat. Malabar*. Continuat. XIV. 1010. et XXXIX. p. 429.

שָׁמֵן vel שָׁמֵן *crassus, pinguis fuit* vel *factus est, pinguefactus est*. Praet. שָׁמַנְתָּ *pinguefactus es*, Deut. 32, 15. pl. שָׁמְנוּ *pinguefacti sunt*, Ier. 5, 25. Fut. cum Vau Conuers. וַיִּשְׁמַן *et pinguefactus est*, Deut. 32, 15. Hiph. imper. הַשְׁמֵן *crassum redde*, Ies. 6, 10. Vid. suo loco אֱוִיל. Fut. pl. וַיַּשְׁמִינוּ *et pinguefacti sunt*, (intransitiue,) Neh. 9, 25.

שָׁמֵן m. *crassus*, Iud. 3, 29. *pinguis, e*, Ies. 30, 23. Ezech. 34, 14. Hab. 1, 16. Foem. שְׁמֵנָה *pinguis, e*, Gen. 49, 20. Num. 13, 20. Ezech. 34, 16. Neh. 9, 25. 35.

שֶׁמֶן

שֶׁמֶן m. 1) *pinguedo*, Pf.109,24. Ief. 10, 27. c. 25, 6. c. 28, 1. 4 et fec. quosdam Pf. 104, 15. 2) *oleum*, à *pinguedine*, Gen. 28, 18. Exod. 25, 6. Leuit. 2, 1. Num. 4, 16. Deut. 8, 8. etc. Ipfam quoque *oleam* fignificare putatur 1 Reg. 6, 23. 32. 33. Ief. 41, 19. Pf. 92, 11. Neh. 8, 15. in quo poftremo tamen loco diferte à זית diftinguitur, vnde h. l. *citrum* intelligit CASTELLVS. Cum Affixo שַׁמְנִי *oleum meum*, Ezech. 16, 18. Hof. 2, 7. pl. שְׁמָנִים *pinguedines*, Ief. 25, 6. c. 28, 1. 4. it. *olea, vnguenta ex oleo*, Amof. 6, 6. cum Affixis שְׁמָנֶיךָ *olea, vnguenta tua*, Cant. 1, 3. f. שְׁמָנַיִךְ id. Cant. 4, 10.

אַשְׁמָן, vid. fub rad. אשם.

מִשְׁמָן m. proprie *locus, in quo eft pinguedo* fiue *pinguis*: vt *pars terrae pinguis*, Gen. 27, 28. 39. Dan. 11, 24. *pars carnis pinguis*, Ief. 10, 16. c. 17, 4. Pf. 78, 31. In regim. מִשְׁמַן Ief. 17, 4. pl. מִשְׁמַנִּים *loca pinguia*, in regim. מִשְׁמַנֵּי Gen. 27, 28. 39. Dan. 11, 24. cum Affixo מִשְׁמַנָּיו *carnis partes pingues eius*, Ief. 10, 16.

מַשְׁמָן m. id. in pl. מַשְׁמַנִּים *carnis partes pingues*, Neh. 8, 10.

שְׁמֹנָה mafc. (faltem terminatione,) *Numerale Cardinale*, *octo*, Gen. 5, 4. Exod. 26, 2. Iud. 3, 8. 14. 2 Sam. 23, 8. 1 Reg. 7, 10. etc. it. *octauus*, 1 Reg. 15, 1. 2 Reg. 3, 1. c. 24, 12. 2 Chron. 13, 1. c. 34, 8. Ier. 52, 29. etc. Exinde nomen habet, quod in numerando ad digitos, digitus *medius*, reliquis *craffior*, numerum *octonarium* conficiat, ab inufit. שָׁמֵן *craffus*, vnde cum ה Parag. שְׁמֹנָה q. d. *ad craffum digitum vsque*. Foem. (faltem terminatione,) שְׁמֹנֶה *octo*, Gen. 14, 14. Exod. 26, 25. Num. 29, 29. Iud. 20, 44. 1 Sam. 17, 12. etc. it. *octauus, a*, 1 Chron. 24, 15. c. 25, 25. 2 Chron. 29, 17. in regim. שְׁמֹנַת Gen. 17, 12. Num. 2, 24. Plur. שְׁמֹנִים *octoginta*, Gen. 5, 25. 26. 28. Exod. 7, 7. Iud. 3, 30. 1 Sam. 22, 18. etc.

שְׁמִינִי m. (tanquam à שְׁמִין,) *Numerale Ordinale*, *octauus*, Exod. 22, 29. Leuit. 9, 1. Num. 6, 10. 1 Reg. 6, 38. etc. Foem. שְׁמִינִית *octauus, a*, Leuit. 25, 22. Aliud eft שְׁמִינִית 1 Chron. 15, 21. et in infcriptione Pfalmorum VI. et XII. Fuiffe genus inftrumenti *mufici*, colligitur ex 1 Chron. l. c. vbi עַל הַשְּׁמִינִית refpondet τῷ עַל עֲלָמוֹת *vna cum Alamoth* v. 20. fuit autem עֲלָמוֹת genus inftrumenti *mufici*: ergo et שְׁמִינִית. Qui *octochordon* exponunt, iis non fauet Forma vocis, quae potius *octauam* dicit: vnde patet, fuiffe potius inftrumentum reliquis *octauâ* (vt Muficis dicitur) refpondens, quale e. g. eft, quod *Violam* vulgo vocant.

שָׁמַע et שָׁמֵעַ in genere *audiuit, auribus percepit*, fpec. cum atten-

ttentione: *auscultauit*; (quomodo interdum cum ל vel אֶל con-
truitur, vt Ps. 34, 12. Hiob. 31, 35. Ies. 46, 3. 12.) et de *Deo*, *exau-*
diuit, Gen. 16, 11. c. 17, 20. Exod. 2, 24. c. 22, 22. 1 Reg. 8, 30.
Chron. 2, 6. Ps. 66, 19. Ies. 37, 4. etc. it. *cum assensu* et *obsequio*, *o-*
bediuit, constructum cum אֶת, Ios. 1, 18. Iud. 2, 17. cum אֶל, Gen.
8, 7. Deut. 18, 19. Ios. 1, 17. 2 Reg. 18, 31. 32. et frequentius cum
בְּקוֹל et לְקוֹל, vt Gen. 3, 17. c. 21, 17. c. 27, 13. Exod. 18, 19. Deut. 26,
4. Ios. 24, 24. Iud. 2, 20. 1 Sam. 12, 15. etc. sicut Graec. ἀκούειν et
Lat. *audire* atque *auscultare* etiam pro *obedire* veniunt; conf.
ECHNERI *Hellenolex.* L. II. c. 5. Metaphorice *intellexit*, Gen.
, 7. c. 41, 15. c. 42, 23. Deut. 28, 49. 2 Reg. 18, 26. Ies. 36, 11. Ier.
, 15. sicut idem Graec. ἀκούειν, obseruante PFOCHENIO de *lin-*
uae Graec. N. T. puritate §. 49. Praet. foem. שָׁמְעַתְּ (cum (ַ)
urtiuo sub ע,) *audiuisti*, *obediuisti*, 1 Reg. 1, 11. Ier. 22, 21. et cum
od שָׁמַעְתִּי (sec. Kethibh legendum שָׁמַעְתְּי, cum Iod Parag.) Ier.
, 19. pl. שָׁמְעוּ *audiuerunt*, *auscultarunt*, *obediuerunt*, Gen. 43,
5. Exod. 6, 9. Num. 14, 22. in pausa שָׁמֵעוּ Iud. 2, 17. 2 Reg. 17, 14.
o. Part. praes. שֹׁמֵעַ *audiens*, *auscultans*, *exaudiens*, *obediens*,
Gen. 42, 23. Deut. 21, 18. 20. 1 Sam. 2, 23. 24. cum Affixo שֹׁמְעוֹ *au-*
iens illud, 1 Sam. 3, 11. pl. שֹׁמְעִים *audientes* etc. Leuit. 24, 14.
Deut. 4, 12. in regim. שֹׁמְעֵי Ezech. 13, 19. Nah. 3, 19. cum Affixo
שֹׁמְעָ *audientes illud*, sec. Kethibh 2 Reg. 21, 12. sed Kri habet
שֹׁמְעָהּ *audiens illud*. Foem. שֹׁמַעַת Gen. 18, 10. 1 Reg. 10, 1. Infin.
bsol. שָׁמֹעַ *audiendo* etc. Exod. 15, 26. Deut. 1, 16. infin. constr.
שְׁמֹעַ *audire* etc. Num. 30, 9. Deut. 17, 12. et cum Cholem pleno
s. 28, 12. Ier. 19, 15. sic sec. Kri Ier. 17, 23. (in cuius signum Maso-
thae ו in Textu pro more traiecerunt,) cum Affixo שָׁמְעֲךָ τὸ
udire tuum, 2 Sam. 5, 23. 2 Reg. 22, 9. cum ה Paragog. שָׁמְעָה,
uod deinde cum Affixo in ת mutatur, vti volunt, שָׁמְעָתוֹ τὸ *au-*
re eius, Ies. 30, 19. Imper. שְׁמַע *audi* etc. Gen. 21, 12. Exod. 18, 19.
um ה Paragog. שִׁמְעָה Ps. 17, 1. Hiob. 32, 10. in pausa שְׁמָעָה Dan.
19. pl. שִׁמְעוּ *audite*, Gen. 37, 5. Num. 12, 6. in pausa שְׁמָעוּ Ies.
, 18. Ezech. 33, 30. cum Affixo שְׁמָעוּנִי *audite me*, Gen. 23, 8.
Chron. 28, 2. foem. שְׁמַעְנָה *audite*, Ies. 32, 9. Ier. 9, 19. et abiecto
, שְׁמַעַן (cum (ַ) Furtiuo sub ע, vti volunt,) Gen. 4, 23. Fut. אֶשְׁמַע
diam etc. Exod. 5, 2. 2 Sam. 19, 36. cum ה Paragog. אֶשְׁמְעָה Num.
8. Ps. 85, 9. יִשְׁמַע *audiet* etc. Exod. 6, 30. Deut. 18, 19. pl. נִשְׁמַע
diemus, Exod. 24, 7. Ios. 1, 17. cum ה Paragog. נִשְׁמְעָה 2 Sam. 17,
in pausa נִשְׁמָעָה Exod. 20, 19. תִּשְׁמְעוּ *audietis*, *auscultabitis* etc.

Gen.

Gen. 34, 17. Exod. 19, 5. in pausa תִּשְׁמָעוּ Deut. 13, 4. 2 Sam. 15, 36.
cum Nun Paragog. תִּשְׁמְעוּן Deut. 7, 12. Ier. 17, 24. et simul in pausa
תִּשְׁמָעוּן Deut. 1, 17. c. 18, 15. etc. Niph. praet. נִשְׁמַע *auditus, auditum est*, Gen. 45, 16. 1 Reg. 6, 7. it. *auscultans* vel *obediens factus est*, vel sensu *reciproco, auscultantem, obedientem se praebuit*. Pl. נִשְׁמְעוּ *audita, exaudita sunt*, Dan. 10, 12. Part. pl. נִשְׁמָעִים *qui, quae audiuntur*, Eccles. 9, 16. 17. foem. נִשְׁמָעָה *audita*, Ier. 51, 46. Infin. הִשָּׁמַע *audiri*, Esth. 2, 8. Fut. יִשָּׁמַע *audietur*, *audiatur*, *audiebatur*, 1 Sam. 1, 13. Ies. 60, 18. pl. יִשָּׁמְעוּ *auscultantes, obedientes fiunt*, vel *reciproce, auscultantes, obedientes se praebent*, 2 Sam. 22, 45. Ps. 18, 45. sed וַיִּשָּׁמְעוּ *et audita sunt*, 1 Sam. 17, 31. Pih. fut. cum Vau Conuers. וַיְשַׁמַּע *et audire fecit*, *audiendum proposuit*, 1 Sam. 15, 4. c. 23, 8. Hiph. הִשְׁמִיעַ *audire fecit*, 1 Reg. 15, 22. 2 Reg. 7, 6. it. *audiri fecit*, *audiendum dedit*, Ies. 45, 21. c. 62, 11. et in re *musica*, *personuit*. Praet. הִשְׁמַעְתָּ *audiri fecisti*, Ps. 76, 9. Part. מַשְׁמִיעַ *audiri faciens*, *audiendum dans*, *personans*, 1 Chron. 16, 5. Ies. 41, 26. pl. מַשְׁמִיעִים *audiri facientes*, *personantes*, 1 Chron. 15, 16. 28. c. 16, 42. Infin. cum ל, לְהַשְׁמִיעַ *ad faciendum audiri*, *ad personandum*, Ies. 58, 4. 1 Chron. 15, 19. 2 Chron. 5, 13. et excluso ה, לַשְׁמִיעַ Ps. 26, 7. Imper. הַשְׁמַע, cum Affixo הַשְׁמִיעֵנִי *audire me fac*, Ps. 143, 8. foem. הַשְׁמִיעִי, vnde cum Affixo הַשְׁמִיעִנִי id. Cant. 2, 14. c. 8, 13. Fut. אַשְׁמִיעַ *audire faciam*, Ies. 42, 9. *audiri faciam* vel *sinam*, Ezech. 36, 15. תַּשְׁמַע *audiri facias*, Iud. 18, 25. sed תַּשְׁמִיעֵנִי *audire facias me*, Ps. 51, 10. יַשְׁמִיעַ *audiri facit*, Ps. 106, 2. Ies. 42, 2. etc.

שְׁמַע Chald. id. Dan. 6, 15. Praet. שִׁמְעֵת *audiui*, Dan. 5, 14. 16. part. praes. plur. שָׁמְעִין *audientes*, *audiunt*, Dan. 3, 7. c. 5, 23. fut. יִשְׁמַע *audiet*, Dan. 3, 10. pl. תִּשְׁמְעוּן *audietis*, Dan. 3, 5. 15. Ithpehel fut. pl. יִשְׁתַּמְעוּן (pro יִתְשַׁמְעוּן) *auscultantes*, *obedientes fient* vel *sese exhibebunt*, Dan. 7, 27.

שֵׁמַע et שֶׁמַע m. *auditio*, *auditus*, Ps. 18, 45. Hiob. 42, 5. metonymice *id, quod auditur*, vel *auditum est*: vt *sonus*, (cantum exponit SCHVLTENS,) Ps. 150, 5. *fama*, *rumor*, (sicut Graec. ἀκοὴ et Lat. *auditio*,) Gen. 29, 13. Exod. 23, 1. Num. 14, 15. Deut. 2, 25. 1 Reg. 10, 1. Hiob. 28, 22. Ies. 23, 5. etc. Cum Affixo שִׁמְעֲךָ *fama tua* vel *de te*, Num. 14, 15. Deut. 2, 25.

שֹׁמַע m. *fama*, vnde cum Affixo שָׁמְעוֹ *fama eius*, Ios. 6, 27. c. 9, 9. Ier. 6, 24. Esth. 9, 4.

שְׁמוּעָה et שְׁמֻעָה f. proprie *auditio rei nouae*, hinc 1) *nuncium*,

ium, 1 Sam. 4, 19. 2 Sam. 4, 4. c. 13, 20. 2 Reg. 19, 7. 8. Pſ. 112, 7. Prou. 25, 25. Ieſ. 37, 7. Ier. 10, 22. Ezech. 7, 26. etc. ſpec. *diuinum: praedicatio*, Ieſ. 28, 9. c. 53, 1. 2) *fama*, 1 Sam. 2, 24. 1 Reg. 10, 1. Prou. 15, 30. 2 Chron. 9, 6. metonymice *res, de qua rumor vel fama eſt, de qua nuncium fertur*, Ezech. 16, 56. In regim. שְׁמֻעַת 1 Sam. 4, 4. cum Affixo שְׁמֻעָתֵנוּ *nuncium noſtrum, praedicatio noſtra*, Ieſ. 53, 1. pl. שְׁמֻעוֹת *rumores*, Dan. 11, 44.

הַשְׁמָעוּת (Verbale ex Hiph.) f. q. d. *audire factio*, i. e. *relatio, annunciatio*, Ezech. 24, 26.

מִשְׁמָע m. *id, de quo auditur, auditum*, in regim. מִשְׁמַע Ieſ. 11, 3.

מִשְׁמַעַת f. 1) *auditio, audientia, interior ad audiendum admiſſio*: vnde cum Affixis מִשְׁמַעְתֶּךָ (in pauſa,) *interior admiſſio ad audiendum te*, 1 Sam. 22, 14. (de Dauide, *interioris admiſſionis* apud Saulem,) מִשְׁמַעְתּוֹ *interior admiſſio ad ſe*, 2 Sam. 23, 23. 1 Chron. 11, 25. de Benaja, *praefecto interiori admiſſioni* apud regem: *admiſſionum magiſter* diceretur Latine. 2) *obedientia*, cum Affixo מִשְׁמַעְתָּם *obedientia illorum*, per Metonymiam, poſito Abſtracto pro Concreto, *obedientes illis*, Ieſ. 11, 14.

שָׁמַץ radix inuſit. quae ſignificationem *minuendi* ſiue *imminuendi*, ſpec. *exiſtimationem* alicuius, habuiſſe colligitur ex Deriuatis. Sic צער *paruus fuit*, Syr. in Pahel notat *contumelia afficere*; Lat. *gloriam, laudem, exiſtimationem* alicuius *imminuere*, Germ. verkleinern. Inde ſunt

שֶׁמֶץ m. *particula minuta, pauxillum*, Hiob. 4, 12. c. 26, 14.

שִׁמְצָה f. *imminutio famae, ignominia*, Exod. 32, 25.

שָׁמַר *cuſtodiuit, ſeruauit, aſſeruauit, reſeruauit, obſeruauit*, Arab. *vigilauit*, ſpec. *ſeruauit memoriâ*: quo SCHVLTENS refert Gen. 37, 11. Conſtruitur vel cum Accuſat. vel cum Particulis אֶל, עַל et לְ. Praet. cum Affixo שְׁמָרָהּ *ſeruauit eam*, vnde retracto accentu, ob vicinitatem ſequentis, et excidente Mappik, (idque, ob abſentiam toni, neceſſario,) fit שְׁמָרָה Amos. 1, 11. pl. שָׁמְרוּ *obſeruarunt*, Deut. 33, 9. Pſ. 78, 10. in pauſa שָׁמָרוּ Num. 9, 23. Pſ. 78, 56. Part. praeſ. שֹׁמֵר *ſeruans, obſeruans, cuſtodiens*, et ſubſtantiue, *cuſtos*, Deut. 7, 9. 1 Sam. 17, 20. 22. cum Affixo in pauſa שֹׁמְרֶךָ *cuſtodiens te, cuſtos tuus*, Pſ. 121, 3. pl. שֹׁמְרִים *obſeruantes*, Num. 3, 38. Malach. 2, 9. *cuſtodientes, cuſtodes, vigiles*, Iud. 1, 24. 1 Reg. 14, 27. Ieſ. 62, 6. in regim. שֹׁמְרֵי Num. 3, 28. 32. Pſ. 106, 3. Eccleſ. 12, 3. Part. Pahul שָׁמוּר *cuſtoditus, aſſeruatus, re-*

 ſerua-

seruatus, um, 1 Sam. 9, 24. Eccles. 5, 12. foem. שְׁמֻרָה *seruatus* *obseruatum*, al. *obseruandum*, 2 Sam. 23, 5. Infin. absol. שָׁמוֹר *obseruando*, Deut. 5, 12. c. 6, 17. infin. constr. שְׁמֹר *custodire, obseruare*, Gen. 3, 24. Deut. 8, 11. cum Affixis שָׁמְרְךָ *custodire te*, Exod. 23, 20. Prou. 6, 24. שָׁמְרָם *custodire, obseruare eos* vel *ea*, Ios. 10, 18. Ps. 19, 12. Imper. שְׁמֹר *custodi, serua, obserua*, Deut. 12, 28. 1 Reg. 8, 25. Hiob. 2, 6. cum ה Paragog. שָׁמְרָה Ps. 25, 20. 1 Chron. 29, 18. Fut. אֶשְׁמֹר *custodiam, obseruabo, obseruem*, Gen. 30, 31. Ps. 119, 8. 101. cum ה Parag. אֶשְׁמְרָה Ps. 39, 2. in pausa אֶשְׁמֹרָה Ps. 59, 10. יִשְׁמֹר *custodiet, obseruabit, custodiat*, 1 Sam. 2, 8. Ps. 121, 7. 8. cum Affixis יִשְׁמָרְךָ *custodiet, custodiat te*, Num. 6, 24. Ps. 121, 7. et cum Nun Epenth. יִשְׁמְרֶךָּ Prou. 4, 6: foem. תִּשְׁמֹר *custodiet, obseruabit, obseruet*, Iud. 13, 14. Prou. 6, 22. et cum terminatione Chald. תִּשְׁמוֹר, vnde cum Affixo תִּשְׁמוּרֵם *seruat, obseruat ea*, Prou. 14, 3. pl. תִּשְׁמְרוּ *obseruabitis, obseruetis*, Gen. 17, 10. Leuit. 18, 4. in pausa תִּשְׁמֹרוּ Exod. 31, 13. Leuit. 19, 3. 19. cum Nun Parag. תִּשְׁמְרוּן Deut. 6, 17. 2 Reg. 17, 37. Niph. נִשְׁמַר *custoditus, seruatus est*, et sensu *reciproco, custodiuit se, cauit sibi*, German. sich hüten. Praet. cum Vau Conuers. וְנִשְׁמַרְתָּ *et cauebis tibi*, Deut. 23, 9. pl. נִשְׁמְרוּ *cauerunt sibi*, 1 Sam. 21, 5. sed in pausa נִשְׁמָרוּ *custoditi sunt*, Ps. 37, 28. Imper. הִשָּׁמֶר *caue tibi*, Ies. 7, 4. et retracto tono, הִשָּׁמֶר Gen. 24, 6. Exod. 10, 28. foem. הִשָּׁמְרִי id. Iud. 13, 4. pl. הִשָּׁמְרוּ *cauete vobis*, Exod. 19, 12. Deut. 4, 23. in pausa הִשָּׁמֵרוּ Ier. 9, 3. Fut. foem. תִּשָּׁמֵר *cauebit, caueat sibi*, Iud. 13, 13. pl. in pausa תִּשָּׁמֵרוּ *cauebitis, caueatis vobis*, Exod. 23, 13. Pih. part. pl. מְשַׁמְּרִים *diligenter seruantes, obseruantes*, Ion. 2, 9. Hithpah. fut. cum Vau Conuers. וָאֶשְׁתַּמֵּר (pro וָאֶתְשַׁמֵּר) *et caui mihi*, Ps. 18, 24. cum ה Paragog. וָאֶשְׁתַּמְּרָה 2 Sam. 22, 24. sed יִשְׁתַּמֵּר *continuo obseruat*, q. d. *se obseruare facit*, Mich. 6, 16.

שָׁמִיר com. 1) idem cum Arab. *samoron* h. e. *spina Aegyptia* vel *sidrae* species, Ies. 5, 7. c. 7, 23. 24. 25. c. 9, 17. c. 27, 4. c. 32, 13. q. d. *custodita* et *tuta* ab accessu et tactu, vel ab eradicatione. Cum Affixo שְׁמִירוֹ *spina eius*, Ies. 10, 17. 2) idem quod Arab. *samiron adamas*, al. ob soni vicinitatem, *smiris*, (conf. BOCHARTI *Hieroz.* P. II. L. VI. c. 11.) q. d. *indomitus lapis*, duritie sua *custoditus à contritione*, Ier. 17, 1. Ezech. 3, 9. Zach. 7, 12.

שֶׁמֶר m. *faex*, sic dicta, quod ad vltimum vsque *reseruetur* et *remaneat*. Sed *vtrem* vel *cadum*, in quo vinum *asseruatur*, intelligit GVSSETIVS. Plur. שְׁמָרִים *faeces*, Ies. 25, 6. cum Affixis שְׁמָרָיו *faeces suae*, Ier. 48, 11. שְׁמָרֶיהָ *faeces eius*, Ps. 75, 9. שִׁמְרֵיהֶם *faeces suae*, Zeph. 1, 12.

שמרה

שְׁמֻרָה f. vnde pl. שְׁמֻרוֹת *vigiliae*, al. *palpebrae*, q. d. *custodiae culorum*, Pſ. 77, 5.

שִׁמְרָה f. *custodia*, Pſ. 141, 3.

שִׁמֻּרִים m. pl. (Verbale ex Pih.) *studiosae obseruationes*, :xod. 12, 42.

אַשְׁמוּרָה (cum א Heemantico, *Continuitatis* indice,) f. *peruigilium, vigilia continua, excubiae*; vbi vigil vigilem excipit, 'ſ. 90, 4. pl. אַשְׁמֻרוֹת *vigiliae*, Pſ. 63, 7. Pſ. 119, 148. Thren. 2, 19.

אַשְׁמֹרֶת f. id. Exod. 14, 24. Iud. 7, 18. 1 Sam. 11, 11.

מִשְׁמָר m. 1) *locus custodiae*, Gen. 40, 3. 4. 7. c. 41, 10. Leuit. 4, 12. Num. 15, 37. etc. metonymice ipſi *custodes* ſiue *excubiae*, Chron. 26, 16. Neh. 4, 3. 16. quo etiam referri poteſt Hiob. 7, 12.) *custodia, officium* ſiue *functio custodiendi* et *excubandi*, Num. , 38. 2 Reg. 11, 5. etc. In regim. מִשְׁמַר Gen. 40, 3. 7. c. 41, 10. cum Affixis מִשְׁמָרוֹ *locus custodiae suae*, Neh. 7, 3. מִשְׁמַרְכֶם *locus custodiae vestrae*, Gen. 42, 19. pl. מִשְׁמָרִים *custodiae*, cum Affixo מִשְׁמָרָיו *custodiae eius*, Neh. 13, 14.

מִשְׁמֶרֶת f. 1) *locus custodiae, statio custodis*, Ieſ. 21, 8. Habac. , 1. 2) *custodia, officium* ſiue *functio custodiendi* et *excubandi*, Num. 1, 53. c. 3, 28. c. 18, 3. 2 Reg. 11, 5. 6. 7. Neh. 12, 45. 1 Chron. 2, 29. 2 Chron. 13, 11. etc. Metonymice 3) *id, quod custoditur*, Sam. 22, 23. vel *custodiendum* et *obseruandum traditur: praeceptum*, Gen. 26, 5. Leuit. 8, 35. c. 18, 30. 2 Chron. 23, 6. etc. Cum Affixo מִשְׁמַרְתּוֹ *custodia eius*, Num. 3, 7. Deut. 11, 1. pl. מִשְׁמָרוֹת *loca custodiae, stationes custodum*, it. *custodiae*, 1 Chron. 9, 23. Neh. 12, 8. n regim. מִשְׁמְרוֹת Neh. 7, 3. cum Affixo מִשְׁמְרוֹתָם *stationes custodiae suae, custodiae* vel *functiones custodiendi* et *excubandi eorum*, Num. 8, 26. 2 Chron. 7, 6. c. 31, 16.

מַשְׁמְרוֹת pl. foem. *claui*, vid. ſub rad. סמר.

שְׁמַשׁ Chald. *ministrauit*, in Pehal inuſit. Pahel fut. pl. cum Affixo יְשַׁמְּשׁוּנֵהּ *ministrant illi*, Dan. 7, 10. excidente Dageſch forti.

שֶׁמֶשׁ com. *sol*, Gen. 15, 12. 17. Exod. 16, 21. Leuit. 22, 7. Deut. 4, 9. 47. Ioſ. 8, 19. Iud. 5, 31. etc. dictus à *ministrando*, vti volunt: quod t quidam ſummi numinis in natura *minister*. Aliam derivationem edi in *Arcano Form.* p. 672. Cum Affixis שִׁמְשֵׁךְ *sol tuus*, Ieſ. 60, 20. שִׁמְשׁוֹ *sol eius*, Ier. 15, 9. pl. שְׁמָשׁוֹת *soles*, vnde cum Affixo שִׁמְשֹׁתַיִךְ *soles tui*, Ieſ. 54, 12. vbi Deus promittit: *et ponam pyropum soles tuos*,

tuos, i. e. faciam, vt vndique *pyropis* veluti totidem *solibus* collustreris et splendeas. Alii aliter.

שֵׁן *dens*, vid. sub rad. שנן.

שְׁבָא, vnde שְׁבָאִן, vid. in שנה.

תַּחַת m. proprie *demissio*, *subiectio*, *substratio*, et quasi *inferioritas*, metonym. *pars* vel *locus inferior* et *substratus*. Vnde תַּחְתָּה *ad partem* siue *locum inferiorem* et *substratum*, Ier. 3, 6. מִתַּחַת *à parte inferiore* siue *substrata*, *versus partem inferiorem* siue *substratam*, Gen. 1, 7. Exod. 20, 4. cum ה Parag. מִתַּחְתָּה sec. Kethibh Ezech. 42, 9. sed in Kri ה ad seq. vocem refertur. Cum Affixo תַּחְתָּם (pro בְּתַחְתָּם) *in loco ipsis substrato*, Ios. 5, 8. Dualis תַּחְתַּיִם *partes* siue *loca vtroque pede* vel *vtroque latere inferiora*: vnde cum Affixis תַּחְתָּיו (pro בְּתַחְתָּיו) *in partibus* vel *locis ipsi substratis*, Exod. 16, 29. 2 Sam. 2, 23. מִתַּחְתָּיו *à partibus* vel *locis ipsi substratis*, Exod. 10, 23. Zach. 6, 12. תַּחְתֶּיהָ *partes eius inferiores*, Hiob. 28, 5. it. *in partibus* vel *locis ipsi substratis*, Leuit. 13, 23. *ad partes* siue *loca ei subiecta*, Ios. 6, 5. תַּחְתֵּיכֶם *partes vestrae inferiores*, Amos. 2, 13. etc. Sed saepius in Particulam abit: vt vel in *Aduerbium*, significans *infra*, *inferne*, Gen. 49, 25. Deut. 33, 13. Hiob. 18, 18. vel in *Praepositionem*, notans vel *sub*, ratione siue *situs*, Gen. 18, 8. Cant. 2, 6. siue *substrationis* et *subiectionis*, Ps. 18. 39. 40. Ps. 45, 6. Ps. 47, 4. vel *pro*, ratione siue *substrationis* et *substitutionis* rei *in alterius locum*, Gen. 2, 21. c. 22, 13. Leuit. 16, 32. 2 Sam. 3, 12. 1 Reg. 8, 20. 1 Chron. 6, 10. Prou. 11, 8. Ies. 43, 3. 4. c. 60, 17. sic Ezech. 23, 5. sec. SCHVLTENSIVM; siue *substitutionis*, *compensationis* et *permutationis*, Exod. 21, 23. 24. 25. Deut. 28, 47. 1 Reg. 21, 2. Ies. 53, 12. Ier. 5, 19. Zephan. 2, 10. (quo etiam referri potest Hiob. 34, 26. vt seq. רְשָׁעִים exponatur per *impietatis*,) vnde תַּחַת מָה *pro quo*, *in cuius compensationem?* Ier. 5, 19. Vel in *Coniunctionem Causalem*, *eo quod*, *propterea quod*, *quia*, q. d. *in substitutionem* et *compensationem*, sequente vel אֲשֶׁר, vt Num. 25, 23. Deut. 21, 14. 1 Sam. 26, 21. 2 Reg. 22, 17. Ies. 53, 12. Ier. 29, 19. Ezech. 36, 34. etc. vel כִּי, vt Deut. 4, 37. Prou. 1, 29.

תְּחֹת m. Chald. id. vnde in dual. vel plur. cum Affixo מִן־תְּחֹתוֹהִי *à partibus eius inferioribus*, Dan. 4, 11.

תְּחוֹת m. Chald. id. vt מִן־תְּחוֹת *à parte* vel *loco substrato*, Ier. 10, 11. et sine מִן, *sub*, Dan. 7, 26. in dual. vel plur. cum Affixo תְּחוֹתוֹהִי *sub ea*, Dan. 4, 9. 18.

תַּחְתִּי m. (*Denominatiuum*, cum Iod *Possessiuo*,) *qui* vel *quod est infra* siue *in loco* et *parte inferiore*: *inferior*, *us*, *imum*, vnde

pl.

תַּחְתִּיִּים *inferiora*, Gen. 6, 17. Foem. תַּחְתִּיָּה *quae* vel *quod est* *fra*: *inferior*, *us*, Pſ. 86, 13. et תַּחְתִּית Exod. 19, 17. Deut. 32, 22. Ezech. 31, 14. quod ſpecialiter per Ellipſin ſubſtantiui אֶבֶן de *molae lapide inferiore* ſiue *catillo* vſurpatur, Hiob. 41, 16. Pl. תַּחְתִּיּוֹת *inferiores*, *inferiora*, Ioſ. 15, 19. Pſ. 63, 10. Ieſ. 44, 23. Ezech. 26, 20. etc.

תַּחְתּוֹן m. (cum terminatione *augmentatiua*,) *infimus*, *um*, Ioſ. 18, 13. cum ה Paragog. תַּחְתּוֹנָה *verſus infimum*, Ezech. 40, 19. Foem. תַּחְתּוֹנָה *infima*, *infimum*, 1 Reg. 6, 6. Ieſ. 22, 9. Ezech. 40, 18. 41, 7. plur. תַּחְתּוֹנוֹת *infima*, Ezech. 42, 5. 6.

תַּיִשׁ m. *caper*, *hircus*, Prou. 30, 31. Formam habet tanquam חרש, ſed ſignificationem à נחש *auulſit*: quia herbas et frondes arborum *auellit*. Conf. ſuo loco גְּדִי. Sed ab Arab. تاس *truſit*, deducit SCHVLTENS in *Commentar.* ad Prou. 30, 31. Plur. תְּיָשִׁים *hirci*, *capri*, Gen. 30, 35. c. 32, 14. 2 Chron. 17, 11.

תָּכָה *recubuit*, *innixus eſt*, vt Arab. תכא, vnde Pyh. praet. pl. תֻּכּוּ *ſubſtrati ſunt*, q. d. *recumbere facti ſunt*, Deut. 33, 3.

תָּכַךְ radix Hebraeis inuſit. Chald. *laeſit*, *damno affecit*. Vnde ſunt

תְּכָכִים m. pl. *fraudes malitioſae*, *oppreſſiones*, Prou. 29, 13.

תֹּךְ m. Pſ. 10, 7. Pſ. 55, 12. et ſemel cum Cholem pleno תּוֹךְ Pſ. 72, 14. *fraus malitioſa*, *ſtudium laedendi*, *oppreſſio*.

תֻּכִּיִּים m. pl. 1 Reg. 10, 22. et תּוּכִּיִּים 2 Chron. 9, 21. terminationem habet *gentilitiam* et l. c. cum *ſimiis* ſiue *cephis* iungitur: vnde colligunt, fuiſſe *animalia*, à loco quodam ſic dicta, et *aues* quidem tantum non omnes intelligunt, quae et alias à *locis* denominari ſolent: vt *phaſiani*, *aues Afrae* et *Numidicae*, *Seleucides*, *Garamantides* etc. obſeruante BOCHARTO in *Hieroz.* P. II. p. 136. quamuis pro *ſimiis* pugnet IAC. HASAEVS in *Biblioth. Brem.* Claſſ. II. Faſc. III. De *Pſittacis* quidam accipiunt: quae ſententia probabilior videtur HVETIO de *Nauigat. Salom.* c. 7. §. 6. VRSINO in *Analect. S.* L. III. c. 22. et L. V. c. 31. et RELANDO in *Diſſert. Miſcell.* P. I. p. 183. ſeq. BOCHARTVS in *Phaleg* L. IV. c. 29. de *meleagridibus* ſiue *gallopauonibus* expoſuerat, quae תֻּכִּיִּים dictae ſint pro סֻכִּיִּים, in *Hierozoico* tamen P. II. L. I. c. 20. et L. II. c. 16. תוכיים tranſpoſitum eſſe putat ex טוחיים, et omnino *pauones* intelligit, cui et ego quoad rem ipſam lubens ſubſcribo, ob ſequentes rationes: 1) *pauones* explicant Chaldaeus, Syrus, Arabs

Arabs et Latinus interpretes, et ex Hebraeis, quotquot sunt ai cuius nominis; à qua recepta versione recedere, parum tutum est, nisi graues caussae subsint. 2) *Pauones* à veteribus vocantur aues *Medicae* et *Persicae*, quorum loca BOCHARTVS collegit: quia ex *India*, loco ipsorum natali, in *Persiam*, inde in *Mediam*, et porro in terras occidentales primum allati sunt. Sic vero nomen תוכיים ipsis impositum esse potuit à portu et vrbe regia Persidis ad sinum Persicum, *Taoca*, cuius meminerunt PTOLEMAEVS, ARRIANVS et STRABO L. XV. (apud quem tamen vulgo legitur Ὀκη, pro quo restituendum esse Ταώκη, recte monent CASAVBONVS et SALMASIVS;) vnde *Taocene* regio, et *Taoci* populi apud DIONYSIVM *Perieg.* v. 1069. vbi tamen pro Τασκοὶ legendum Ταωκοὶ, ex emendatione eiusdem SALMASII: *Pasargatis* enim illos iungit, *Tasci* autem nulli auctori memorantur. *Pauones* itaque ex India per oceanum et sinum Persicum *Taocam* primum delatos, ibi nominis illud accepisse, admodum verisimile est. 3) Neque abludit nomen *pauonis* Graecum ταὼς, mutato κ (in quod vocabula Graeca non desinunt,) in ς, pro ταὼκ; maxime quia Persarum ك Graeci aliter exprimere nescierunt, quam per ς, et alia quoque peregrina in ς terminare solent: vt Ἀννίβας pro Ἀννίβαλ, Ἀσδρούβας pro Ἀσδρούβαλ etc. 4) Hodienum *pauo* in veteri lingua Malabarica vocatur *togei*, obseruante BENIAM. WALTHERO in *Relat. Malabar.* Continuat. 38. p. 230. et Continuat. 39. p. 428.

תִּכְלַת vid. sub rad. כלל.

תָּכַן *ad trutinam* vel *pondus* vel *mensuram* rei *disposuit*, et (vt Lat. *librare* dicitur pro *aequaliter*, velut *libra* adhibita, *diuidere* siue *definire*,) *definiuit, librauit, appendit*; metaphorice *examinauit, perpendit*. Part. praes. תֹּכֵן *librans, examinans, perpendens*, Prou. 16, 2. c. 21, 2. c. 24, 12. Niph. praet. pl. נִתְכְּנוּ *ad trutinam disposita, librata, perpensa sunt*, 1 Sam. 2, 3. Fut. יִתָּכֵן *ad trutinam* i. e. *recte* et *aeque disponitur*, Ezech. 18, 25. 29. c. 33, 17. 20. plur. יִתָּכְנוּ *ad trutinam disponuntur*, Ezech. 18, 29. in pausa יִתָּכֵנוּ Ezech. 18, 25. 29. Pih. praet. תִּכֵּן *exacte ad trutinam disposuit, librauit, examinauit, perpendit*, Hiob. 28, 25. Ies. 40, 12. 13. תִּכַּנְתִּי *ad trutinam disposui*, Ps. 75, 4. de *aqua* et *terrae columnis*. Sic CICERO *terram libratam ponderibus*, OVIDIVS *tellurem ponderibus libratam suis*, CLAVDIANVS *tellurem medio librare axe*, dixerunt; et *libratores* sunt, *qui aquam ad libellam librant*

brant. Pyh. part. מְתֻכָּן *libratum, appensum*, (*demensum* vocat LAVTVS,) 2 Reg. 12, 12.

תֹּכֶן m. *mensura*, Ezech. 45, 11. *demensum*, Exod. 5, 18.

תְּכוּנָה f. *dispositio mensurae* et *ponderis* rerum: *mensura*, vt *auri* et *argenti*, Nah. 2, 9. coll. 2 Reg. 12, 12. Cum Affixo תְּכוּנָתוֹ *dispositio eius secundum mensuram: mensura eius*, Ezech. 43, 11. coll. v. 10. et metaphorice, *examinatio, examen eius*, Hiob. 23, 3. coll. rad. de *Deo* Prou. 21, 2. c. 24, 12.

תַּבְנִית f. *mensura*, Ezech. 28, 12. c. 43, 10.

מַתְכֹּנֶת f. *dispositio* et *definitio mensurae* ac *ponderis*: *proportio*, Exod. 5, 8. Cum Affixis מַתְכֻּנְתּוֹ *dispositio mensurae eius: proportio eius*, Exod. 30, 32. 2 Chron. 24, 13. Ezech. 45, 11. מַתְכֻּנְתָּהּ id. Exod. 30, 7.

תִּיכוֹן vid. supra sub תוך.

תֵּל vid. statim sub תלל.

תְּלָאוּבָה vid. sub rad. לאב.

תְּלַג vel, vt alii analogiae conuenientius legunt, תְּלַג m. Chald. *nix*, ab Hebr. שֶׁלֶג, Dan. 7, 9.

תָּלָה *suspendit*, Gen. 40, 22. c. 21, 13. Ios. 8, 29. Praet. cum Vau Conuers. וְתָלִיתָ *et suspendes*, Deut. 21, 22. pl. תָּלוּ *suspenderunt*, Esth. 8, 7. c. 9, 14. cum Affixo תְּלוּם *suspenderunt eos*, sec. Kethibh 2 Sam. 21, 12. sed Kri habet תְּלָאוּם, petita Forma à תָּלָא. Part. praes. תֹּלֶה *suspendens*, Hiob. 26, 7. Pahul תָּלוּי *suspensus*, Deut. 21, 23. 2 Sam. 18, 10. Cant. 4, 4. pl. תְּלוּיִם *suspensi*, Ios. 10, 26. et iterum petita Forma à תלא, תְּלוּאִים Hos. 7, 11. atque תְּלֻאִים Deut. 28, 66. vbi tamen metaphorice sumitur, vt Lat. *suspensus* pro *dubio* et *incerto*. Sed apud Hoseam l. c. *affixi haerentes* exponitur à LACKEMACHERO in *Obseruat. Philol.* P. VI. obs. 3. Infin. constr. תְּלוֹת *suspendere*, Esth. 6, 4. Ezech. 15, 3. Imper. pl. תְּלוּ, cum Affixo תְּלֻהוּ *suspendite eum*, Esth. 7, 9. Fut. יִתְלֶה, vnde וַיִּתְלֵם *et suspendit eos*, Ios. 10, 26. pl. יִתְלוּ *suspendant, suspendebant*, Esth. 9, 14. c. 9, 13. Niph. praet. pl. נִתְלוּ *suspensi sunt*, Thren. 5, 12. Fut. plur. cum Vau Conuers. וַיִּתָּלוּ *et suspensi sunt*, Esth. 2, 22. Pih. praet. pl. תִּלּוּ *suspenderunt*, Ezech. 27, 10. 11.

תְּלִי m. *pharetra*, sic dicta, quod de tergo *suspendi* soleat. Sed *gladium* cum ONKELOSO, Syro, KIMCHIO et IARCHIO intelligunt FVLLERVS in *Miscell. S.* L. I, c. 17. et HEIDEGGERVS in *Histor. Patriarch.* T. II. Exercit. 14. §. 2. vid. tamen CLERICVS in

in Commentar. ad Gen. 27, 3. Cum Affixo תֶּלְיְךָ pharetra tu Gen. 27, 3.

תַּלְפִּיּוֹת f. pl. armamentaria, in quibus suspenduntur arma Cant. 4, 4. conf. Ezech. 27, 10, 11. compos. ex תלה et ex פיות gladii vel quaeuis arma acuta.

תָּלַל aggerauit, aggessit, accumulauit. Part. Pahul תָּלוּל aggestus, Ezech. 17, 22.

תֵּל m. agger, tumulus, Deut. 13, 16. Ios. 8, 25. Ier. 49, 2. Alias vt Ezech. 3, 15. Esr. 2, 59. Neh. 7, 61. est Nomen Propr. Cum Affixo תִּלָּהּ tumulus suus, Ier. 30, 18. תִּלָּם id. Ios. 11, 13.

תּוֹלָלֵינוּ Ps. 137, 3. pertinet ad rad. ילל.

תַּלְתַּל m. vnde pl. תַּלְתַּלִּים copiose penduli, i. e. crispi, vt, vt APVLEIVS Metamorph. L. V. vocat, alii antependuli, alii propenduli, (sicut à Lat. cinnus per geminationem fit cincinnus) Cant. 5, 11. Formam habet à תלל, sed significationem à תלה. Conuenit Arab. תרלרל pendula fuit res, Chald. מדולדל et Aethiop. dellûl pendulus.

תֶּלֶם m. sulcus, porca, Hiob. 27, 3. q. d. fractio terrae vel glebarum, à rad. Arab. ثلم fregit. Frangere glebas, it. terram rumpere et findere pro arare etc. dicunt quoque Latini. Plur. תְּלָמִים sulci, vnde in regim. תַּלְמֵי Hos. 10, 4. c. 12, 12. cum Affixo תְּלָמֶיהָ sulci eius, Ps. 65, 11. Hiob. 31, 38.

תַּלְפִּיּוֹת vid. ante sub rad. תלה.

תָּלַע fregit, discerpsit, vt Chald. תלע et Arab. ثلع. Inde sunt

תּוֹלָע m. vermis: quia herbas, folia arborum etc. discerpit et corrodit. Sed ex eiusdem radicis Arab. significatione eminendi sic dictum putat SCHVLTENS, à collo aut capite semper exserto, vt synonymum רִמָּה est à רמם. Metonymice, (vt Lat. vermiculus,) sumitur pro coccino colore, qui ex vermibus arboris, Alkermes vulgo dictae, conficitur, Ies. 1, 18. et nouâ Metonymiâ, pro eo colore infecto, Thren. 4, 5. Pl. תּוֹלָעִים vermes, Exod. 16, 20. Inde formatum est Pyh. part. pl. מְתֻלָּעִים coccino induti, q. d. coccinati, Nah. 2, 4.

תּוֹלֵעָה f. id. Ies. 14, 11. Hiob. 25, 6.

תּוֹלַעַת f. id. Deut. 28, 39. Ps. 22, 7. Ies. 41, 14. Ion. 4, 7. cum Affixo תּוֹלַעְתָּם vermis eorum, Ies. 66, 24. Metonymice color coccinus, et eo colore infectum, Exod. 28, 5. 6. Leu. 14, 4. 6. Num. 4, 8. etc.

מְתַלְּעוֹת (Verbale Pihelicum,) pl. foem. dentes molares, qui

us cibus *frangitur, discerpitur* et *commolitur*, Ioël. 1, 6. Hiob. 9, 17. Sed dentes *prominentes* intelligit SCHVLTENS in *Comment.* ad Hiob. l. c. et ad Prou. 30, 14. deriuans ab Arab. חלע *prominuit*. Cum Affixo מַחְלְעֹתָיו *dentes molares eius*, Prou. 30, 14. Pro o per Metathesin recurrit

מַלְתָּעוֹת foem. pl. *dentes molares*, in regim. מַלְתְּעוֹת Ps. 58, 7.

תְּלָת masc. (saltem terminatione,) Chald. *tres, tria*, ab Hebr. שָׁלֹשׁ, Dan. 7, 5. 8. 20. cum Affixo תְּלָתְהוֹן *tres illi*, Dan. 3, 23. per ..), more pluralium, quia *plures* significat. In Statu Emphat. תְּלָתָא *tertius*, Esr. 6, 15. (alias תְּלִיתָא,) sicut Hebr. אֶחָד *vnus* et *primus*, אַרְבַּע *quatuor* et *quartus*, שֶׁבַע *septem* et *septimus*, שְׁמֹנֶה *octo* et *octauus*, etc. Foem. (saltem terminatione,) תְּלָתָא *tres, tria*, Esr. 6, 4. et תְּלָתָה Dan. 3, 24. c. 6, 3. 11. 14. Plur. תְּלָתִין *triginta*, vt Hebr. שְׁלֹשִׁים,) Dan. 6, 8. 13.

תְּלַת m. Chald. proprie *tres, tria*, vt praeced. sed sumitur pro *tertio*: vnde in Statu Emphatico, vel foemin. more Hebraeorum construct. cum Nomine *masc.* תַּלְתָּא *tertius*, Dan. 5, 16. 29.

תַּלְתִּי m. *tertius*, à praeced. תְּלַת, Dan. 5, 7.

תְּלִיתַי m. (Hebr. שְׁלִישִׁי,) id. vnde foem. תְּלִיתָאָה *tertium*, Dan. 2, 39.

תָּם et תֹּם vid. sub seq. rad. תמם.

תַּמָּן Chald. id. cum Hebr. שָׁם *ibi, illic*, proprie *locus remotus*, vnde in Statu Emphat. תַּמָּה Esr. 5, 17. c. 6, 1. 12. מִן־תַּמָּה *illinc, inde*, Esr. 6, 6.

תָּמִיד vid. sub rad. מוד.

תָּמַהּ *obstupuit, miratus est*. Praet. pl. in pausa תָּמָהוּ *obstupuerunt, mirati sunt*, Ps. 48, 6. Imper. pl. in pausa תְּמָהוּ *obstupescite*, Ies. 29, 9. Habac. 1, 5. Fut. תִּתְמַהּ *mireris*, Eccles. 5, 7. pl. יִתְמָהוּ *obstupescent*, Hiob. 26, 11. in pausa יִתְמָהוּ Ies. 13, 8. Ier. 4, 9. Hithpah. imper. plur. הִתַּמְּהוּ (pro הִתְתַּמְּהוּ) *obstupescite apud vos* vel *inter vos*, Habac. 1, 5.

תְּמַהּ m. Chald. *res stupenda et admirabilis: miraculum*, vnde pl. תִּמְהִין *miracula*, Dan. 6, 21. emphat. תִּמְהַיָּא Dan. 3, 32. cum Affixo תִּמְהוֹהִי *miracula eius*, Dan. 3, 33.

תִּמָּהוֹן m. *stupor magnus*, Zach. 12, 4. in regim. (excidente Dagesch,) תִּמְהוֹן Deut. 28, 28.

תַּמּוּז Nomen *Propr.* deastri, Ezech. 8, 14. de quo vid. nostrum *Onomast. V. T.* p. 604. et pluribus pec. Diss. de *Thamuz*.

תמך

חָמַךְ (Verbum *Praegnans*,) *prehendit*, *tenuit*, *obtinuit*, *finiuit*, *sustentauit*, Exod. 17, 12. Ps. 41, 13. Ps. 63, 9. Ies. 41, 10. Construitur cum Accusat. vel cum ב *Obiecti*. Praet. foem. *sustentauit*, Ps. 63, 9. תָּמְכָה, vnde cum Affixo תְּמָכַתְךָ *sustentauit te*, Ies. 41, 10. pl. תָּמְכוּ *prehenderunt*, Prou. 31, 19. *sustentarunt*, Exod. 17, 12. Part. praes. תּוֹמֵךְ *tenens*, Amos. 1, 5. 8. et irregulariter cum Chirek, תּוֹמִיךְ *sustentans*, Ps. 16, 5. cui simile est Ies. 29. 14. c. 38, 5. Eccles. 1, 18. et *Propria* אֲבִיגַיִל 1 Chron. 27, atque אוֹפִיר, de quibus vid. *Onomast*. *V*. *T*. p. 411. 412. sed ab Arab. [Arabic] *amplus fuit*, deducit SCHVLTENS in *Gram. Arab*. vt תּוֹמִיךְ sit fut. Hiphil, *amplificat*. Plur. תֹּמְכִים, cum Affixo תֹּמְכֶיהָ *tenentes eam*, Prou. 3, 18. Infin. absol. תָּמוֹךְ *sustentando*, Ps. 17, 5. infin. constr. תְּמֹךְ *prehendere*, Ies. 33, 15. Fut. אֶתְמָךְ *sustentabo*, Ies. 42, 1. יִתְמֹךְ *tenebit*, *obtinebit*, *teneat*, Prou. 4, 4. c. 29, 23. pl. יִתְמְכוּ *tenent*, *obtinent*, Prou. 11, 16. *prehendant*, Prou. 28, 17. in pausa יִתְמֹכוּ *sustentabunt*, scil. *te*, Hiob. 36, 17. *tenent*, *obtinent*, Prou. 5, 5. Niph. fut. יִתָּמֵךְ *prehendetur*, *tenebitur*, Prou. 5, 22.

תְּמוֹל *heri*, *antea*, vid. in אֶתְמוֹל vel אֶתְמוּל sub את nota Accusatiui pag. 93.

תָּמַם *consummationem* et *complementum* rei exprimit, siue ea sic *perfecta* et *integra fiat*, siue *esse desinat* et *absumatur*: hinc *absoluit*, *finiuit*, *consumsit*, Ier. 27, 8. et intransitiue, *finitus*, *consummatus*, *completus*, *integer factus*, *perfectus est*, it. *absumtus*, *consumtus est*, *defecit*. Aliquoties Formam suam mutuatur tanquam à יתם et תום: vnde et Nomen תּוֹם, cum Cholem pleno, Prou. 10, 9. Praet. defect. תַּם *finitus*, *consummatus*, *completus est*, Ios. 4, 11. Thren. 4, 22. *consumtus est*, *defecit*, Gen. 47, 18. sed cum (ֹ), ex Forma Quiescentium media radicati, תֹּם *consumtus est*, sec. Kri Ier. 6, 29. pl. תַּמּוּ *consummati*, *finiti sunt*, Deut. 2, 16. 1 Sam. 16, 11. Hiob. 31, 40. *consumti sunt*, 2 Reg. 7, 13. תַּמְנוּ (petita Forma à Quiescentibus media rad. ad Formam קַמְנוּ,) *consummati*, *consumti sumus*, Num. 17, 28. Ps. 64, 7. Ier. 44, 18. Thren. 3, 22. Infin. תֹּם *consummari*, *finiri*, it. *consumi*, Leu. Num. 14, 33. cum Affixis תֻּמִּי τὸ *consumere*, *absumere meum* (transitiue,) Ier. 27, 8. Fut. אֵיתָם, in pausa אֵיתָם, (ex Forma Quiescentium prima rad. Iod, ad Formam יִיקַר Ps. 72, 14.) *consummabor*, *perficiar*, *integer*, *perfectus fiam*, Ps. 19, 14. sed יִתֹּם *consumitur*, *deficit*, Ezech. 47, 12. f. תֵּתֹם *absumatur*, Ezech. 24, 11. sed cum Vau Conuers. וַיִּתֹּם *et finitus*, *consummatus*, *um*, *est*, Gen. 47,

1 Re

Reg. 7, 22. in quibus singulis media radicalis deficiens more haldaeorum in prima compensatur. Sic in plur. יִתַּמּוּ, (ad Foram יִקֹּדוּ Exod. 4, 31. à קדד, יִדְּמוּ Exod. 15, 16. à דמם etc.) et um Vau Conuers. Deut. 34, 8. vnde porro in pausa יִתָּמּוּ *consummabuntur, finientur*, Ps. 102, 28. tanquam à sing. יִתַּם. Niph. it. pl. יִתַּמּוּ *finientur, consumentur*, Num. 14, 35. Ps. 104, 35. Ier. 4, 5. c. 44, 12. cum Vau Conuers. וַיִּתַּמּוּ *et finiti sunt*, Deut. 34, 8. Hiph. הֵתֵם *integrum fecit, consummauit, finiuit, perfecit, consumsit, absumsit*. Praet. cum Vau Conuers. וַהֲתִמֹּתִי *et consumam, absumam*, vel *faciam, vt absumatur*, Ezech. 22, 15. Infin. הָתֵם *consummare, finire*, Dan. 8, 23. et sec. Kri c. 9, 24. *consumendo*. Ezech. 24, 10. et petita Forma à Quiescentibus media rad. הָתִים, vnde um Affixo τὸ הֲתִימְךָ *consummare, finire tuum*, Ies. 33, 1. Fut. תַּתֵּם media radicali deficiente more Chald. in prima compensata,) *consummas, perficis, integras facis*, Hiob. 22, 3. sic יַתֵּם *integram faciat, compleat*, 2 Reg. 22, 4. Hithpah. fut. תִּתַּמָּם (pro תִּתְתַּמָּם) *integrum te exhibes*, 2 Sam. 22, 26. Ps. 18, 26.

תָּמִים m. *perfectus, integer*, siue *physice*, vt Exod. 12, 5. Leuit. 1, 3. c. 3, 9. c. 25, 30. Ios. 10, 13. siue *moraliter*, vt Gen. 6, 9. Deut. 18, 13. 2 Sam. 22, 24. 26. 31. Ps. 15, 2. Prou. 1, 12. etc. Aliquoties sumitur *aduerbialiter*, vel *substantiue*, vt Ios. 24, 14. Iud. 9, 16. 19. Ps. 84, 12. (vbi דֶּרֶךְ subintelligit GVSSETIVS, alii autem לְ, quod additur Ps. 119, 80.) quo etiam referri potest 1 Sam. 14, 41. In regim. תְּמִים Hiob. 36, 4. c. 37, 16. pl. תְּמִימִים *perfecti, integri*, Exod. 29, 1. Leuit. 9, 2. 3. in regim. תְּמִימֵי Ps. 119, 1. Prou. 11, 20. Foem. תְּמִימָה *perfecta, integra, um*, Leuit. 3, 9. Num. 6, 14. Ps. 19, 18. pl. תְּמִימוֹת *perfectae, integrae*, Leuit. 23, 15.

תָּם m. id. quod vbique de *perfectione* et *integritatate morali* adhibetur, vt Gen. 25, 27. Ps. 37, 37. Prou. 29, 10. Hiob. 1, 1. 8. c. 2, 3. c. 8, 20. c. 9, 21. 22. etc. Sed pl. תַּמִּים Exod. 26, 24. c. 36, 29. dictum putatur pro תְּאֹמִים *gemini*, ex Syrismo, vid. תָּאֹם sub rad. תאם. Foem. תַּמָּה, vnde cum Affixo תַּמָּתִי *perfecta, integra mea*, Cant. 5, 2. c. 6, 9.

תֹּם m. semel cum Cholem pleno תּוֹם Prou. 10, 9. cum Makkeph תָּם־, *perfectio, integritas, simplicitas*, Gen. 20, 5. 6. 1 Reg. 9, 4. Ps. 25, 21. Prou. 2, 7. etc. it. *integer, perfectus*, Prou. 10, 29. c. 13, 6. Cum Affixo תֻּמִּי *integritas mea*, Ps. 7, 9. Ps. 26, 1. 11. pl. תֻּמִּים *perfectiones*: vnde *Vrim et Thümmim*, peculiare reuelatio-

lationis diuinae species, Exod. 28, 30. Leuit. 8, 8. Esr. 2, 63. Ne 6, 68. cum Affixo תמיך *Thümmim tua*, Deut. 33, 8.

תמה f. id. in regim. תמת Prou. 11, 13. cum Affixo תמתי *integritas mea*, Hiob. 26, 5. c. 31, 6.

מתם m. (cum (ְ) sub מ, pro מתם, ex Chaldaismo,) *locus* vel *pars* corporis, *in qua est integritas*, Ps. 38, 4. 8. Ies. 1, 6. Aliud vid. sub rad. מתה.

תמר m. *palma*, Ioël. 1, 12. Ps. 92, 13. Cant. 7, 9. sec. VRSINVM in *Arboret. Bibl.* à rad. Arab. ثمر *fructuosa fuit arbor. Palmam* etiam apud Romanos fuisse symbolum *fertilitatis*, notat VAILLANT in Praefat. ad *Numismata aerea Imperatorum, Augustarum et Caesarum*, et DEYLINGIVS in *Obseruat. S.* T. III. p. 376. Vid. de *palmae fertilitate* KAEMPFERVS in *Amoenit. Exot.* Fasc. IV. Relat. 5. §. 3. OL. CELSIVS in *Hierobotan.* P. II. p. 523. seq. et IKENIVS in Dissert. de 12 *fontibus* et 70 *palmis in Elim* p. 14. atque conf. nostrum *Onomast.* p. 619. Aliud etymon habet HILLERVS in *Onomast. S.* p. 198. 576. et in *Hierophyt.* P. I. p. 123. Plur. תמרים *palmae*, Exod. 15, 27. Leuit. 23, 40. Num. 33, 9. etc.

תמר m. id. Ier. 10, 8.

תמרה f. *palma factitia* siue *figura palmae*, (tanquam ex Pih. תמר *palmam fecit*,) Ezech. 41, 18. 19. Pl. m. תמרים *palmae factitiae, figurae palmarum*, Ezech. 41, 18. cum Affixo תמריו *palmae factitiae eius*, Ezech. 40, 22. pl. foem. תמרות *palmae factitiae, figurae palmarum*, 1 Reg. 6, 29. 32. 35. c. 7, 36. Aliud est תימרות vel תמרות, quod vid. sub rad. ימר.

תמרורים m. pl. Ier. 31, 21. vid. sub rad. מרר.

תן vid. statim sub rad. תנן.

תנה *liberaliter, largiter donauit*, vt Arab. وثن. Fut. pl. יתנו *largiter donant*, Hos. 8, 10. Hiph. praet. pl. התנו *largiter fecerunt dari*, i.e. *largis donis compensarunt*, vulgo *conduxerunt*, Hos. 8, 9. Sed Pih. תנה vulgo exponitur *confabulatus, collocutus est*; rectius *gratiarum actione* siue *laude celebrauit* et quasi *remuneratus est*, vt Arab. ثنى in 4 Coniug. sicut Arab. شكر *mercede donauit*, vt Hebr. שכר, it. *gratias egit, laude celebrauit*. Conf. SCHVLTENS in *Animaduers.* ad Ps. 8, 2. Infin. לתנות *laude celebrare*, Iud. 11, 40. fut. pl. יתנו *laude* vel *gratiarum actione celebrabunt*, Iud. 5, 11. Conf. ZORNII *Biblioth. Antiquar.* p. 590.

תנין

אֶתְנָה f. *donum, praemium, merces*, Hos. 2, 4. Formam ha- et ab אתן, sed significationem à תנה.

אֶתְנַן m. (cum terminatione *augmentatiua*, Forma similiter etita ab אתן,) *donum, praemium, merces largissima*, Graec. ἕδνον, Ezech. 16, 31. 34. Hos. 9, 1. quomodo et legendum est pro אֶתְנָן Ezech. 16, 34. 41. quia *Aucta à fine per Nun* alias in statu *absoluto* nunquam in (ָ) terminantur, sed vel in (ִ) vel in (וֹ). Aliud est אֶתְנַ in regim. Deut. 23, 19. Mich. 1, 7. Cum Affixo אֶתְנַנָּהּ *praemium, merces eius*, Ies. 23, 17. 18. pl. אֶתְנַנִּים, cum Affixo אֶתְנַנֶּיהָ *praemia, dona eius*, Mich. 1, 7.

תִּנְיָן m. Chald. *secundus*, à rad. תנא, Hebr. שנה *iterauit*: vnde foem. תִּנְיָנָה *secunda, secundum*, Dan. 7, 5.

תִּנְיָנוּת f. Chald. proprie *iteratio*; sed *aduerbialiter* vsurpatur pro *secundum, secundo*, Dan. 2, 7.

תְּנוּךְ m. *extremitas* siue *extremum*, spec. *extremum et infimum auris*, Exod. 29, 20. Leuit. 8, 23. 24. c. 14, 14. 17. 25. 28. à rad. Syr. חנך *defecit, finitus est*, vt Hebr. סוף.

תָּנַן radix inusit. cui notionem *extensionis* competere, ex harmonia linguarum admodum probabile fecit THEOD. HASAEVS in Disquisit. de *Leuiathan Iobi et Ceto Ionae* c. 3. §. 6. seq. coll. Aethiop. חני *latitudo*, Pers. תן *corpus*, Sinic. *than* h. e. *res sine termino lata*, Graec. τείνω, τανύω et τιταίνω *extendo*, ταναὸς *extensus, protensus*, Germ. dehnen, Tanne, etc. Inde sunt

תַּן vel תָּן m. *animal extensum*, i. e. *grande et longum*, vt *draco, serpens, balaena, crocodilus*, vnde pl. תַּנִּים *dracones, serpentes*, it. *cete*, Ps. 44, 20. Hiob. 30, 29. Ies. 13, 22. Ier. 9, 10. Ezech. 32, 2. *crocodili*, Mich. 1, 8. Sed Ezech. 29, 3. תַּנִּים vt *singulare* vsurpari videtur; potest tamen subintelligi Praefixum ב; vel terminatio plur. animalis *magnitudinem* insinuat, sicut terminatio foem. וֹת in בְּהֵמוֹת. Contra pro תַּנִּים occurrit תַּנִּין, cum terminatione Chald. Thren. 4, 3. Plur. foem. תַּנּוֹת *dracones*, Malach. 1, 3.

תַּנִּין m. id. Exod. 7, 9. 10. Ps. 91, 13. Hiob. 7, 12. Ies. 27, 1. Ier. 51, 34. pl. תַּנִּינִים *dracones, serpentes*, it. *cete, crocodili*, Gen. 1, 21. Exod. 7, 12. Deut. 32, 33. Ps. 74, 13.

תַּנּוּר m. *fornax, furnus*, Gen. 15, 17. Leuit. 2, 4. Ps. 21, 10. Ies. 31, 9. Hos. 7, 6. 7. etc. compos. ex אתון Chald. Syr. Arab. et Aethiop. *fornax*, (quod est à תנן Arab. *fumauit*,) et ex נור Chald. *ignis*,

ignis, q. d. *fornax ignis*, pro quo Chald. diuisim dicitur תנור נורא Dan. 3, 6. 11. Plur. תַּנּוּרִים *fornaces*, *furni*, Neh. 3, 11. c. 12, 38. cum Affixo תַּנּוּרֶיךָ *fornaces*, *furni tui*, Exod. 8, 3.

תָּעַב in Kal inusit. Niph. praet. נִתְעַב *abominabile habitum fuit*, *visum est*, 1 Chron. 21, 6. Part. נִתְעָב *abominabilis habitus*, Ies. 14, 19. Pih. תִּעֵב *abominabilem habuit*, *abominatus est*, it. *abominabile fecit*. Praet. pl. cum Affixo תִּעֲבוּנִי *abominati sunt me*, Hiob. 19, 19. c. 30, 10. Part. pl. מְתַעֲבִים *abominantes*, Mich. 3, 9. Infin. תַּעֵב *abominando*, Deut. 7, 26. Fut. cum Vau Conuers. et ה Parag. in pausa וָאֲתַעֵבָה *et abominatus sum*, Ps. 119, 163. תְּתַעֵב *abominaberis*, *abomineris*, Deut. 23, 8. foem. וַתְּתַעֲבִי *et abominabilem fecisti*, Ezech. 16, 25. יְתָעֵב (Dagesch Forti compensato,) *abominatur*, Hi. 5, 7. pl. in pausa יְתָעֵבוּ *abominantur*, Amos. 5, 10. Hiph. הִתְעִיב *abominabile fecit*, *abominabiliter egit*. Praet. הִתְעַבְתְּ *abominabiliter egisti*, Ezech. 16, 52. pl. הִתְעִיבוּ *abominabile fecerunt*, Ps. 14, 1. Ps. 53, 2. Fut. cum Vau Conuers. וַיַּתְעֵב *et abominabiliter egit*. 1 Reg. 21, 26.

תּוֹעֵבָה f. *abominabile*, *res abominabilis*, Gen. 43, 32. Leuit. 18, 22. Deut. 7, 26. Ies. 1, 13. Ier. 6, 15. etc. Vel Participium est ex Kal, vel Verbale ex Coniugatione sic dicta *Pohel*. In regim. תּוֹעֲבַת Gen. 46, 34. Exod. 8, 26. sic sec. Kri Prou. 6, 16. vbi Kethibh habet תּוֹעֲבוֹת, in plur. Pl. תּוֹעֵבוֹת *abominabilia*, Leuit. 18, 26. Ps. 88, 9. in regim. תּוֹעֲבוֹת Deut. 18, 9. 1 Reg. 14, 24. cum Affixo תּוֹעֲבוֹתָם *abominabilia sua*, Deut. 20, 18. Ezech. 7, 20.

מְתָעֵב m. (Verbale Pihelicum, cum מ *Occupationis* siue *Obiecti*,) *abominatio*, metonymice eius *Obiectum*: *abominabilis*, Ies. 47, 7.

תָּעָה *errauit*, *oberrauit*, siue *corpore* siue *animo*, alias תעא. Praet. תָּעִיתִי *erraui*, Ps. 119, 110. 176. pl. תָּעוּ *errarunt*, *oberrarunt*, Ps. 58, 4. Ps. 107, 4. Part. praes. תֹּעֶה *errans*, *oberrans*, Gen. 37, 15. Exod. 23, 4. pl. תֹּעִים *errantes*, in regim. תֹּעֵי Ps. 95, 10. Ies. 29, 24. Infin. constr. תְּעוֹת *errare*, Ezech. 44, 10. 15. c. 48, 11. Fut. תִּתְעֶה, vnde per Apocopen תֵּתְעְ *erres*, Prou. 7, 25. foem. cum Vau Conuers. וַתֵּתַע *et errauit*, *oberrauit*, Gen. 21, 14. pl. יִתְעוּ *errant*, *oberrant*, Prou. 14, 22. Hiob. 39, 3. Niph. praet. נִתְעָה *seductus est*, q. d. *errare factus est*, Hiob. 15, 31. cum Ellipsi *Relatiui* אשר; nisi potius sit Part. *seductus*, pro נִתְעֶה, petita punctatione tanquam à תעא. Infin. הִתָּעוֹת *seduci*, Ies. 19, 13. Pih. part. מְתַעְתֵּעַ vid. statim

m in חעע. Hiph. praet. הִתְעָה *errare, oberrare fecit, seduxit,* Ios. 4, 12. pl. הִתְעוּ *oberrare fecerunt* vel *siuerunt*, Gen. 20, 13. הִתְעֵיתֶם *seduxistis*, sec. Kri Ier. 42, 20. sed Kethibh habet הִתְעֵתִים *errores*, tanquam à sing. תְּעוּת *error*, Formae זְנוּת, (vnde plur. זְנוּתַיִךְ Num. 14, 34. Ier. 3, 2.) vel Iod, in Textu à Masorethis trajectum, index est alterius scriptionis, הִתְעֵתֶם, sicut alibi fieri solet. Part. מַתְעֶה *seducens*, Prou. 10, 17. Ies. 30, 28. pl. מַתְעִים *seducentes*, Ies. 3, 12. Mich. 3, 5. Fut. תַּתְעֶה, per Apocopen cum Affixo תַּתְעֵנוּ *errare sinis nos*, Ies. 63, 17. יַתְעֶה, vnde cum Vau Convers. וַיַּתַע *et errare fecit, seduxit*, 2 Chron. 33, 9. etc.

תּוֹעָה f. *error*, Neh. 4, 2.

תָּעַע vel תּוּעַ in Kal inusit. vnde cum CASTELLO deduco Pih. Geminat. תִּעְתֵּעַ *risit, subsannauit*, coll. Arab. نَغْ نَغْ *vox ridentis iterato cachinno*, نغنغة *sonus ridentis*, نَغي *in risum erupit*, etc. Part. מְתַעְתֵּעַ *ridens, subsannans, irrisor*, Gen. 27, 12. Hithpah. part. pl. מִתַּעְתְּעִים (pro מִתְתַּעְתְּעִים) *apud se* vel *inter se ridentes* siue *subsannantes*, 2 Chron. 36, 16.

תַּעְתֻּעִים m. pl. (Verbale ex Pih.) *irrisiones, subsannationes*: vnde *idola* dicuntur *opus irrisionum*, i. e. *ridiculum*, Ier. 10, 15. c. 51, 18.

תַּעַר m. *nouacula*, it. *vagina*, vid. sub rad. ערה.

תֹּף *tympanum*, vid. statim sub תפף.

תַּפּוּחַ *malus* arbor et *malum* fructus, vid. sub rad. נפח.

תָּפַל vel תָּפֵל radix Hebraeis inusit. Chald. *adhaesit*, Arab. *foetuit, minime fragrante odore fuit*, spec. *ob neglectum aromatum vsum*, it. *detestatus est*. Sed תִּתַּפָּל 2 Sam. 22, 27. dictum est pro תתפתל, à פתל.

תָּפֵל m. *insulsum, insipidum, aromatibus non conditum, id, quod detestationi est*, metaphorice *ineptum*, Hiob. 6, 6. Thren. 2, 14. Aliud est Ezech. 13, 10. 11. 14. 15. c. 22. 28. scil. *lutum, calx, caementum*, vt Chald. טפל, Arab. *tafâlon*, à תפל Chald. *adhaesit*, it. *oblitus, circumlitus est*: quia parietibus *illitum adhaerescit*.

תִּפְלָה f. *insulsitas*, vel *detestatio*: *insulsum, ineptum*, vel *detestabile*, Hiob. 1, 22. c. 24, 12. Ier. 23, 13.

תְּפִינִים vid. sub rad. יפן.

תָּפַף *pulsauit*, Graec. τύπτειν, Arab. דפף, (vnde doffon *tympanum*, Hispan. *adufe*,) spec. *pulsauit tympanum*: Verbum à sono factum.

factum. Part. praes. pl. foem. תוֹפְפוֹת *pulsantes tympana, tympanizantes*, Psal. 68, 26. Pih. part. plur. foem. מְתֹפְפוֹת *pulsantes* Nah. 2, 8.

תֹּף m. *tympanum*, Gen. 31, 27. Exod. 15, 2. 1 Sam. 10, 5. Psal. 81, Ies. 5, 12. etc. pl. תֻּפִּים *tympana*, Exod. 15, 20. Iud. 11, 34. 1 Sam. 18, 6. cum Affixo תֻּפֶּיךָ *tympana tua*, Ezech. 28, 13. Ad hanc radicem quidam referunt

תֹּפֶת f. Hiob. 17, 16. quod *tympanizationem* explicant; sed inuita analogia et sensu longius petito. Est potius à rad. Chald. תוף, vel Aethiop. ... *spuit, exspuit*, quo cum conuenit Arab. ... *detestatus est*: vnde תֹּפֶת *detestatio*, *exsecratio*. Aliud est ... Nomen *Propr*. loci prope Hierosolymam, ab *exsecranda idololatria* sic dicti: vnde cum ה Paragog. תָּפְתֶּה *ad Tophet*, vel, vt MILLERVS explicat, *locus Tophet* illi quodammodo *similis*. Vid. nostrum *Onomast. V. T.* p. 124.

תָּפַר *consuit*. Praet. תָּפַרְתִּי *consui*, Hiob. 16, 15. Infin. constr. תְּפוֹר *consuere*, Eccles. 3, 7. Fut. pl. cum Vau Conuers. וַיִּתְפְּרוּ *et consuerunt*, Gen. 3, 7. Pih. part. pl. foem. מְתַפְּרוֹת *consuentes*, Ezech. 13, 18.

תָּפַשׂ *tenuit, prehendit, comprehendit, cepit, manibus tractauit*, German. fassen. Praet. cum Affixo et Vau Conuers. וּתְפָשָׂהּ *et prehendet eam*, Deut. 22, 28. plur. תְּפַשְׂתֶּם *cepistis*, Ier. 40, 10. Part. praes. תוֹפֵשׂ *tenens, prehendens, manibus tractans*, Gen. 4, 21. Ier. 50, 16. Amos. 2, 15. cum Iod Paragog. תֹּפְשִׂי *tenens*, Ier. 49, 16. pl. תֹּפְשִׂים *tenentes, tractantes*, in regim. תֹּפְשֵׂי Num. 31, 27. Ier. 46, 9. Pahul תָּפוּשׂ *comprehensus*, i. e. *obductus*, German. eingefasset, Habac. 2, 19. Infin. absol. תָּפֹשׂ *capiendo*, Ier. 34, 3. infin. constr. תְּפֹשׂ *tenere, capere*, Ezech. 14, 4. c. 21. 11. c. 30, 21. cum Affixo תָּפְשָׂם τὸ *capere* siue *prehendere eorum*, Ezech. 29, 7. i. e. *capere eos*, 1 Sam. 23, 26. Imper. plur. תִּפְשׂוּ *capite, prehendite*, 1 Reg. 18, 40. cum Affixo תִּפְשֻׂהוּ *prehendite eum*, Psal. 71, 11. et תִּפְשֻׂהוּ 1 Reg. 13, 4. Fut. cum Vau Conuers. וָאֶתְפֹּשׂ *et prehendi*, Deut. 9, 17. יִתְפֹּשׂ *prehendet*, Ies. 3, 6. pl. cum Affixo נִתְפְּשֵׂם *capiamus eos*, 2 Reg. 7, 12. Niph. praet. נִתְפַּשׂ *captus est*, Ezech. 19, 4. 8. foem. נִתְפְּשָׂה *capta est*, Ier. 50, 46. in pausa נִתְפָּשָׂה *prehensa est*, Num. 5, 13. נִתְפַּשְׂתְּ *capta es*, Ier. 50, 24. pl. in pausa נִתְפָּשׂוּ *capti sunt*, Ier. 51, 32. Infin. הִתָּפֵשׂ *capi*, Ezech. 21, 28. Fut. ...

capie-

pieris, Ier. 34, 3. c. 38, 23. pl. in pausa תִּתָּפֵשׂוּ *capiemini*, Ezech. 29. Pih. fut. f. תְּתַפֵּשׂ *tenet, prehendit*, Prou. 30, 28.

תֹּפֶת f. vid. antea sub תפה.

תִּפְתָּיֵא Chald. pl. masc. in Statu Emph. (tanquam à sing. תִּפְתָּי,) *re consulti*, Dan. 3, 2. à rad. Arab. פתא in 4 Coniug. *edoçuit responso iudicioque de iure rei*, vnde *fotja* et *fotwa* h. e. *responsum* eiusmodi. Aliam explicationem ex Pers. dedit PFEIFFEVS in *Dub. Vexat.* ad l. c.

תְּקַל *ponderauit, appendit*, metaphorice *examinauit*, ab Hebr. שקל. Part. Pehil תְּקִל (pro תְּקִיל, ad Formam Quiescentium tertia rad.) *ponderatus, appensus*, Dan. 5, 25. 27. Inde formatum est nouum Praet. significationis *passiuae*, sicut ab aliis, תְּקַלְתָּה *appensus es*, Dan. 5, 27.

תָּקַן *rectus fuit* vel *factus est, rectificatus, correctus est*. Infin. constr. תְּקֹן *rectificari*, Eccles. 1, 15. Pih. praet. תִּקֵּן *rectum fecit, rectificauit, correxit, in rectum ordinem redegit, recte disposuit*, Eccles. 12, 9. Infin. תַּקֵּן *rectificare, corrigere*, Eccles. 7, 13.

תְּקַן Chald. *firmatus, confirmatus, stabilitus est*, vt Syr. vnde Arab. in 4 Coniug. *firmauit*. Hophal ex Hebr. mutuatitium הָתְקַן, vnde pers. 1. הָתְקְנַת *confirmatus, stabilitus sum*, Dan. 4, 33. irregulariter pro הָתְקְנֵת.

תָּקַע *fixit, defixit, infixit, illisit*, spec. 1) *sonum* vel *halitum in tubam*, siue *clanxit*, 2) cum יָד et כַּף coniunctum, *fideiussit*, q. d. *manum* suam *in manum creditoris defixit*, it. *complosit*, q. d. *manum ad manum illisit*. Praet. תָּקַעְתָּ *fixisti*, i. e. *fideiussisti*, Prou. 6, 1. וְתָקַעְתִּי *et clangam*, Iud. 7, 18. cum Affixo וּתְקַעְתִּיו *et figam eum*, Ies. 22, 23. pl. תָּקְעוּ *fixerunt, suffixerunt*, 1 Sam. 31, 10. 1 Chron. 10, 10. *clanxerunt*, Ezech. 7, 14. *comploserunt*, Nah. 3, 19. Part. praes. תּוֹקֵעַ *clangens*, 2 Reg. 11, 14. 2 Chron. 23, 13. Neh. 4, 12. *fideiubens*, Prou. 17, 18. pl. תּוֹקְעִים *fideiubentes*, Prou. 11, 15. it. *clangentes*, in regim. תֹּקְעֵי Prou. 22, 26. sic sec. Kri Ios. 6, 9. vbi Kethibh habet תָּקְעוּ *clanxerunt*. Pahul foem. תְּקוּעָה *infixus*, (de clauo,) Ies. 22, 25. Infin. absol. תָּקוֹעַ *clangendo*, Ios. 6, 13. infin. constr. תְּקֹעַ *clangere*, Iud. 7, 20. Ies. 18, 3. Imper. pl. תִּקְעוּ *figite*, Ier. 6, 3. *clangite*, Ps. 81, 4. Ier. 4, 5. c. 6, 1. c. 51, 27. Hos. 5, 8. Ioël. 2, 1. 15. *complodite*, Ps. 47, 2. Fut. יִתְקַע *clanget*, Zach. 9, 14. cum Affixis

Affixis et Vau Conuers. וַיִּתְקָעֵהוּ *et illisit eum*, Exod. 10, 19. וַיִּתְקָעֵהוּ *et infixit eum*, Iud. 3, 21. pl. יִתְקְעוּ *clangent*, Num. 10, 6. 8. in paus. יִתְקָעוּ Num. 10, 4. Iof. 6, 4. Niph. fut. יִתָּקֵעַ *manu infixa* fi *fideiubendo obligabitur*, Hiob. 17, 3. fed יִתָּקַע *clangetur*, Ies. 27, 13. Amos. 3, 4.

תֵּקוֹעַ m. *fonus, qui tubae infigitur: clangor*, Ezech. 7, 14.

תֵּקַע m. id. Pf. 150, 3.

תָּקַף *durus, firmus, robuftus fuit*, et tranfitiue, (vt Arab.) *robore vicit*, vel *dure tractauit*. Fut. cum Affixo תִּתְקְפֵהוּ *robore vincis eum*, vel *dure tractas eum*, Hiob. 14, 20. c. 15, 20. יִתְקְפוֹ *robore vincit eum*, Ecclef. 4, 12.

תְּקֵף Chald. *durus, firmus, robuftus fuit* vel *euafit, robuftus, obduratus eft*. Praet. foem. תִּקְפַת *obduratus eft*, Dan. 5, 20. תְּקֵפְתְּ *robuftus factus es, inualuifti*, Dan. 4, 19. Part. Pehil תְּקִיפָה *robufta facta*, Dan. 4, 8. Pahel infin. תַּקָּפָה *roborare, firmare*, Dan. 6, 8.

תֹּקֶף m. *robur, potentia*, Efth. 9, 29. Dan. 11, 17. cum Affixo תָּקְפּוֹ *robur, potentia eius*, Efth. 10, 2.

תְּקֹף m. Chald. id. Dan. 4, 27.

תְּקָף m. Chald. id. emphat. תָּקְפָּא Dan. 2, 37.

תַּקִּיף m. *robuftus, validus*, Ecclef. 6, 10.

תַּקִּיף m. Chald. *durus, robuftus, um*. Pl. תַּקִּיפִין *robufta, valida, fortia*, Dan. 3, 33. foem. תַּקִּיפָא *durum, robuftum*, Dan. 2, 42. et תַּקִּיפָה Dan. 2, 40.

תִּרְגַּל Verbum quadrilitterum, vid. in רָגַל.

תִּרְגֵּם fimile Verbum, vid. in rad. רגם.

תִּרְזָה f. Ief. 44, 14. arboris *durae* fpecies, coll. rad. Arab. תרז *durus, validus, rigidus fuit*. HEINSIVS in *Exercitat.* ad NONNVM c. 1. cum Iudaeis *pinum* intelligit, coll. Graec. θύρσος, Lat. *thyrfus*; in quam tamen etymi ratio non quadrat, vnde alii vel *fagum* vel *ilicem* exponunt: quod pofterius defendit OLCELSIVS in *Hierobotan.* P. II. p. 269. feq.

תרין

תְּרֵין dual. m. Chald. *duo*, dictum putatur pro תְּנֵין, ab Hebr. שְׁנַיִם vel שְׁנֵים: vnde in regim. תְּרֵי Dan. 4, 26. Esr. 4, 17. Foem. תַּרְתֵּין *duo, duae*, Dan. 6, 1. it. *secundus, a*, Esr. 4, 24. conf. supra !.

תֹּרֶן vid. sub rad. רנה.

תְּרַע m. Chald. *porta, ianua*, Dan. 2, 49. c. 3, 26. ab Hebr. שַׁעַר, mutato ש in ת et transpositis litteris; vel potius à rad. תרע Chald. et Syr. *rupit, aperuit*. Vid. rad. Hebr. שער. Inde formatum est

תָּרָע m. (Formae dagessandae,) Chald. *ianitor*, in pl. תָּרָעִין *ianitores*, emphat. תָּרָעַיָּא Esr. 7, 24.

תְּרָף m. vnde pl. תְּרָפִים nomen *simulacrorum*, sic dictorum, quod ea de rebus dubiis et occultis *percontarentur* et *consulerent*, à rad. Syr. תרף *percontatus est*, coll. Ezech. 21, 21. Zach. 10, 2. Quid vero proprie fuerint, incertum est, quamuis plurima eruditorum de illis exstent scripta, ceu videre est ex *Arcan. Form.* 256. et *Onomast. V. T.* p. 624. quibus add. G. H. ANTAST in Dissert. de *Diis familiae Iacobi in itinere tutelaribus*, aliique laudati à LILIENTHALIO in *Archiuar. Bibl.* ad Gen. 31, 19. Occurrit haec vox Gen. 31, 19. 34. 35. Iud. 17, 5. c. 18, 14. 17. 18. 20. 1 Sam. 15, 23. c. 19, 13. 16. 2 Reg. 23, 25. Ezech. 21, 26. Hos. 3, 4. Zach. 10, 2.

תִּרְשָׁתָא cognomen Nehemiae, coll. Esr. 2, 63. cum Neh. 7, 65. 70. c. 8, 9. c. 10, 2. quod ei adhaesit à *seueritate*, quam saepius prodidit, vt Neh. 5, 6. seq. c. 13, 8. 11. 17. 21. 25. 28. Persicum esse, vel sola terminatio et accentus innuit, coll. similibus Nominibus Pers. Esth. 1, 14. c. 3, 1. c. 8, 5. c. 9, 7. 8. 9. Deriuant à Pers. *torsch* vel *torosch, torschi*, h. e. *austerus, tetricus, seuerus, tristis*, alias *toroscht* h. e. *durus, morosus, tetricus* etc. Proprium *Tithrautes* GVSSETIVS, German. Drost CASP. ABEL confert. Conuenit quoque Lat. *tristis* pro *seuero*, vnde *tristis iudex* pro *seuero* apud CICERON.

תֵּשַׁע masc. (saltem terminatione,) *Numerale Cardinale*, *nouem*, Gen. 5, 27. Exod. 38, 24. Leuit. 25, 8. Deut. 3, 11. Ios. 15, 24. 32. 54. etc. Pro eodem etiam dicitur, Formâ Chald. in regim. vsitatâ, תְּשַׁע Gen. 8, 5. Ios. 19, 38. Iud. 4, 3. 13. Foemin. (saltem termina-

 natio-

natione,) תִּשְׁעָה nouem, Num. 1, 23. 2 Sam. 2, 30. 1 Chron. 3, 8. 1, 9. etc. it. nonus, a, Leuit. 23, 32. 2 Reg. 25, 3. Ier. 39, 2. c. 52 1 Chron. 25, 26. in regim. תִּשְׁעַת Num. 34, 13. Iof. 13, 7. c. 14, 2. P תִּשְׁעִים nonaginta, (à fing. תֵּשַׁע) Gen. 5, 9. 17. 30. 1 Sam. 4, 15. 52, 23. Ezech. 4, 5. etc. Proprie תֵּשַׁע digitum indicem defig re videtur, in quem, vbi ad digitos numeratur, numerus nonar incidit: cui id nominis inhaeserit ex Fut. Kal תֵּשַׁע (pro תִּשְׁעָה rowo, ad Formam תֵּתַע Prou. 7, 25. ficut alterum תִּשַׁע ex Fut. Pi תְּשַׁעָה,) h. e. respicias, adspicias: quod ea voce vteretur digi indice vel nuendo alium vocans, vel aliquid monstrans.

תְּשִׁיעִי (tanquam à תְּשִׁיעַ,) m. Numerale Ordinale, num. Num. 7, 60. 1 Chron. 12, 12. Ier. 36, 9. 21. Zach. 7, 1. Efr. 10, 9. Foem. תְּשִׁיעִית nonus, nona, Leuit. 25, 22. 2 Reg. 17, 6. c. 25, 1. I 31, 1. c. 52, 4. Ezech. 24, 1.

תּוֹתָח vid. fub rad. יתח.



ADDEN

I pag. 232. lin. penult. adde S. R. PFAFFIVM in *Histor. Theolog. litterar.* P. I. p. 298. 299.

233. ad rad. הון conferri potest Arab. آن (media *Ie*) *opportunus fuit*, it. *adfuit*, *aduenit*, vnde آن آنك *aduenit tempus tuum*, et آن إنكِ *tempus idoneum tibi fuit*: permutatis ה et א; sicut in أفك ab Hebr. הפך etc.

289. lin. 10. post m. add. *id.*

315. lin. 4. add. Simili ratione sumitur Lat. *recludere*: vt *ense* vel *ferro recludere pectus*, *iugulum* etc.

331. ad חֲנִית add. De more *hastas terrae infigendi* conf. HIER. MAGII *Miscellan.* L. III. c. 2.

362. lin. 20. add. §. 10. seq.

422. lin. 35. add. Samar. בצץ *succensus*, *accensus est.*

488. lin. 24. loco ex Ps. 7, 17. adde Ezech. 18, 20. 1 Chron. 20, 18.

563. lin. 4. add. 466.

587. ad נָזִיר. De נְזִירִים *ex ordine procerum viris principibus* conf. ZORNII Dissert. in *Nouis Miscellan. Lips.* Vol. IV. P. III. p. 426. seq.

p. 707. ad עֲלִיָּה. *Coenaculum superius* pro *coelo* dixit quoque PLAVTVS in *Amphitr.* III. 1. 3. *coenacula maxima coeli* ENNIVS apud TERTVLLIAN. *aduers. Valentin.* VII.

p. 684. ad עֲרוּת. Aliis עֲרוּת Ps. 60, 1. Ps. 80, 1. est species *tibiae*, ἰδυδὸς apud POLLVCEM in *Onomast.* L. IV. sect. 77.

p. 951. post Nomen שְׁאֵרִית add. בְּאַשְׁאָר Ezech. 9, 8. HILLERO compos. ex בְּשְׁאָר שְׁאָר q. d. *relictus reliquiarum*; aliis ex 1 pers. Fut. Kal vtriusque Numeri, vel ex 3 pers. sing. Praet. Niph. et 1 pers. sing. Fut. Kal. Posset et compositum esse ex 2 synonymis, כאש Arab. in 6 Coniug. *retromansit*, et Hebr. שאר *reliquus fuit*, *remansit*.

p. 976. lin. 6. ad שִׂימָה. Sic Arab. وضع *posuit*, in 3 Coniug. specialiter significat *deposito pignore certauit*, *deposuit pignus sponsionis ergo*; et Lat. *ponere* absolute dicitur pro *pignus* siue *pignori*

guori ponere, vt apud PLAVTVM in *Curcul.* II. 3. 76. et V[IR]GILIVM *Eclog.* III. 36. Sic Graec. τίθημι. Posset et l. c. [i]ntelligi יָד *manus*, coll. seq. Nom. חֲשׂוּפָה.

p. 982. ad שֵׁיזִב. Ne qua Forma vocum Chald. in Lexico n[ostro] deficiat, adde Infinit. cum Affixis שֵׁיזָבוּתֵהּ *liberare, eripere eum*, Dan. 6, 15. שֵׁיזָבוּתַנָא *liberare nos*, Dan. 3, 17. Fut. c[um] Affixo et Nun Epenthet. יְשֵׁיזְבִנְכוֹן *liberabit vos*, Dan. 3, 15.

CORRIGENDA.

Pag. 25. lin. 3. lege 1) pro 2). p. 37. l. 3. אֲחִיהוּ. p. 43. l. 7. noctu. p. 60. l. 14. [...] p. 183. l. 8. κλέπτειν. p. 256. l. 24. Chaldaeis. p. 272. l. 36. בְּזַעֲקָתָהּ. p. 47[...] *intermenstruum*. p. 486. l. 1. כְּהֻנָּה. p. 615. l. 23. *monumentum*. [...] l. 33. *declarauit*. p. 653. l. 11. lege 43. pro 34. p. 772. l. 17. פֻּלַּץ. Alicubi [...] typorum punctulum se ingessit, vt p. 762. in הֲפוּגָה, maxime [...] p. 530. in מַמְתַּקִּים; aut *Cholem*, vt p. 715. in עֲלָטָה etc.

INDEX

INDEX LATINVS.

ante-

brutus

cedrus

coenum

conci-

cultura,

delicatum

existe-

G.

latitare

ordinare

phoe-

pro-

san-

aegy-

subli-

T.

tem-

vtili

SPICILEGIVM
VOCVM CHALD. IN LEXICO OMISSARVM.

Ad pag. 224. דֶּתֶא m. Chald. idem quod Hebr. דֶּשֶׁא *berba tenera, gramen*, vnde emphat. דִּתְאָה Dan. 4, 12. 20.

דְּתָבָר m. *legis peritus*, ex דָּת *lex*, et syllaba בָר, (de qua vid. in גִּזְבָּר) in pl. דְּתָבְרִין *legis periti*, emphat. דְּתָבְרַיָּא Dan. 3, 2. 3.

Ad pag. 387. דָּת f. Chald. id. quod Hebr. Dan. 6, 6. emphat. דָּתָא Dan. 2, 13. Esr. 7, 12. cum Affixo דָּתְכוֹן *lex vestra*, Dan. 2, 9. pl. דָּתִין *leges*, in regim. דָּתֵי Esr. 7, 25.

Ad p. 541. מִנְחָה f. Chald. id. quod Hebr. Dan. 2, 46. in plur. מִנְחָן, cum Affixo מִנְחָתְהוֹן *dona, oblationes eorum*, Esr. 7, 17.




HW 2QHD E



